ALOISIUS NAZARI A CALABIANA

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

SANCTÆ METROPOLITANÆ MEDIOLANENSIS ECCLESIÆ

ARCHIEPISCOPUS.

Cum Ambrosiani Breviarii Diurni nova Mediolanensis editio impressa typis *Jacobi Agnelli*, de speciali nostro mandato visa et attente perlecta ab admodum R. D. JOSEPH CONSONNI, Sacrar. Cærimoniar. Magistro in Ecclesia Metropolitana, in omnibus cum approbatis Ambrosiani Breviarii editionibus consona et omnino concordans recognita fuerit, ipsam adprobamus atque ut evulgari possit concedimus.

Dat. Mediol. ex Palatio Archiep., die 16 mens. Febr., 1882.

ALOISIUS MAESTRI, *p. V. G.*

P. J. NICORA, *Canc. Arch.*

(L. S.)

DIURNUM
AMBROSIANUM

JUXTA BREVIARIUM NOVISSIME EDITUM

ET

D. D. ALOISII NAZARI A CALABIANA

SANCTÆ MEDIOLANENSIS ECCLESIÆ

ARCHIEPISCOPI

AUCTORITATE RECOGNITUM

MEDIOLANI

APUD JAC. AGNELLI IMPRESS. ARCHIEP.

in via Sanctæ Margaritæ, 2

MDCCCLXXXII

DIURNUM AMBROSIANUM

DIURNUM AMBROSIANUM

Anni Dom.	Litt. Dom.	Aur. Num.	Epacta	Dom. Septuagesimæ	Dom. Quadrages.
1882	A	2	11	5 Febr.	26 Febr.
1883	g	3	22	21 Jan.	11 Febr.
1884	f e	4	3	10 Febr.	2 Mart.
1885	d	5	14	1 Febr.	22 Febr.
1886	c	6	25	21 Febr.	14 Mart.
1887	b	7	6	6 Febr.	27 Febr.
1888	A g	8	17	29 Jan.	19 Febr.
1889	f	9	28	17 Febr.	10 Mart.
1890	e	10	9	2 Febr.	23 Febr.
1891	d	11	20	25 Jan.	15 Febr.
1892	c b	12	1	14 Febr.	6 Mart.
1893	A	13	12	29 Jan.	19 Febr.
1894	g	14	23	21 Jan.	11 Febr.
1895	f	15	4	10 Febr.	3 Mart.
1896	e d	16	15	2 Febr.	23 Febr.
1897	c	17	26	14 Febr.	7 Mart.
1898	b	18	7	6 Febr.	27 Febr.
1899	A	19	18	29 Jan.	19 Febr.
1900	g	1	*	11 Febr.	4 Mart.
1901	f	2	10	3 Febr.	24 Febr.
1902	e	3	21	26 Jan.	16 Febr.
1903	d	4	2	8 Febr.	1 Mart.
1904	c b	5	13	31 Jan.	21 Febr.
1905	A	6	24	19 Febr.	12 Mart.
1906	g	7	5	11 Febr.	4 Mart.

Pascha	Ascens. Domini	Pentecostes	Corpus Christi	Dom. I. Adventus	
9 Apr.	18 Maj.	28 Maj.	8 Jun.	12	Novembr.
25 Mart.	3 Maj.	13 Maj.	24 Maj.	18	
13 Apr.	22 Maj.	1 Jun.	12 Jun.	16	
5 Apr.	14 Maj.	24 Maj.	4 Jun.	15	
25 Apr.	3 Jun.	13 Jun.	24 Jun.	14	Novembr.
10 Apr.	19 Maj.	29 Maj.	9 Jun.	13	
1 Apr.	10 Maj.	20 Maj.	31 Maj.	18	
21 Apr.	30 Maj.	9 Jun.	20 Jun.	17	
6 Apr.	15 Maj.	25 Maj.	5 Jun.	16	
29 Mart.	7 Maj.	17 Maj.	28 Maj.	15	Novembr.
17 Apr.	26 Maj.	5 Jun.	16 Jun.	13	
2 Apr.	11 Maj.	21 Maj.	1 Jun.	12	
25 Mart.	3 Maj.	13 Maj.	24 Maj.	18	
14 Apr.	23 Maj.	2 Jun.	13 Jun.	17	
5 Apr.	14 Maj.	24 Maj.	4 Jun.	15	Novembr.
18 Apr.	27 Maj.	6 Jun.	17 Jun.	14	
10 Apr.	19 Maj.	29 Maj.	9 Jun.	13	
2 Apr.	11 Maj.	21 Maj.	1 Jun.	12	
15 Apr.	24 Maj.	3 Jun.	14 Jun.	18	
7 Apr.	16 Maj.	26 Maj.	6 Jun.	17	Novembr.
30 Mart.	8 Maj.	18 Maj.	29 Maj.	16	
12 Apr.	21 Maj.	31 Maj.	11 Jun.	15	
3 Apr.	12 Maj.	22 Maj.	2 Jun.	13	
23 Apr.	1 Jun.	11 Jun.	22 Jun.	12	
15 Apr.	24 Maj.	3 Jun.	14 Jun.	18	

Habet dies XXXI

g	1	
A	2	*Visitatio B. Mariæ Virginis,* sol. Dom.
b	3	
c	4	s. Ulderici Ep. et Conf.
d	5	s. Hilarii Ep. et Doct., *sol. cum Commem.* s. Margaritæ Virg. et M.
e	6	Ss. Cyrilli et Methodii Pont. et Conf. *cum Commem.* s. Tranquillini Presb. et M.
f	7	
g	8	s. Ampellii Ep. Med., *sol.*
A	9	
b	10	ss. Septem Fratrum MM.
c	11	s. Benedicti Abb., *sol.*
d	12	ss. Naboris et Felicis MM., *sol. Commem.* s. Joannis Gualberti Conf.
e	13	
f	14	s. Bonaventuræ Ep., Conf. et Doct., *sol.*
g	15	s. Henrici Imper. et Conf., *sol.*
A	16	s. Camilli de Lellis Sac. et Conf., *sol. cum Commem.* ss. Quirici et Julittæ MM.
b	17	s. Marcellinæ Virg., *sol.*
c	18	s. Materni Ep. Med., *sol.*
d	19	B. V. Mariæ de Monte Carmelo, *sol.*
e	20	s. Hieronymi Æmiliani Conf., *sol.*
f	21	s. Praxedis Virg., *sol.*
g	22	s. Mariæ Magdalenæ, *sol.*
A	23	s. Apollinaris Ep., et M., *sol.*
b	24	s. Christinæ Virg. et M. *Vigil. de hortatu.*
c	25	*s. Jacobi Ap.* sol., cum Commem. s. Christophori M.
d	26	s. Annæ Matris B. M. V., *sol.*
e	27	s. Pantaleonis M. *Vigilia de hortatu.*
f	28	ss. Nazarii et Celsi MM., *sol.*
g	29	s. Marthæ Virg., *privil.*
A	30	*ss. Abdon et* Sennen MM.
b	31	*s. Calimerii Ep.*, Med. et M., sol.

Habet dies XXXI.

c	1	ss. Machabæorum MM., *privil.*
d	2	s. Ignatii Sac. et Conf., *sol. cum Commem.* s. Stephani Pp. et M.
e	3	Inventio s. Stephani Protom., *privil. cum Commem.* s. Gaudentii Ep., Conf.
f	4	s. Dominici Sac. et Conf., *sol. cum Commem.* s. Perpetuæ Matr.
g	5	Dedicat. s. Mariæ ad Nives, *sol.*
A	6	*Transfig. D. N. J. C.*, sol. Dom. cum commem. s. Xisti Pp. et M.
b	7	ss. Donati Ep. et Carpophori M., *privil.*
c	8	s. Cajetani Sac. et Conf., *sol. cum commem.* ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi MM.
d	9	ss. Firmi et Rustici MM.
e	10	s. Laurentii M., *sol.*
f	11	s. Radegundæ Reg. ac Matr.
g	12	s. Eusebii Ep., Med., *sol. cum commem.*
A	13	s. Hippolyti M., *privil.* [s. Claræ Virg.
b	14	*Vigilia.*
c	15	*Assumptio B. M. V., sol.*
d	16	s. Simpliciani Ep., Med. *sol. cum commem.*
e	17	s. Eusebii Ep. et M. *privil.* [s. Rochi.
f	18	ss. Mammetis et Agapiti MM., *privil.*
g	19	s. Hyacinthi Sac. et Conf., *sol.*
A	20	s. Bernardi Abb. et Doct., *sol.*
b	21	s. Joannæ Franc. de Chantal Matr., *sol.*
c	22	s. Alphonsi Mariæ de Lig. Ep. et Doct., *sol. cum commem.* ss. Timothei, et Socior.
d	23	*Vigil. de hortatu.* [MM.
e	24	*s. Bartholomæi Ap.*, sol.
f	25	s. Ludovici Reg. et Conf., *sol.*
g	26	s. Alexandri M., *privil.*
A	27	s. Genesii M., *privil.*
b	28	s. Augustini Ep. *Conf.* et. Doct., sol.
c	29	*Decollatio s.* Joannis Baptistæ, sol.
d	*30*	*ss. Felicis et* Adaucti MM.
e	*31*	*s. Abundii Ep. et* Conf., *privil.*

PRECES DICENDÆ

IN INITIO ET FINE CONGREGATIONIS.

In initio Congregat.

Pater noster, *(secreto)*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem:

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto:

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra operatio et oratio a te semper incipiat, et per te cæpta finiatur. Per Dominum.

In fine Congregat.

℣. Confirma hoc, Deus quod operatus es in nobis:

℟. A templo sancto tuo quod est in Jerusalem.

Pater noster, *(secreto)*.

℣. Et ne nos, etc.

℟. Sed libera nos, *etc.*

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Præsta nobis, quæsumus, Domine, auxilium gratiæ tuæ: ut, quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k.

℟. Benedicamus Domino:

℟. Deo gratias.

ORATIONES

ANTE DIVINUM OFFIC.

Oratio I.

Aperi, Domine, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum; munda quoque *cor meum ab omnibus vanis,* perversis et alienis cogitationibus; intellectum illumina, affectum inflamma: ut digne, attente ac devote hoc Officium recitare valeam, *et* exaudiri merear ante conspectum Divinæ Ma-

jestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio II.

Domine, in unione illius divinæ intentionis qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi nunc Horas persolvo. Qui vivis, etc. Amen.

POST DIVINUM OFFIC.

Orationem seq. devote post Off. recitantibus Leo Pp. X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit.

Sacrosanctæ et individuæ Trinitati, crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, et Beatissimæ ac Gloriosissimæ Virginis Mariæ fœcunditati, et omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria ab omni creatura nobisque remissio peccatorum per infinita sæcula sæculorum. Amen

Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt Æterni Patris Filium: et beata ubera quæ lactaverunt Christum Dominum.

Pater, Ave, etc.

Oratio II.

Suscipe, clementissime Deus, precibus et meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum et Sanctarum, Officium servitutis nostræ: et si quid dignum laude egimus, propitius respice; et quod negligenter actum est, clementer ignosce. Qui in Trinitate perfecta vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

HORÆ

AD PRIMAM.

Pater. Ave. *secr., et sic in initio omnium horarum. Deinde clara voce dicitur:*

℣. Deus, in adjutorium meum intende:

℟. Domine, ad adjuvandum me festina.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Sicut erat, etc. Hall.

In Quadrag. autem, loco Hall., *dicit.*, Laus tibi, Domine, rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

Jam lucis orto sídere,
Deum precemur supplices,
Ut in diurnis actibus
Nos servet a nocentibus.

Linguam refrénans témperet,
Ne litis horror ínsonet:
Visum fovendo cóntegat,
Ne vanitates háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absistat et vecordia:
Carnis terat superbiam
Potus cibique parcitas.

Ut, cum dies abscésserit,
Noctemque sors redúxerit,
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Et nunc et in perpetuum. Amen.

Psalmus 53.

Deus, in nomine tuo salvum me fac,* et in virtute tua libera me.

Deus, exaudi orationem meam; * auribus pércipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexérunt super me,* et fortes quæsiérunt animam meam.

Non proposuérunt Deum ante conspectum suum: * ecce enim Deus

adjuvat me, et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis; * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo, Domine; quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: * et super inimicos meos respexit oculus meus.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 118.

Beati immaculati in via, * qui ámbulant in lege Domini.

Beati qui scrutantur testimonia ejus; * in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandasti mandata tua, * custodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ, * ad custodiendas justificationes tuas!

Tunc non confundar, * in respiciendo me in omnia mandata tua.

*Confitebor tibi in directione cordis: * in eo* quod didícerim omnia judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam: * non me derelinquas usquequáque.

In quo córrigit junior viam suam? * in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: * non repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: * doce me justificationes tuas.

In labiis meis pronunciavi * omnia judicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, * sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis meditabor: * et considerabo vias tuas.

In tuis justificationibus meditabor, * et non obliviscar sermones tuos.

Gloria Patri, etc.

Retribue servo tuo ut vivam, * et custodiam sermones tuos.

ɔvéla oculos meos, * ɔnsiderabo mirabilia ege tua.
cola ego sum in ter- non abscondas a me data tua.
ɔncupivit anima * desiderare judicia in omni tempore:
crepasti superbos: * ɔdicti, qui declinant andatis tuis.
ıfer a me oppro- m, et contemptum, * testimonia tua ex- ivi.
enim séderunt prin- s, et adversum me ebantur: * servus n tuus exercebátur ıis justificationibus.
ım et testimonia tua itatio mea est, * et ilia mea justitiæ

ıæsit pavimento ani- nea: * vivifica me se- ıum verbum tuum.
ıs meas pronunciavi ıaudisti me: * doce ustificationes tuas.
am justificationum ım fac ut intélli- , * et exercebor in bilibus tuis.
ɔrmitavit anima mea præ tædio * confirma me in sermonibus tuis.

Viam iniquitatis ámove a me, * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elégi, * et judicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis, Domine: * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatares cor meum.

Gloria Patri, etc. Hall.

In Quadrag. Laus tibi, Domine, etc.

Epistolella.

Rom. 13.

Fratres. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

℟. Deo gratias.

In Dom., Sol. Dom. Octav., cum fit Off., de Sanct., in Vigil. Epiph. in omnib. Feriis paschal.; excepto triduo Litaniar. et Fer. in quib. non dicunt., Preces.

℟. *br.* Viam iniquitatis ámove a me, Domine.

et unus
nnipotens
otens Fi-
ns Spiri-
n tres o-
sed unus
ter, Deus
Spiritus
tres Dii:
Deus.
s Pater,
s, Domi-
anctus.
tres Do-
s est Do-
ingillátim
perso-
Dominum
tiana ve-
imur: ita
Dominos
ica Reli-
mur.
est factus,
c genitus.
e solo est;
c creatus,
ctus a Pa-
on factus,
c genitus,

Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Filius, non tres Filii; unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus; sed totæ tres Personæ; coæternæ sibi sunt et coæquales:

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et Unitas in Trinitate, et Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse: ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo Fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substantia Patris, ante sæcula genitus; et homo est, ex substantia Matris, in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo; ex anima

Iter. Viam iniquitatis ámove a me, Domine. Hall. hall.

In Quadrag., Laus tibi, Domine.

℣. Et de lege tua, Domine. Hall. hall.

In Quadrag. Rex æternæ gloriæ.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Viam iniquitatis ámove a me, Domine. Hall. hall.

In Quadrag. Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ.

In reliq. Fer. etiam Quadrag.

℟. *br.* Viam iniquitatis àmove a me. Domine.

Iter. Viam iniquitatis ámove a me, Domine, * Et miserere mei.

℣. Et de lege tua, Domine.

℟. Et miserere mei.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Viam iniquitatis ámove a me, Domine, * Et miserere mei.

Symbolum
Sancti Athanasii.

Quícumque vult salvus esse, ante omnia opus est ut teneat Catholicam Fidem.

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit: absque dubio in æternum períbit.

Fides autem Catholica hæc est: ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in Unitate veneremur;

Neque confundentes personas; neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti;

Sed Patris et Filii et Spiritus Sancti una es divinitas, æqualis gloria coæterna majéstas.

Qualis Pater, talis Fi lius, talis Spiritus San ctus.

Increatus Pater, in creatus Filius, increatu Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, im mensus Filius, immen sus Spiritus Sanctus.

Æternus Pater, æter nus Filius, æternus Spi ritus Sanctus.

Et tamen non tres æ terni, sed unus æternus

Sicut non tres increat nec tres immensi, se

unus increatus et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii: sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini: sed unus est Dominus.

Quia sicut singillátim unamquamque personam Deum ac Dominum confitéri christiana veritate compéllimur: ita tres Deos aut Dominos dicere Catholica Religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est; non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus Sanctus a Patre et Filio; non factus, nec creatus, nec *genitus*, sed *procédens*

Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Filius, non tres Filii; unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus; sed totæ tres Personæ coæternæ sibi sunt et coæquales:

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, et Unitas in Trinitate, et Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse: ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo Fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substantia Patris, ante sæcula genitus; et homo est, ex substantia Matris, in sæculo natus.

Perfectus Deus, *perfectus* homo; ex anima

rationali et humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum Divinitatem: minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit et homo; non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione Divinitatis in carnem; sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omníno non confusione substantiæ; sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo; ita Deus et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est judicare vivos et mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddi-túri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam æternam qui vero mala, in ign æternum.

Hæc est Fides Cat lica, quam nisi quis fideliter firmiterque c díderit, salvus esse n póterit.

Gloria, etc. Hall.

In Quadrag. Laus t Domine, etc.

Cap. Exurge, Chri ádjuva nos: * Et lib nos propter non tuum. Hall. K. k. k.

In Quadrag. Laus t Domine. K. k. k.

In Sol. Dom., Oc Dom., Festis dieb., Fest. omnium Sanct Ordinat. S. Ambrosii, Fest. S. Joseph 12 cembr., et in iis etiam d qui sunt inter Octav. Nativ. Dom. et Epi quam Pasch. et Pen (excepto tamen triduo taniar.), tum etiam Nativ. S. Ioan. Bapt. in Natali SS. Petri et P Apostolor. dicto ut s Cap. Exurge, Chris *statim subjicit.:*

℣. Dominus vobisc *deinde Orat.* Deus, ad principium, etc., *ad finem Prim. Idemq. in omnib. Metrop. Pon*

tum etiam in aliar. Urbis et Diœc. Ecclesiar. Festivitatib. Patronalib., sed a Clero tantum in iis Eccl. Divina tunc peragente; in reliq. vero dieb. adjungunt. Preces ut infra, quæ in Off. fer. dicunt. flexis genib.

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem:

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini:

℟. Qui fecit cœlum et terram.

Symbolum Apostolor.

Credo in Deum *(secreto)* Patrem omnipotentem, Creatorem cœli et terræ. Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus: descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis: ascendit ad cœlos: sedet ad dexteram Dei Patris *omnipotentis:* inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum: Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum communionem: remissionem peccatorum, *(deinde clara voce dicit.):*

℣. Carnis resurrectionem:

℟. Vitam æternam. Amen.

℣. Vivet anima mea et laudabit te:

℟. Et judicia tua adjuvabunt me.

℣. Erravi sicut ovis quæ períerat;

℟. Requíre servum tuum, quia mandata tua non sum oblítus.

℣. Beati qui habitant in domo tua, Domine:

℟. In sæcula sæculorum laudabunt te.

℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis:

℟. Ut non moveantur vestigia mea.

℣. Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus:

℟. Inclína aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

℣. *Miríf*ica misericordias tuas:

℟. Qui salvos facis sperantes in te.

℣. A resistentibus dexteræ tuæ custodi nos, Domine, ut pupillam oculi:

℟. Sub umbra alarum tuarum prótege nos. Hall. hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, etc.

℣. Et réspice in servos tuos:

℟. Et in opera tua, Domine, dírige filios eorum.

℣. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos:

℟. Et opera manuum nostrarum dírige super nos; et opus manuum nostrarum dírige.

℣. Gloria Patri, etc. Hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, etc.

Oratio.

Oremus. Dirígere, custodire, sanctificare, régere et gubernare digneris, omnipotens æterne Deus, Rex et creator cœli et terræ, hodie, et semper corda et corpora nostra, sensus et sermones nostros, actus et cogitationes nostras in via et in lege tua, et in opéribus mandatorum tuorum; ut possímus placére in conspectu tuo; et Angelus tuus bonus semper comitétur nobiscum ad dirigendos pedes nostros in viam pacis et salutis; ut hic et in æternum, per te, Domine, et per tuam gratiam, semper salvi et liberi esse mereamur, Jesu Christe, mundi Salvator. Qui vivis, etc.

℣. Salvum fac servum tuum:

℟. Deus meus, sperantem in te.

℣. Salvum fac populum tuum Domine:

℟. Et bénedic in pace hæreditati tuæ: et rege eos et extolle illos usque in æternum.

℣. Domine, salvum fac regem:

℟. Et exaudi nos in quacumque die invocaverimus te.

℣. Fiat, Domine, misericordia tua super nos;

℟. Sicut sperávimus in te.

℣. Fiat pax in virtute tua:

℟. Et abundantia in túrribus tuis.

℣. Eripe me, Domine,) homine malo:
℟. Et a viro iniquo li- ꝛra me.
℣. Eripe me de ini- icis meis, Deus:
℟. Et ab insurgentibus ı me libera me.
℣. Eripe me de ope- ıntibus iniquitatem:
℟. Et de viris sàngui- ım salva me.
℣. Ab occultis meis unda me, Domine:
℟. Et ab alienis parce ırvo tuo.
℣. Mitte nobis, Domi- e, auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine, Deus vir- ıtum, converte nos:
℟. Et ostende faciem ıam, et salvi érimus.
℣. Dominus virtutum obiscum:
℟. Susceptor noster eus Jacob.
℣. Domine, exaudi, etc.
℟. Et clamor, etc.
℣. Exurge, Christe, ád- uva nos;
℟. Et libera nos pro- ter nomen tuum.

Psalmus 50.

Miserere mei, *Deus,* * *ecundum magnam mi- ricordiam tuam.*

Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Et multum lava me ab injustitia mea * et a delicto meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, * et delictum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi et malum coram te feci: * ut justificéris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, * et in delictis péperit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti, * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo et mundabor, * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam, * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis, * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, *Deus,* * et spiritum

rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua, * et Spiritum Sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ, * et exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies, * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam, si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum et humiliatum Deus non spernit.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta; * tunc impónent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, etc. Hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, etc.

℣. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris:

℟. Et omnes iniquitates nostras dele.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio I.

Deus, qui ad principium hujus diéi nos pervenire fecisti, per intercessionem beatæ et gloriosæ Dei Genitricis Mariæ et omnium Sanctorum tuorum, tua nos hodie, quæsumus, salva virtute: ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera.

Oratio II.

Domine Deus omnipotens, qui nos in hanc horam incolumes pervenire fecisti: conserva nos hodie per omnium horarum spatia et momenta temporum, et tua gratia fac nos semper permanére illæsos.

Oratio III.

nes nostras, quæ-
, Domine, aspi-
præveni ed adju-
prosequere: ut
nostra operatio
io a te semper in-
et per te cœpta
r. Per Dominum.
ɔminus vobiscum:

enedicamus Do-

eo gratias.
de in Choro legit.
ol., quod omittit.
ante Pascha.
ɐa Hebdomad. dicit:
ːxultabunt Sancti
ria:
ætabuntur in cu-
; suis.

atio absolute.

e Mariæ et San-
a tuorum nos, Do-
quæsumus, con-
oratione custódi:
em suffragantibus
ur Ecclesia, quo-
commemoratione
ur. Per Christum
ıum nostrum.
delium animæ, per
Dei misericordiam re-
quiescant in pace.
℟. Amen.

AD TERTIAM.

Pater, Ave.

Deus, in adjutorium, etc., *p. 1.*

Hymn. in Dom., Sol. Dom. et Octav., nec non Fer. VI in Parasc.

Jam surgit hora tertia,
Qua Christus ascendit crucem:
Nil insolens mens cogitet,
Intendat affectum precis.

Qui corde Christum suscipit,
Innoxium sensum gerit,
Votisque præstat sedulis
Sanctum mereri Spiritum.

Hæc hora, quæ finem dedit
Diri veterno criminis,
Mortisque regnum diruit,
Culpamque ab ævo sustulit.

Hinc jam beata tempora

Cœpere Christi gratia;
Fidei replevit veritas
Totum per Orbem Ecclesias.
Celso triumphi vertice
Matri loquebatur suæ:
En filius, Mater, tuus:
Apostole, en mater tua.
Prætenta nuptæ fœdera
Alto docens mysterio,
Ne Virginis Partus sacrum
Matris pudorem læderet.
Cui fidem in cœlestibus
Jesus dedit miraculis:
Nec credidit plebs impia:
Qui credidit, salvus erit.
Nos credimus natum Deum,
Partumque Virginis sacræ,
Peccata qui mundi tulit,
Ad dexteram sedens Patris.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
In sempiterna sæcula. Amen.

Hymn. in Fer. et Fest. Sanctor.

Nunc, Sancte nobis Spiritus,
Unum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor.
Confessionem personent:
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præsta, Pater piissime,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum Sancto Spiritu. Amen.

Ex Psalmo 118.

Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum: * et exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, * et custodiam eam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum; * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua, * et non in avaritiam.

Averte oculos meos, ne videant vanitatem, * in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum * in timore tuo.

Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, * quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua: * in justitia tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua, Domine:* salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, * quia speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, * quia in judiciis tuis speravi.

Et custodiam legem tuam semper,* in æternum et in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine; * quia mandata tua exquisivi.

Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, * et non *confundebar.*

Et meditabor in mandatis tuis, * quæ dilexi vehementer.

Et tuli manus meas ad mandata tua quæ dilexi, * et exercerbor in justificationibus tuis.

Gloria Patri, etc.

Psalmus.

Memento verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea; * quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi inique agebant usquequaque: * a lege autem tua non declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum a sæculo, Domine. * et consolatus sum.

Tædium tenuit me, * a peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ: * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui in nocte nominis tui, Domine, * et custodivi legem tuam.

Hæc mihi facta est, * *quia justificationes tuas exquisivi.*

Portio mea es tu, Domine: * dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum vultum tuum in toto corde meo · * miserere mei secundum eloquium tuum.

Quia cogitavi vias tuas, * et averti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum et non sum turbatus; * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me; * legem autem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi * super judicia justitiæ tuæ.

Particeps sum ego omnium timentium te * et custodientium mandata tua.

Misericordia tua, Domine, plena est terra: * justificationes tuas doce me.

Gloria Patri, etc.

Psalmus.

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine: * se*cundum verbum* tuum *vivifica me.*

Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me, * quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer, ego deliqui: * propterea eloquium tuum ego custodivi.

Bonus es tu, Domine; * et in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum: * ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: * ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quod humiliasti me, * ut discerem justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super millia auri et argenti.

Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt me: * da mihi intellectum ut discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me et lætabuntur; * quia in verbis tuis speravi.

Cognovi, Domine, quia judicia justitiæ

tuæ, * et in veritate tua humiliasti me.

Fiat vero misericordia tua ut exhortetur me, * secundum eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam; * quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt super me: * ego autem meditabor in mandatis tuis.

Convertantur mihi qui timent te, * et qui noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, * ut non confundar.

Gloria Patri, etc. Hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, etc.

In Dom. dieb., nisi aliter Rubrica indicet,

Epistolella.

2 Cor. 13.

Fratres. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit semper *cum omnibus vobis.*

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Bonitatem fecisti. *Iter.* Bonitatem fecisti. * Hall. hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine.

℣. Cum servo tuo, Domine.

℟. Hall. hall. *In Quadrag.* Rex æternæ gloriæ.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Bonitatem fecisti. * Hall. hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, rex æternæ gloriæ.

Cap. Hæc dies, quam fecit Dominus: * Exultemus et lætemur in ea. Hall. K. k. k. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum. *In Dom. post Pentecost.*

Oratio.

Vide, quæsumus, Domine, infirmitates nostras: et celeri nobis tua pietate succurre. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k.

℣. Benedicamus Domino:

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ, *etc.*

In Fer., nisi aliam propr. loco et temp. Rubrica indicet,

Epistolella.

Gal. 1.

Fratres. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ego dixi, Domine.

Iter. Ego dixi, Domine, * Miserere mei.

℣. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

℟. Miserere mei.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ego dixi, Domine, * Miserere mei.

Cap. Adjutor noster esto, Domine: * Ne derelinquas nos, neque despicias nos, Deus salutaris noster. Hall. K. k. k.

Preces flexis genib.

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem:

℟. Sed libera nos, etc.

℣. Ego dixi, Domine, miserere mei:

℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

℣. *Convertere,* Domine, *aliquantulum;*

℟. Et deprecabilis esto super servos tuos.

℣. Ostende nobis Domine, misericordiam tuam:

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Dominus virtutum nobiscum:

℟. Susceptor noster, Deus Jacob.

℣. Domine, exaudi orationem nostram:

℟. Et clamor noster ad te perveniat.

℣. Exurge, Christe, adjuva nos:

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

Psalm. Miserere mei, Deus, *ut supr., p. 9.* Gloria, etc. Hall., *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, etc.

℣. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris:

℟. Et omnes iniquitates nostras dele.

℣. Dominus vobiscum.

Cum fit de Fer. commun.

Oratio.

Deus, Pater omnipotens, gloriam majestatis tuæ suppliciter exora-

mus: ut, sicut hora tertia Apostolos Filii tui visitatione Sancti Spiritus confirmasti, ita corda et corpora nostra, eo adveniente, illuminare et custodire digneris. Per eumdem Dominum nostrum, etc., in unitate ejusdem, etc.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 15*.

AD SEXTAM.

Pater, Ave.

℣. Deus, in adjutorium, etc., *p. 1*.

Hymnus.

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem.

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum
Veramque pacem *cordium.*

Præsta, Pater piissime,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum Sancto Spiritu. Amen.

Ex Psalmo 118.

Defecit in salutari tuo anima mea, * et in verbis tuis speravi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, * dicentes, quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruina: * justificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui? * quando facies de persequentibus me judicium?

Narraverunt mihi iniqui fabulationes, * sed non sicut lex tua, Domine.

Omnia mandata tua veritas: * iniqui persecuti sunt me, adjuva me.

Paulominus consummaverunt me in terra: * ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericor*diam tuam* vivifica me, *

et custodiam testimonia oris tui.

In æternum, Domine, * verbum tuum permanet in cœlo.

In generatione et progenie * veritas tua.

Fundasti terram, et permanet in æternum, ordinatione tua permanet dies; * quia omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est, * tunc alioquin periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justificationes tuas; * quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: * quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me: * testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: * latum mandatum tuum nimis.

Gloria Patri, etc.

Psalmus.

Quomodo dilexi legem tuam, Domine? * tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos sapere me fecisti præceptum tuum; * quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi; * quia testimonia tua meditatio mea est.

Super seniores intellexi; * quia mandata tua exquisivi.

Ab omni via mala prohibe pedes meos, * ut custodiam mandata tua.

A judiciis tuis non declinavi: * quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! * super mel et favum ori meo.

A mandatis tuis intellexi; propterea odivi omnem viam iniquitatis, * quoniam tu legem constituisti mihi.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, * et lumen semitis meis.

Juravi et statui * custodire judicia justitiæ tuæ.

Humiliatus sum usquequaque, Domine: * vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei bene prospera nunc, Do-

mine,* et judicia tua doce me.

Anima mea in manibus tuis semper, * et legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueos mihi; * et a mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum; * quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum, ut facerem justificationes tuas in æternum * propter retributionem.

Gloria Patri, etc.

Psalmus.

Iniquos odio habui: * et legem tuam dilexi.

Adjutor meus et susceptor meus es tu; * et in verbis tuis speravi.

Declinate a me, maligni; * et scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, et vivam; * et ne confundas me ab expectatione mea.

Adjuva me, et salvus ero; * et meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes a justificationibus tuis; quia injusta cogitatio eorum est.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: * ideo dilexi mandata tua semper.

Infige clavis a timore tuo carnes meas: * a judiciis enim tuis timui.

Feci judicium et justitiam: * non tradas me, Domine, nocentibus me.

Elige servum tuum in bonum, * ut non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: * et in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, * et justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: * da mihi intellectum ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi, Domine: * dissipaverunt iniqui legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua * super aurum et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar; * *omnem* viam iniquam *odio* habui.

Gloria, etc. Hall. *In Quadrag*. Laus tibi, Domine, etc.

In Dom. dieb., nisi aliter Rubrica indicet,

Epistolella.

Eph. 1.

Fratres. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus, in Christo Jesu Domino nostro.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Psallam et intelligam.

Iter. Psallam et intelligam. * Hall. hall. *In Quadrag*. Laus tibi, Domine.

℣. In via immaculata, quando venies ad me.

℟. Hall. hall. *In Quadrag*. Rex æternæ gloriæ.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Psallam et intelligam. * Hall. hall. *In Quadrag*. Laus tibi, Domine, etc.

Cap. Anima mea in manibus tuis semper, * Et legem tuam non sum oblitus. Hall. K. k. k. *In Quadrag*. Laus tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

In Dom. post Pentecost.

Oratio.

Ad aures clementiæ tuæ, Deus, vox nostræ supplicationis ascendat: et tua nos misericordia prosequatur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 15*.

In Fer. commun., nisi aliam proprio loco et temp. Rubrica indicet,

Epistolella.

2 Thess. 3.

Fratres. Dominus autem dirigat corda et corpora nostra in charitate Dei et patientia Christi.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Benedicam Dominum.

Iter. Benedicam Dominum * In omni tempore.

℣. Semper laus ejus in ore meo.

℟. In omni tempore.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Benedicam Domi-
ım * In omni tempore.
Cap. Dominus regit
e, * Et nihil mihi dee-
t; in loco pascuæ ibi
e collocavit. Hall. K.
k.

Preces genib. flexis.

Pater noster, *secreto.*
℣. Et ne nos inducas
tentationem:
℟. Sed libera nos a
alo.
℣. Ego dixi, Domine,
iserere mei:
℟. Sana animam
ıeam, quia peccavi
bi.
℣. Convertere, Domi-
, aliquantulum:
℟. Et deprecabilis esto
per servos tuos.
℣. Ostende nobis, Do-
ine, misericordiam
am:
℟. Et salutare tuum
ı nobis.
℣. Dominus virtutum
biscum:
℟. Susceptor noster
ıus Jacob.
℣. Domine, exaudi, etc.
℟. Et clamor, etc.
℣. Exurge, Christe,
juva nos:
℟. Et *libera nos pro-*
r nomen tuum.

Psalmus 56.

Miserere mei, Deus, miserere mei, * quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, * donec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum, * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cœlo et liberavit me, * dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam, et veritatem suam, * et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.

Dormivi conturbatus: filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ, * et lingua eorum machæra acuta.

Exaltare super cœlos, Deus, * et super omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis, * et incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam, * et ipsi inciderunt in eam.

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: * cantabo et psalmum dicam Domino.

Exurge, gloria mea, exurge, psalterium et cithara: * exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis, Domine, * et psalmum dicam tibi inter gentes.

Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, * et usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos, Deus, * et super omnem terram gloria tua.

Gloria Patri, etc. Hall.

In Quadrag. Laus tibi, Domine, etc.

℣. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris:

℟. Et omnes iniquitates nostras dele.

℣. Dominus vobiscum.

In Fer. commun.

Oratio.

Sanctum et terribile nomen tuum, omnipotens Deus, humiliter deprecamur: ut, qui hora diei sexta gloriosissimum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, crucem ascendere voluisti, ut nos a potestate Hostis nequissimi liberares, ejus cruce redempti, tibi Domino Deo nostro sine offensione omni tempore serviamus. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 15.*

AD NONAM

Pater. Ave.

℣. Deus, in adjutorium, etc., *p. 1.*

Hymnus.

Rerum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans.

Largire clarum vespere,
Quo vita nusquam decidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.

Præsta, Pater piissime,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum Sancto Spiritu. Amen.

Ex Psalmo 118.

Lirabilia testimonia a: * ideo scrutata est anima mea.

Declaratio sermonum orum illuminat me,* et ellectum dat parvulis.

Os meum aperui, et traxi spiritum, * quia ındata tua exquisivi.

Respice in me et mirere mei, * secundum dicium diligentium men tuum.

Gressus meos dirige cundum eloquium um,* et non dominetur hi omnis iniquitas.

ledime me a caluiis hominum, * ut culiam mandata tua.

aciem tuam illumina r servum tuum, * oce me justificatio- tuas.

itus aquarum transt oculi mei: * quia ustodierunt legem

s es, Domine, * et ı judicium tuum.

lasti justitiam teia tua, * et veri- tuam nimis.

fecit me zelus tuus, * quia obliti sunt verborum tuorum inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer, * et servus tuus dilexit illud.

Junior sum ego et contemptus: * justificationes tuas non sum oblitus.

Justitia tua, justitia in æternum,* et lex tua veritas.

Tribulatio et necessitas invenerunt me; * mandata autem tua meditatio mea est.

Justitia testimonia tua in æternum: * intellectum da mihi, et vivifica me.

Gloria Patri, etc.

Psalmus.

Clamavi in toto corde meo; exaudi me, Domine: * justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te; salvum me fac, * ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate et clamavi, * et in verbis tuis speravi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo, * ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam exaudi, Domine, secundum misericordiam tuam ; * secundum judicium tuum vivifica me.

Appropiaverunt qui persequebantur me iniquitati, * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu, Domine, * et omnia mandata tua veritas.

Ab initio cognovi de testimoniis tuis, * quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, et eripe me; * quia legem tuam non sum oblitus.

Judica judicium meum, et redime me, * propter eloquium tuum vivifica me.

Longe est a peccatoribus salus, * quia justificationes tuas non exquisierunt.

Miserationes tuæ multæ, Domine: * secundum judicium tuum vivifica me.

Multi qui persequuntur me et qui tribulant me: * de testimoniis tuis non declinavi.

Vidi non servantes pactum, et tabescebam, * quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi, Domine: * in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas: * in æternum omnia judicia justitiæ tuæ.

Gloria Patri, etc.

Psalmus.

Principes persecuti sunt me gratis, * et a verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua, * sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui et abominatus sum: * legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi * super judicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: * et non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum, Domine, * et legem tuam dilexi.

Custodivit anima mea testimonia tua, * et dilexit ea vehementer.

divi mandata tua
nonia tua, * quo-
mnes viæ meæ
spectu tuo, Do-

piet oratio mea
spectu tuo, Do-
secundum elo-
uum da mihi in-
m.
postulatio mea
spectu tuo, Do-
secundum elo-
tuum eripe me.
abunt labia mea
n,* cum docueris
ificationes tuas.
nciabit lingua
quia tua: * quia
mandata tua ju-

nanus tua ut sal-
cias me, * quia
a tua elegi.
upivi salutare
Domine, * et lex
editatio mea est.
t anima mea et
t te, * et judicia
vabunt me.
vi sicut ovis quæ
t: * require ser-
um, quia mandata
n sum oblitus.
ia, etc. Hall. *In*
g. Laus tibi, etc.

In Dom. dieb., nisi alit. Rubrica indicet,

Epistolella.

Rom. 6.

Fratres. Cum enim servi essetis peccati, gratia Dei adjuti, liberi facti estis justitiæ.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Cantabimus et psallemus.

Iter. Cantabimus et psallemus. * Hall. hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine.

℣. Virtutes tuas, Do mine.

℟. Hall. hall. *In Quadrag.* Rex æternæ gloriæ.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Cantabimus et psallemus. * Hall. hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine, etc.

Cap. Constituite solemnitatem in confrequentationibus, * Usque ad cornu altaris. Hall. K. k. k. *In Quadrag.* Laus, tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

In Dom. quando propria non habet.:

Oratio.

Os nostrum, Domine, gaudio repleatur; et in tua misericordia semper exultet. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 15.*

In Fer. commun.

Epistolella.

Gal. c. 6.

Fratres. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Redime me, Domine.

Iter. Redime me, Domine, * Et miserere mei.

℣. Pes meus stetit in via recta.

℟. Et miserere mei.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Redime me, Domine,* Et miserere mei.

Cap. Ab occultis meis munda me, Domine: * et ab alienis parce servo tuo. Hall. K. k. k.

Preces flexis genib.

Pater noster, *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem:

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Ego dixi: Domine, miserere mei:

℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

℣. Convertere, Domine, aliquantulum:

℟. Et deprecabilis esto super servos tuos.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam:

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Dominus virtutum nobiscum:

℟. Susceptor noster, Deus Jacob.

℣. Domine, exaudi, etc.

℟. Et clamor, etc.

℣. Exurge, Christe, adjuva nos:

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

Psalmus 85.

Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me, * quoniam egenus et pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum, * salvum fac ser-

m, Deus meus,
m in te.
re mihi, Do-
quoniam ad te
tota die.
a animam servi
oniam ad te, Do-
evavi animam

im tu, Domine,
mitis es, * et
in misericor-
ibus invocanti-

is percipe, Do-
tionem meam,*
e voci depreca-
eæ.
tribulationis
mavi ad te; *
exaudisti me.
st similis tibi
Domine, * et
ecundum opera

gentes, quas-
fecisti, venient,*
bunt coram te,

orificabunt no-
n, quoniam ma-
tu et faciens
; * tu es Deus

me, Domine, in
* et ingrediar
te tua.

Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo: * et glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me, * et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, injusti insurrexerunt super me, * et synagoga potentium quæsierunt animam meam.

Non proposuerunt te in conspectu suo,* et tu Domine, Deus misericors et miserator, longanimis, et multum misericors et verax.

Respice in me et miserere mei; * da potestatem puero tuo: et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qu oderunt me et confundantur; * quoniam tu, Domine, adjuvisti me et consolatus es me.

Gloria Patri, etc. Hall.

In Quadrag. loco huj. Psalm., dicit. Psalm. Miserere, *pag. 9, et in fine*

addit.: Laus tibi, Domine, etc.

℣. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris:

℟. Et omnes iniquitates nostras dele.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui hora nona in cru patibulo latronem c fitentem intra mœ Paradisi transire ju: sti, te suppliciter de camur: ut, confite peccata nostra, Para portas nos facias int ire gaudentes. Qui vis, etc.

℣. Dominus vobisc K. k. k., *p. 15.*

VESPERÆ

·INGULOS HEBDOMADÆ DIES.

DOMINICO.

ıter, Ave.

nus vobiscum.
ım spiritu tuo.
Quoniam tu illu-
cernam meam,
✠ Deus meus,
tenebras meas.
niam in te eri-
ıtatione: ✠ Deus
c.
repetit.: ℟. Quo-
etc.
repetunt. omnia

inus vobiscum:
um spiritu tuo.
choro, loco suo.
ıinus vobiscum:
um spiritu tuo.

ymn. dicit. in
ın Fer. ubi pro-
ı habet.:

'eator omnium,
ɜ rector, ve-
s

Diem decoro lumine,
Noctem soporis gratia.
Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui,
Mentesque fessas al-
levet,
Luctusque solvat an-
xios;
Grates, peracto jam die,
Et noctis exortu pre-
ces,
Voti reos ut adjuves,
Hymnum canentes
solvimus.
Te cordis ima concinant,
Te vox sonora con-
crepet,
Te diligat castus amor,
Te mens adoret so-
bria.
Ut, cum profunda clau-
serit
Diem caligo noctium.
Fides tenebras ne-
sciat,
Et nox Fide reluceat.
Dormire mentem ne si-
nas,
Dormire culpa noverit:

Castos fides refrigerans,
Somni vaporem temperet.
Exuta sensu lubrico
Te cordis alta somnient,
Ne hostis invidi dolo
Pavor quietos suscitet.
Christum rogemus et Patrem,
Christi, Patrisque Spiritum:
Unum potens per omnia,
Fove precantes, Trinitas.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclito
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.
℟. *in choro, suo loco.*
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Psalm. ad Vesp. nisi Rubric. loco proprio alit. indicet.

Ant. Dixit Dominus.
Psalm. ipse. ‡ Donec *ponam, etc.*
Temp. Pasch. Ant. Hall.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: * sede a dextris meis.
‡ Donec ponam inimicos tuos * scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: * dominaberis in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: * ex utero ante Luciferum genui te.
Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: * Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.
Dominus a dextris tuis; * confregit in die iræ suæ reges.
Judicabit in nationibus, implebit ruinas, * conquassabit capita super terram multorum.
De torrente in via bibet; * propterea exaltabit caput.
Gloria Patri, etc.
Ant. Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.

Pasch. Ant. Hall.
. hall.
agna opera.
Pasch. Ant. Hall.

lmus 110.

or tibi, Domi-
to corde meo,
o rectorum et
tione: * magna
mini.
ta in omnes
s ejus; confes-
nificentia opus
t justitia ejus
sæculum sæ-

am fecit mi-
suorum mise-
miserator Do-
escam dedit
s se.
fuit in sæcu-
menti sui: *
operum suo-
nciavit populo

llis hæredita-
um: * opera
jus veritas et

omnia man-
confirmata in
sæculi: * facta
et æquitate.
tionem misit populo suo, mandavit in æternum testamentum suum: * sanctum et terribile nomen ejus.

Initium sapientiæ est timor Domini, intellectus autem bonus omnibus facientibus eum: * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Magna opera Domini.

Temp. Pasch. Ant. Hall. hall.

Ant. Misericors.

Temp. Pasch. Ant. Hall.

Psalmus 111.

Beatus vir qui timet Dominum: * in mandatis ejus cupiet nimis.

Potens erit in terra semen ejus: * generatio rectorum benedicetur.

Gloria et divitiæ in domo ejus: * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis corde: * misericors et miserator et justus Dominus Deus.

Jucundus homo qui *miseretur* et commodat,

disponet sermones suos in judicio; * quoniam in sæculum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus: * ab auditu malo non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus; * non commovebitur, donec videat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: * justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Cornu ejus exaltabitur in gloria; peccator videbit et irascetur; * dentibus suis fremet et tabescet; desiderium peccatorum peribit.

Gloria Patri, etc.

Ant. Misericos et miserator et justus Dominus.

Temp. Pasch. Ant. Hall. hall. hall.

Ant. Sit nomen Domini.

Temp. Pasch. Ant. Cujus livore.

Psalmus 112.

Laudate, pueri, Dominum, * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum * ex hoc nunc et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum * laudate nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cœlo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, etc.

Ant. Sit nomen Domini benedictum in sæcula.

Temp. Pasch. Ant. Cujus livore sanati sumus. Hall. hall. hall.

In fine Hebd. I. Ant. Nomini tuo.

In fine Hebd. II. Ant. Nos qui vivimus.

Temp. Pasch. Psalm. absolute inchoat.

Psalmus 113.

In exitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de populo barbaro.

Facta est Judæa sanctificatio ejus, * Israel potestas ejus.

Mare vidit et fugit; * Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes; * et colles sicut agni ovium.

Quid est mare quod fugisti? * et tu, Jordanis, quare conversus es retrorsum?

Montes, quare exultastis ut arietes? * et colles, velut agni ovium?

A facie Domini mota est terra, * a facie Dei Jacob;

Qui convertit petram in stagna aquarum, * et rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis, * sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordiam tuam et veritatem tuam; * ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cœlo sursum, in cœlo et super terram: * omnia quæcumque voluit, fecit.

Simulacra gentium, argentum et aurum, * opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur, * oculos habent et non videbunt.

Aures habent et non audient; * nares habent et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt; * pedes habent et non ambulabunt.

Non clamabunt in gutture suo, * neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino; * adjutor eorum et protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino; * adjutor eorum et protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino, * adjutor eorum et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri et benedixit nos: benedixit domum Israel,

* benedixit domum Aaron.

Benedixit omnes timentes Dominum, * pusillos cum majoribus.

Adjiciat Dominus super vos; * super vos et super filios vestros.

Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum et terram: * cœlum cœli Domino; terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te, Domine, * neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos, qui vivimus, benedicimus Dominum: * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri, etc.

In fine Hebd. I. Ant. Nomini tuo da gloriam, Domine.

In fine Hebd. II. Ant. Nos qui vivimus, benedicimus Dominum.

Temp. Pasch. Ant. Hall. hall. hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum:

℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio I, quando propria non habet.:

Respice, Domine, de excelsa sede Majestatis tuæ, et tenebras noctis horrendæ radio tui splendoris illumina; absterge a singulorum sensibus inertem diffidentiæ somnum, et a filiis lucis remove nequitias tenebrarum. Per Dominum nostrum, etc.

℣. Dominus vobiscum:

℟. Et cum spiritu tuo.

Ant. loco suo.

Cant. B. M. V. Luc. 1.

Magnificat * anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus: * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a sæculo et in sæculum, * super timentes eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dissipavit superbos mente cordis eorum.

Deposuit potentes de

xaltavit hu-

s satiavit bo-
vites dimisit

Israel pue-
* memor mi-
suæ;
utus est ad
ros: * Abra-
emini ejus
ternum.
tri, etc.
petit. versus:
t anima mea

suo. K. k. k.
ıs vobiscum:
ı spiritu tuo.
ando propria habet.:

operatus es
nedio terræ,
oræ non ob-
r, et nox si-
luminabitur,
ıæsumus, te-
ras: ut, tran-
quietam no-
entes, matu-
in tuis lau-
ırgamus. Per
ıostrum, etc.
us vobiscum:
n spiritu tuo.
loco.

Si dicend. sit ℟. *in Bapt., dicit. hic, præmisso:*

℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.

Compl. I. Regnum tuum, Domine, * Hall.: et dominatio tua in omni generatione et progenie. Hall. hall.

Compl. II. Benedictus es, Domine, * Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in sæcula. K. k. k.

Oratio.

Fortitudo fidelium Deus vita et resurrectio mortuorum: præbe tuis fidelibus firmitatem, et restitue nobis dona salutis. Per Dominum nostrum, etc.

℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.

Ant. et Psalmi ℣. 4, *quando habent., dicunt. hoc loco: post Ant. hæc Orat.:*

Exaudi nos, misericors Deus, et mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per Dominum nostrum, etc.

℣. Dominus vobiscum:

℟. Et cum spiritu tuo,
Psall. II suo loco.
Compl. I. Quoniam tu illuminas * Lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas.
Compl. II. Benedictus es, Domine, * etc., *ut sup.*

Oratio V.

Os nostrum, Domine, gaudio repleatur: et in tua misericordia semper exultet. Per Dominum nostrum, etc.
℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum, etc. K. k. k.
℣. Benedicat et exaudiat nos Deus; ℟. Amen.
℣. Procedamus cum pace:
℟. In nomine Christi.
℣. Benedic. Domino:
℟. Deo gratias.
Pater noster, *secreto.*
℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Sancta Trinitas nos semper salvet et benedicat. ℟. Amen.
℣. Fidelium animæ, etc. ℟. Amen.

FERIA II.

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.

Lucern. Dominus illuminatio mea ‡ Et salus mea: quem timebo?
℣. Dominus protector vitæ meæ ‡ Et salus, etc.
Iter. Dominus illuminatio, etc.
℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.
Hymn. Deus, creator omnium, *p. 29.*
℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.
℟. *in choro.* Mane nobiscum, Domine, ‡ Quia jam declinavit dies ad vesperum.
℣. Sol agnovit occasum suum; posuisti tenebras, et facta est nox; ‡ Quia jam, etc.
℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.
Ant. In diebus meis.

Psalmus 114.

Dilexi quia audiet Dominus * vocem orationis meæ.
Quia inclinavit aurem

ni: * et in die- invocabo eum. nidederunt me mortis: * perini invenerunt

tionem et doeni: * et nomen ivocabo.
ine, libera anim: * misericors et justus, et ter miseretur.
ens parvulos : * humiliatus lvum me fecit.
tere, anima quiem tuam: * inus benefecit

ipuit animam morte, oculos rymis, * pedes psu.
cebo Domino* e vivorum.
Patri, etc.
diebus meis Dominum.
Pasch. singul. ne addit. Hall. redidi.
ipse : ‡ Ego

mus 115.

Propter quod locutus sum: ‡ Ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu mentis meæ: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam, * et nomen Domini invocabo.

Pretiosa in conspectu Domini * mors sanctorum ejus.

O Domine, ego servus tuus, * ego servus tuus et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis.

Vota mea Domino reddam, * in conspectu omnis populi ejus.

In atriis domus Domini, * in medio tui, Jerusalem.

Gloria Patri, etc.

Ant. Credidi, propter quod locutus sum.

Ant. Veritas Domini.

Psalmus 116.

Laudate Dominum, omnes gentes, * et collaudate eum, omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, * et veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Veritas Domini manet in æternum.

Ant. Domine, libera.

Psalmus 119.

Ad Dominum, cum tribularer, clamavi: * et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis* et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ * cum carbonibus desolatoriis.

Heu me! quia incolatus meus prolongatus est:* habitare cum habitantibus Cedar.

Multum incola fuit anima mea; cum his qui oderunt pacem eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, etc.

Ant. Domine, libera animam meam.

Ant. Auxilietur nobis.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos ad montes* unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino * qui fecit cœlum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum, * neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet * qui custodit Israel.

Dominus custodiat te, Dominus protectio tua * super manum dexteræ tuæ.

Per diem sol non uret te * neque luna per noctem.

Dominus custodiat te ab omni malo,* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Auxilietur nobis dextera tua, Domine. K. k.

℣. Dominus vobiscum

Oratio I.

Clementiam tuam su

plices exoramus, omnipotens Deus: ut, sicut vespertinas tibi fundimus preces, ita nos dies futura lætos excipiat. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Magnificat.

Cant. ipsum. Et exultavit spiritus, *p. 34.*

Quo Cant. finito, repetit.:

℣. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Ant. Magnificat anima mea Dominum Deum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Exaudi nos, Deus, recedente die, accedente nocte: ut puris precibus et vocibus castis te in aurora adorare possimus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Adjutorium nostrum ⁜ In nomine Domini.

℣. Qui fecit cœlum et terram; ⁜ In nomine Domini.

Oratio III.

Tua nos, Domine, veritas semper illuminet: et ab omni pravitate defendat. Per Dominum.

Ant. Quam admirabile.

Psalmi 8 ℣. 4.

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos: * ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.

Propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et defensorem.

Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum, * lunam et stellas quæ tu fundasti.

Gloria Patri, etc.

Ant. Quam admirabile est nomen tuum, Domine!

Compl. Benedictus es, Domine, * etc. *p. 35.*

Oratio IV.

Ut cunctis nos, Domine, foveas adjumentis: tuis apta propitius disciplinis. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

K. k. k., etc. *ut sup., p. 36.* *Deinde dicunt. Vesp. Def., ut infra loco suo.*

FERIA III.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Dominus illuminatio ‡ *etc., p. 36.*

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Deus creator omnium, *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum:

℟. Et cum spiritu tuo.

℟. *in choro.* Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi ‡ Tota die.

℣. Lætifica animam servi tui; quia ad te Domine, animam meam levavi ‡ Tota die.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Fiat pax, Domine.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri * in atriis tuis, Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt Tribus, Tribus Domini,* testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio: * sedes super domum David.

Interrogate quæ ad pacem sunt Jerusalem, * et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei mei: * exquisivi bona tibi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Fiat pax, Domine, in virtute tua.

Ant. Qui habitas in cœlo.

Psalmus 122.

Ad te levavi oculos meos, * qui habitas in cœlo.

Ecce sicut oculi servorum * in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: * ita oculi nostri ad Do-

minum Deum nostrum, donec misereatur nobis.

Miserere nobis, Domine, miserere nobis: * quia multum repleti sumus contemptione.

Et multum repleta est anima nostra, * opprobrium abundantibus et despectio superbis.

Gloria Patri, etc.

Ant. Qui habitas in cœlo, miserere nobis.

Ant. Adjutorium nostrum.

Psalmus 123.

Nisi quod Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, * nisi quod Dominus erat in nobis.

Cum insurgerent homines in nos, * forsitan vivos deglutissent nos.

Cum irasceretur animus eorum adversum nos, * forsitan ut aquam absorbuissent nos.

Torrentem pertransivit anima nostra: * forsitan pertransisset anima nostra aquam immensam.

Benedictus Dominus, * qui non dedit nos in capturam dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est * de laqueo venantium.

Laqueus contritus est, * et nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini, * qui fecit cœlum et terram.

Goria Patri, etc.

Ant. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Ant. Benefac, Domine,

Psalmus 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, * non commovebitur in æternum qui habitat in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus et Dominus in circuitu populi sui * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Quia non remittet Dominus virgam peccatorum * super sortem justorum.

Ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas: * benefac, Domine, bonis et rectis corde.

Declinantes autem ad obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: * pax super Israel.

2*

Gloria Patri, etc.

Ant. Benefac, Domine, bonis et rectis corde.

Ant. Converte, Domine.

Psalmus 125.

In convertendo Dominus captivitatem Sion, * facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum * et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum illis: * magnificavit Dominus facere nobiscum; facti sumus lætantes.

Converte, Domine, captivitatem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent: * euntes ibant et flebant mittentes semina sua.

Venientes autem venient in exultatione, * portantes manipulos suos.

Gloria Patri, etc.

Ant. Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Transacto diei cursu, gratias nomini tuo referimus, omnipotens Deus, quæsumus misericordiam tuam: ut, quæcumque in hac die per fragilitatem carnis contraximus, veniam nobis largiri digneris. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Quia fecit.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Quia fecit mihi magna qui potens est, K. k. k.

℣ Dominus vobiscum.

Oratio II.

Adesto nobis, misericors Deus, et die noctеque nos protege: ut, quibuslibet alternationibus temporum fatigati, tua semper incommutabilitate firmemur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Esto nobis, Domine, ‡ Auxiliator et rector.

℣. Ut viam tuam re-
s mentibus ambule-
ıs: ✝ Auxiliator et re-
or.

Oratio III.

ɩb omnibus nos, quæ-
mus, Domine, pecca-
; propitiatus absolve:
, percepta venia pec-
torum, liberis tibi
entibus serviamus. Per
ominum.

Ant. Timentes autem.
Psalmi 14 ℣. 4.

Domine, quis habita-
t in tabernaculo tuo?
ıut quis requiescet in
onte sancto tuo?

Qui ingreditur sine
ıcula * et operatur ju-
tiam.

Qui loquitur verita-
n in corde suo, qui
n egit dolum in lingua
a, * nec fecit proximo
o malum.

Et opprobrium non ac-
oit adversus proxi-
ım suum: ad nihilum
ductus est in conspe-
ı ejus malignus; * ti-
entes autem Dominum
ıgnificat.

Gloria Patri, etc.

Ant. Timentes autem
ominum magnificat.

Compl. Benedictus es, Domine, * *p. 35.*

Oratio IV.

Iniquitates nostras ne respicias, Deus: sed sola nobis tua misericordia prosit indignis. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.
K. k. k., etc. *ut supr., p. 36. Deinde dicunt. Vesp. Defunct., ut infra loco suo.*

FERIA IV.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Dominus illuminatio, etc., *p. 36.*

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Deus creator omnium, *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum:

℟. *in choro.* Precatus sum faciem tuam ✝ De toto corde meo: miserere mei, Domine.

℣. Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper ✝ De toto, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Nisi tu, Domine.

Psalmus 126.

Nisi Dominus ædificaverit domum, * in vanum laborant qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * in vanum vigilant qui custodiunt eam.

In vanum est vobis ante lucem surgere: surgite, postquam sederitis, * qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum; ecce hæreditas Domini, filii: * merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: * ita filii excussorum.

Beatus qui implebit desiderium suum ex ipsis; * non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, etc.

Ant. Nisi tu, Domine, servaveris nos, in vanum vigilant oculi nostri.

Ant. Beati omnes.

Psalm. ipse. ‡ Qui ambulant.

Psalmus 127.

Beati omnes qui timent Dominum, ‡ Qui ambulant in viis ejus.

Labores fructum tuorum manducabis: * beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans * in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur omnis homo, * qui timet Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion; * et videas quæ bona sunt Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: * pax super Israel.

Gloria Patri, etc.

Ant. Beati omnes qui timent Dominum.

Ant. Benedictio Domini.

Psalmus 128.

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel: * sæpe expugnaverunt me a juventute mea.

Etenim non potuerunt mihi: * supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.

Prolongaverunt iniquitates suas: * Dominus justus concidet cervices peccatorum.

Confundantur et avertantur retrorsum * omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum ædificiorum,* quod, priusquam evellatur, arescit.

De quo non implebit manum suam qui metit, * nec sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt prætereuntes: Benedictio Domini super vos; * benediximus vos in nomine Domini.

Gloria Patri, etc.

Ant. Benedictio Domini super vos, benediximus vos in nomine Domini.

Ant. Fiant, Domine.

Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: * in vocem orationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine, * Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter nomen tuum sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo tuo: * speravit anima mea in Domino.

A vigilia matutina usque in noctem * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia est * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel * ab omnibus iniquitatibus eorum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Fiant, Domine, aures tuæ intendentes in vocem orationis meæ.

Ant. Speret Israel.

Psalmus 130.

Domine, non est exaltatum cor meum, * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis, * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus super matrem suam: * ita retribues in anima mea.

Speret Israel in Do-

mino * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Speret Israel in Domino ex hoc nunc et usque in sæculum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Vespertinum incensum nostrum, quæsumus, Domine, clementer intende: ut ignitum eloquium tuum credentium corda clarificet. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Recordare, Domine.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Recordare, Domine, misericordiæ tuæ. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum:

Oratio II.

Deus, qui nos ad hoc opus vespertinum perducere dignatus es, tribue, quæsumus: ut, discussa caligine tenebrarum, ad matutinam laudem resurgamus incolumes. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Repleatur os meum ⁑ Laude tua, Domine.

℣. Ut possim cantare gloriam tuam tota die: ⁑ Laude tua, Domine.

Oratio III.

Familiam tuam, quæsumus, Domine, cœlesti protectione circumda: ut, te parcente, sit libera; te custodiente, a malis omnibus sit secura. Per Dominum.

Ant. In tua justitia.

Psalmi 30 ℣. 4.

In te Domine speravi: * non confundar in æternum.

In tua justitia * libera me et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera ut eripias me.

Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Gloria Patri, etc.

Ant. In tua justitia libera me, Domine.

Compl. Benedictus es Domine, * *p. 35.*

Oratio IV.

Fac nos quæsumus, Domine Deus noster, in tua

devotione gaudere: quia perpetua est et plena felicitas, si bonorum omnium tibi serviamus auctori. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *ut supra.*, *p. 36.* *Deinde dicunt. Vesp. Defunct., ut infra loco suo.*

FERIA V.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Dominus illuminatio, etc., *p. 36.*

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Deus creator omnium, *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum:

℟. *in choro:* Usque ad vesperum quam magnificata sunt ‡ Opera tua, Domine.

℣. Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra; ‡ Opera, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Memento, Domine.

Psalm. ipse. ‡ Sicut juravit.

Psalmus 131.

Memento, Domine, David * et omnis mansuetudinis ejus.

‡ Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introiero in tabernaculum domus meæ, * si ascendero super lectum stratus mei.

Si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, * aut requiem temporibus meis.

Donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: * adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

Exurge, Domine, in requiem tuam, * tu et arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitia, * et sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, * non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, * et non frustrabitur eum.

De fructu ventris tui

ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * et testimonia mea hæc quæ docebo eos.

Et filii eorum usque in æternum, * sedebunt super sedem tuam.

Quia elegit Dominus Sion, * prælegit eam in habitaculum sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: * hic habitabo, quoniam prælegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam: * pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutare: * et sancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David: * paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione: * super ipsum autem florebit sanctificatio mea.

Gloria Patri, etc.

Ant. Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus.

Ant. Bonum et jucundum.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum et quam jucundum * habitare fratres in unum!

Sicut unguentum in capite, * quod descendit in barbam, in barbam Aaron;

Quod descendit in oram vestimenti ejus: * sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Quia illic mandavit Dominus benedictionem * et vitam usque in sæculum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Bonum et jucundum est laudare Dominum.

Ant. Laudate nomen Domini.

Psalm. ipse. ‡ Qui statis.

Psalmus 134.

Laudate nomen Domini; * laudate, servi, Dominum.

‡ Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

Laudate Dominum, quoniam bonus Dominus: * psallite nomini ejus, quoniam bonus.

Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, * Israel in hæreditatem sibi.

Quia ego cognovi quod magnus Dominus, * et Deus noster præ omnibus diis.

Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cœlo et in terra, * in mari et in omnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ, * fulgura in pluviam fecit.

Qui producit ventos de thesauris suis; * qui percussit primitiva Ægypti ab homine usque ad pecus.

Et misit signa et prodigia in medio tui, Ægypte; * in Pharaonem et in omnes servos ejus.

Qui percussit gentes multas, * et occidit reges potentes;

Sehon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan, * et omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hæreditatem, * hæreditatem Israel servo suo.

Domine, nomen tuum in æternum: * et memoriale tuum in generatione et progenie.

Quia judicabit Dominus plebem suam: * et in servis suis consolabitur.

Simulacra gentium argentum et aurum, * opera manuum hominum.

Os habent, et non loquentur: * oculos habent, et non videbunt.

Aures habent, et non audient: * nares habent, et non odorabunt.

Manus habent, et non palpabunt: * pedes habent, et non ambulabunt.

Non clamabunt in gutture suo: * neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel, benedicite Domino: * Domus Aaron, benedicite Domino.

Domus Levi, benedicite Domino: * qui timetis Dominum, benedicite Domino.

Benedictus Dominus ex Sion, * qui habitat in Jerusalem.

Gloria Patri, etc.

Ant. Laudate nomen Domini; laudate, servi, Dominum.

Ant. Quoniam in sæculum.

Psalmus 135.

Confitemini Domino, quoniam bonus; * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Confitemini Deo deorum: * quoniam bonus.

Confitemini Domino dominorum; * quoniam bonus.

Qui fecit mirabilia magna solus: * quoniam bonus.

Qui fecit cælos in intellectu: * quoniam bonus.

Qui firmavit terram super aquas: * quoniam bonus.

Qui fecit luminaria magna solus; * quoniam bonus.

Solem in potestatem diei: * quoniam bonus.

Lunam et stellas in potestatem noctis: * quoniam bonus.

Qui percussit Ægyptum cum primitivis eorum; * quoniam bonus.

Et eduxit Israel de medio eorum; * quoniam bonus.

In manu forti et brachio excelso: * quoniam bonus.

Qui divisit mare rubrum in divisiones aquarum; * quoniam bonus.

Et perduxit Israel per medium ejus; * quoniam bonus.

Et excussit Pharaonem et omnem potentiam ejus in mari Rubro: * quoniam bonus.

Qui perduxit populum suum per desertum: * quoniam bonus.

Qui percussit reges magnos, et occidit reges fortes: * quoniam bonus.

Sehon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan: * quoniam bonus.

Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Israel servo suo: * quoniam bonus.

Quoniam in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus: * quoniam bonus.

Et eripuit nos ab in-

micis nostris, qui dat escam omni carni; * quoniam bonus.

Confitemini Deo cœli, quoniam bonus; * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Quoniam in sæculum misericordia ejus.

Ant. In salicibus.

Psalmus 136.

Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus, * dum recordaremur tui, Sion.

In salicibus, in medio ejus, * suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos, * verba cantionum;

Et qui abduxerunt nos: * Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum Domini * in terra aliena?

Si oblitus fuero tui, Jerusalem, * obliviscatur me dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, * si non meminero tui.

Si non proposuero Jerusalem * in principio lætitiæ meæ.

Memento, Domine, filiorum Edom * in die Jerusalem.

Qui dicunt: Exinanite, exinanite * usque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis * misera!

Beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam: * quam retribuisti nobis.

Beatus qui tenebit parvulos tuos, * et allidet ad petram.

Gloria Patri, etc.

Ant. In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Vespertinis orationibus te deprecamur, omnipotens Deus: ut peccata nostra placatus avertas, et quidquid pro delictis nostris meremur, miseratus absolvas. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Exalta, Domine.

Cant. Magnificat, *p. 34.*

Ant. Exalta, Domine

humiles tuos, sicut locutus es. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Deus, qui, ad quietem laboris humani generis, operum tuorum velamen extendis, exaudi supplices tuos: et sine offensione matutinis laudibus repræsenta. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Benedic, anima mea, ‡Dominum.

℣. Et omnia interiora mea nomen sanctum ejus: * Dominum.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut liberis tibi mentibus serviamus. Per Dominum.

Ant. Spera in Domino. *Psalmi 36 ℣. 4.*

Noli æmulari inter malignantes, * neque æmulatus fueris facientes iniquitatem.

Quoniam, tamquam fœnum, velociter arescent: * et, sicut olera herbarum, cito decident.

Spera in Domino fac bonitatem: * et inl bita terram et pasce in divitiis ejus.

Delectare in Domi * et dabit tibi petitio cordis tui.

Gloria Patri, etc.

Ant. Spera in Domi et fac bonitatem.

Compl. Benedictus Domine, * *p. 35.*

Oratio IV.

Concede nobis, quæ mus, Domine, veni peccatorum nostroru ut, quod meritis ı præsumimus, indulg tiæ tuæ celeri largi percipiamus. Per Do num.

℣. Dominus vobisc K. k. k., etc., *ut su p. 36. Deinde dic Vesp. Defunct., ut i loco suo.*

FERIA VI.

℣. Dominus vobisc *Lucern.* Dominus i minatio, etc., *p. 36.*

℣. Dominus vobisc *Hymn.* Deus crea omnium, *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum.
℟. *in choro.* Dirigatur, Domine, ‡ Oratio nostra.
℣. Sicut incensum in conspectu' tuo, ‡ Oratio nostra.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Opera manuum.

Psalmus 137.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: * quia exaudisti omnia verba oris mei.

Et in conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, * et confitebor nomini tuo.

Super misericordiam tuam et veritatem tuam: * quia magnificasti super omnia nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, * cito exaudi me.

Multiplicabis me in anima mea, * in virtute tua.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ; * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis tuis, Domine, * quia magna gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit, * et alta a longe agnoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, * vivificabis me.

Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, * et salvum me fecit dextera tua.

Domine, retribue pro me; Domine, misericordia tua in æternum: * opera manuum tuarum ne despicias.

Gloria Patri, etc.

Ant. Opera manuum tuarum ne despicias, Domine.

Ant. Domine, probasti me.

Psalm. ipse: ‡ Tu cognovisti.

Psalmus 138.

Domine probasti me et cognovisti me: ‡ Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas a longe, semitam meam et funem meum tu investigasti, *

et omnes vias meas prævidisti.

Quia non est dolus in lingua mea: * ecce tu, Domine, cognovisti omnia novissima et antiqua.

Tu formasti me * et posuisti super me manum tuam.

Mirificata est scientia tua ex me: * confortata est, non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? * et quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in cœlos, tu illic es: * et si descendero in infernum, ades.

Si assumpsero pennas meas a matutino * et habitavero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me, * et apprehendet me dextera tua.

Et dixi: Forsitan tenebræ conculcabunt me, * et nox illuminatio in epulatione mea.

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, * et nox sicut dies illuminabitur.

Sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus: quo*niam* tu, Domine, possedisti renes meos, * suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi, Domine, quia terribiliter mirificatus es: * mira opera tua, et anima mea cognoscit valde.

Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in obscuro: * et substantia mea in inferioribus terræ.

Inoperatum meum viderunt oculi tui: * et in libro tuo omnes scribentur.

Per diem formabuntur, et nullus in ipsis: mihi autem nimis honorandi sunt amici tui, Deus; * valde confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos: * et super arenam multiplicabuntur.

Et surrexi et adhuc tecum sum; * si occideris, Deus, peccatores.

Viri sanguinum, declinate a me: * quia contentiosi estis in cogitationibus.

Accipient in vanitate civitates suas: nonne odientes te Domine odi-

i, * et super inimicos
ıos tabescebam?
Perfecto odio oderam
ɔs: * et inimici facti
ınt mihi.
Proba me, Domine,
t scito cor meum, * af-
ige me et scito vias
eas.
Et vide si est via ini-
ıitatis in me; et de-
ıc me in via æterna.
Gloria Patri, etc.
Ant. Domine, probasti
ıe et cognovisti me.
Ant. A viro iniquo.

Psalmus 139.

ɹripe me, Domine, ab
ɔmine malo, * et a viro
ıiquo libera me.
Qui cogitaverunt ini-
ııtates in corde, * tota
e constituebant prælia.
Acuerunt linguas suas
cut serpentes; * vene-
ım aspidum sub labiis
ɾrum.
Custodi me, Domine,
ı manu peccatoris, * et
viro iniquo libera me.
Qui cogitaverunt sup-
antare gressus meos,
absconderunt superbi
queos mihi.
Et funibus prætende-
ınt laqueum pedibus
meis: * detinentes semi-
tas scandalum apposue-
runt mihi.
Dixi Domino: Deus
meus es tu: * auribus
percipe, Domine, vocem
deprecationis meæ.
Domine, Domine vir-
tus salutis meæ: * obum-
brasti super caput
meum in die belli.
Non tradas me, Do-
mine: * a desiderio meo
peccatori.
Cogitaverunt adver-
sum me: non me dere-
linquas: * ne quando
exaltentur.
Caput circuitus eo-
rum: * labor labiorum
ipsorum operiet eos.
Cadent super eos car-
bones ignis; in ignem
dejicies eos: * in mise-
riis non subsistent.
Vir linguosus non di-
rigetur super terram: *
virum injustum mala ca-
pient in interitum.
Cognovi quia faciet
Dominus judicium ino-
pum * et vindictam pau-
perum.
Verumtamen justi
confitebuntur nomini
tuo, * et habitabunt recti
cum vultu tuo.

Gloria Patri, etc.

Ant. A viro iniquo libera me, Domine.

Ant. Domine, clamavi.

Psalm. ipse ‡ Intende voci.

Psalmus 140.

Domine, clamavi ad te exaudi me: ‡ Intende voci orationis meæ, dum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo,* et ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: * et non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, et arguet me: * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quia adhuc oratio mea in beneplacitis eorum; absorpti sunt continuati petræ judices eorum, * audient verba mea quoniam potuerunt.

Sicut crassitudo terræ eructat super terram,* dispersa sunt ossa nostra secus infernum.

Quia ad te, Domine, Domine, oculi mei: * in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo hoc quem statuerunt mihi, * et a scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retia ejus peccatores: * singulariter sum ego, donec transeam.

Gloria Patri, etc.

Ant. Domine, clamavi ad te, exaudi me.

Ant. Effundam in conspectu tuo.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dominum clamavi, * voce mea ad Deum deprecatus sum.

Effundam in conspectu ejus deprecationem meam, * tribulationem meam ante ipsum pronuncio.

In deficiendo in me

spiritum meum: * et tu cognovisti semitam meam.

In via hac qua ambulabam; * absconderunt superbi laqueos mihi.

Considerabam a dextris et videbam: * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me: * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Domine, dixi: Tu es spes mea; * portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam; * quia humiliatus sum valde.

Eripe me de persequentibus me: * quoniam prævaluerunt super me.

Educ de carcere animam meam, * ad confitendum nomini tuo.

Me expectant justi, * donec retribuas mihi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Effundam in conspectu tuo precem meam; Domine, libera me. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Gratias tibi agimus, omnipotens Deus, quod, declinante jam die, nos vespertini luminis claritate circumdas; petimus immensam clementiam tuam: ut, sicut nos hujus luminis claritate circumvallas, ita Sancti Spiritus tui luce corda nostra illuminare digneris. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem Spiritus, etc.

℣. Dominus vobiscum:

Ant. Esurientes reple.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Esurientes reple bonis, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Opitulare, Deus, inopibus, et paternum destitutis præbe solatium: ut qui privamur humanis, divinis præsidiis adjuvemur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Quam magnificata sunt ‡ Opera tua, Domine.

℣. Omnia in sapientia fecisti; repleta est terra ‡ Opera, etc.

Oratio III.

Fac nos, quæsumus, Domine, mala nostra to-

to corde respuere: ut bona tua capere valeamus. Per Dominum.

Ant. Et invocabimus.

Psalmi 74 ℣. 4.

Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi, * et invocabimus nomen tuum.

Narrabo omnia mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, et omnes habitantes in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere; * et delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Gloria Patri, etc.

Ant. Et invocabimus nomen tuum, Domine.

Compl. Benedictus es, Domine, * *p. 35.*

Oratio IV.

Redemptor noster aspice, Deus: et tibi nos servire concede. Qui vivis, etc.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *ut supra, pag. 36. Deinde dicunt. Vesp. Defunct., ut infra loco suo.*

SABBATO.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Quoniam tu illuminas, etc., *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum:

Hymn. Deus creator omnium, *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Fundasti terram, et permanet in æternum; ordinatione tua perseverat dies: ‡ Quia omnia serviunt tibi.

℣. In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo; in generatione et progenie veritas tua: ‡ Quia, etc.

℣. Dominus vobiscum:

Ant. Benedictus Dominus.

Psalm. ipse ‡ Qui docet manus.

Psalmus 143.

Benedictus Dominus Deus meus, ‡ Qui docet manus meas ad prælium, * et digitos meos ad bellum.

Misericordia mea et refugium meum, * susceptor meus et liberator meus.

Protector meus, et in

ipso speravi: * qui subdit populum meum sub me.

Domine, quid est homo, quod innotuisti ei? * aut filius hominis, quoniam cogitas eum?

Homo vanitati assimilatus est: * dies ejus sicut umbra transeunt.

Domine, inclina cœlos tuos et descende: * tange montes, et fumigabunt.

Corusca coruscationes tuas, et dissipabis eos: * emitte sagittas tuas, et conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me et libera me de aquis multis,* et de manu filiorum alienorum,

Quorum os locutum est vanitatem; * et dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus, canticum novum cantabo tibi: * in psalterio decem chordarum psallam tibi.

Qui das salutem regibus, qui liberas David servum tuum de gladio maligno: * eripe me et libera me de aquis multis et de manu filiorùm alienorum,

Quorum os locutum est vanitatem: * et dextera eorum dextera iniquitatis:

Quorum filii sicut novellæ plantationes; * stabilitæ a juventute sua.

Filiæ eorum decoratæ, * circumornatæ ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena, * eructantia ex hoc in hoc.

Oves eorum fœtosæ, abundantes in itineribus suis; * boves eorum crassæ.

Non est ruina maceriæ, neque transitus,* neque clamor in plateis eorum.

Beatificaverunt populum, cujus sunt ista: * beatus populus cujus est Dominus Deus eorum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Benedictus Dominus Deus meus.

Ant. Per singulos dies.

Psalmus 144.

Exaltabo te, Deus, rex meus,* et benedicam nomen tuum in æternum et in sæculum sæculi.

Per singulos dies benedicam te; * et laudabo

nomen tuum in æternum et in sæculum sæculi.

Magnus Dominus et laudabilis nimis: * et magnitudinis ejus non est finis.

Generatio et generatio laudabit opera tua, * et virtutem tuam pronunciabunt.

Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, * et mirabilia tua enarrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent, * et mirabilia tua annunciabunt.

Memoriam multitudinis suavitatis tuæ eructabunt, * et justitia tua exultabunt.

Misericors et miserator Dominus, * patiens et multæ misericordiæ.

Suavis Dominus in omnibus; * et miserationes ejus super omnia opera ejus.

Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua: * et sancti tui benedicant te.

Gloriam regni tui dicent, * et potentiam tuam loquentur.

Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, * et gloriam magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum, Domine, regnum omnium sæculorum: * et dominatio tua in omni generatione et progenie.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, * et sanctus in omnibus operibus suis.

Confirmat Dominus omnes ruentes, * et erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant, Domine: * et tu das escam illis in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam * et adiples omne animal benedictione

Justus Dominus in omnibus viis suis: * et sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, * omnibus qui invocant eum in veritate.

Voluntatem timentium se faciet, * et orationes eorum exaudiet et salvabit eos.

Custodit Dominus omnes diligentes se, *

et omnes peccatores disperdet.

Laudationem Domini loquetur os meum; et benedicat omnis caro nomen sanctum ejus * in æternum et in sæculum sæculi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Per singulos dies benedicamus Domino.

Ant. Psallam Deo meo.

Psalmus 145.

Lauda, anima mea, Dominum, laudabo Dominum in vita mea, * psallam Deo meo, quamdiu ero.

Nolite confidere in principibus, * neque in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus et revertetur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus est, spes ejus in Domino Deo ipsius, * qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, faciens judicium injuriam patientibus, * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos, * Dominus erigit elisos.

Dominus illuminat cœcos, * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenam, orphanum et viduam suscipiet, * et viam peccatorum exterminabit.

Regnabit Dominus in æternum; * Deus tuus, Sion, in sæculum sæculi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Psallam Deo meo, quamdiu ero.

Ant. Deo nostro.

Psalmus 146.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro jucunda sit laudatio.

Ædificans Jerusalem Dominus, * et dispersiones Israel congregabit.

Qui sanat contritos corde, * et alligat contritiones eorum:

Qui numerat multi-

Oratio IV.

Respice in nos, omnipotens et misericors Deus: et ab omnibus tribulationibus propitiatus absolve. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum, etc., *ut supra, p. 36.*

AD COMPLETORIUM
QUOTIDIANUM.

Pater, Ave, *secr. deinde clara voce :*

℣. Converte nos, Deus salutaris noster;
℟. Et averte iracundiam tuam a nobis.
℣. Deus, in adjutorium meum intende:
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, etc. Hall.
In Quadrag. Laus tibi, Domine, etc.

Hymnus.

Te, lucis ante terminum,
Rerum Creator, poscimus,
Ut solita clementia
Sis præsul ad custodiam.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Præsta, Pater piissime,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum Sancto Spiritu. ℟. Amen.

In Quadrag. Hymn.

Lux alma, Christe mentium,
Verus diei Lucifer,
Largire te precantibus
Vitam beatam servulis.

Te quæsumus, dum corpora
Somno cubantes tradimus,
Ut, te tuente, libera
Artus quiete gaudeant.

Ne fœda dormientibus
Immittat hostis somnia,
Ne fraude mentes obruat,

Et labe cor coinquinet.
Corpus sopori indulgeat,
Sit interim cor pervigil:
Te diligentes filios
Manu paterna protegas.
Tu nos ab altis aspice;
Dolos draconis destrue.
Tuos guberna servulos
Quos sanguine mercatus es.
Hæc te memento corpora,
Et hos creasse spiritus;
Hac ergo nocte sedulus
Utrisque custos excuba.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Et nunc et in perpetuum,
℟. Amen.

Psalmus 4.

Cum invocarem te, [illegible]isti me, * Deus ju[illegible]æ.
[illegible]ribulatione dilata[illegible]: * miserere mei, [illegible]audi orationem [illegible]

Filii hominum, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, * et quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini et nolite peccare; quæ dicitis in cordibus vestris, * in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, * et sperate in Domino.

Multi dicunt: Quis ostendet nobis bona? * signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.

Dedisti lætitiam in corde meo: * a tempore frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt.

In pace, in idipsum, obdormiam et requiescam; * quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 30.

In te, Domine, speravi, * non confundar in æternum.

In tua justitia * libera me et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera ut eripias me.

Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Quia fortitudo mea et refugium meum es tu, * et propter nomen tuum educabis me, et pasces me.

Educes me de laqueo hoc quem statuerunt mihi; quoniam tu es protector meus, Domine: * in manus tuas commendo spiritum meum.

Redemisti me, Domine, * Deus veritatis.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 90.

Qui habitat in adjutorio Altissimi, * in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino: susceptor meus es et refugium meum: * Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium * et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi; * et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis a timore nocturno * et a jaculo volante per diem;

A negotio perambulante in tenebris, * a ruina et dæmonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et dena millia a dextris tuis: * ad te autem non approximabunt.

Verumtamen oculis tuis considerabis, * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: * altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedent ad te mala, * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te, * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te, * ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis, * et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Invocabit me, et ego exaudiam eum: * cum ipso sum in tribulatione.

Eripiam eum, et glorificabo eum; longitudine dierum adimplebo eum, * et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum et quam jucundum * habitare fratres in unum!

Sicut unguentum in capite* quod descendit in barbam, in barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus, * sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.

Quia illic mandavit Dominus benedictionem * et vitam usque in sæculum.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite Dominum, * omnes servi Domini.

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * et benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cœlum et terram.

Psalmus 116.

Laudate Dominum, omnes gentes: * et collaudate eum, omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, * et veritas Domini manet in æternum.

Gloria, etc. Hall.

In Quadrag. Laus tibi, Domine, etc.

In Quadrag. item hoc loco dicit. Hymn. Te lucis, *p. 65.*

Epistolella. Cor. 16.

Fratres. Vigilate, orate, state in fide; viriliter agite et confortamini in Domino; et omnia vestra in charitate fiant.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Pax multa diligentibus.

Iter. Pax multa diligentibus * Legem tuam. Domine.

℣. Et non est illis scandalum.

℟. Legem tuam, Domine.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Pax multa diligentibus * Legem tuam, Domine.

Ant. Salva nos.

Cant. Simeonis.

Luc. 2.

Nunc dimittis, Domine, servum tuum, * secundum verbum tuum, in pace.

Quia viderunt oculi mei * salutare tuum.

Quod parasti * ante faciem omnium populorum;

Lumen ad revelationem gentium, * et gloriam plebis tuæ Israel.

Gloria Patri, etc.

Iter. Nunc dimittis, Domine, servum tuum, secundum verbum tuum in pace.

Ant. Salva nos, Domine, vigilantes:

℟. Custodi nos dormientes.

℣. Ut vigilemus in Christo:

℟. Et requiescamus in pace.

Cap. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi: Sub * umbra alarum tuarum protege nos. Hall. K. k. k.

In Quadrag. Laus tibi, Domine. K. k. k.

In Sol. Dom., Octav. Dom., Festis dieb. B. M. V., in Fest. omn. Sanctor., Ordinat. S. Ambrosii, in Festo S. Joseph Sp. B. M. V. Eccl. Cath. Patr., et in iis etiam dieb. qui sunt inter Octav. tam Nativit. Dom. et Epiph., quam Pasch. et Pentecost. (excepto tamen triduo Litaniar.), tum etiam in Nativ. S. Joannis Bapt. et in Natali Ss. Petri et Pauli Apost., dicto ut sup. Cap. Custodi nos, etc. *statim subjicit.:*

℣. Dominus vobiscum: *deinde Orat.* Illumina, quæsumus, Domine, tenebras nostras, etc., *usq. ad finem Complet. Idemq. fiat in omnib. Metrop. Pontif., tum etiam in aliar.*

Urb. et Duec. Eccl. Fest. Patr. sed a Clero tantum in iis Eccl. divinis tunc peragente: in reliq. vero dieb. adjungunt. Preces, ut infra: quæ in Off. fer. dicunt. genib. flexis.

Pater noster, *secr.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem:

℞. Sed libera nos a malo.

℣. In pace in idipsum:

℞. Obdormiam et requiescam.

Symbolum Apostol.

Credo in Deum, etc.. *ut sup. ad Prim, p. 7.*

℣. Carnis resurrectionem.

℞. Vitam æternam. Amen.

℣. Ego dixi Domine, miserere mei:

℞. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

℣. Convertere, Domine, aliquantulum:

℞. Et deprecabilis esto super servos tuos.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam:

℞. Et salutare tuum da nobis.

℣. Dominus virtutum nobiscum:

℞. Susceptor noster Deus Jacob.

℣. Domine, exaudi, etc.

℞. Et clamor, etc.

℣. Exurge, Christe, adjuva nos:

℞. Et libera nos propter nomen tuum.

Psalmus 12.

Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem: * quousque avertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam consilium in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * respice et exaudi me, Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: * ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: * ego autem in tua misericordia sperabo.

Exultavit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tri-

ɔuit mihi, * et psallam
nomini Domini altissimi.
Gloria Patri, etc. Hall.
In Quadrag. Laus, tibi,
Domine, etc.
℣. Domine, averte fa-
ciem tuam a peccatis no-
stris:
℟. Et omnes iniquita-
es nostras dele.
℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Illumina, quæsumus
Domine, tenebras no-
stras, et totius noctis in-
sidias tu a nobis semper
repelle propitius. No-
tem istam illumina,
uæsumus, Domine san-
e, Pater omnipotens,
erne Deus, et fac nos
nulos tuos sine pecca-
obdormire, et virtu-
is angelorum excita-
ut ad diem clarum,
auxiliante, salvi et
ecti pervenire me-
ıur.

ta, quæsumus, Do-
habitationem
et omnes insidias
i ab ea longe re-
et angeli tui boni
ıtes in ea nos in
pace custodiant, et be-
nedictio tua sit super
nos semper. Veritas tua,
Domine, semper luceat
in cordibus nostris, et
omnis falsitas Inimici
destruatur. Per Domi-
num nostrum, etc.
℣. Dominus vobiscum:
℟. Et cum, etc. K. k. k.
℣. Benedicat, etc.
℟. Amen.
℣. Dormiamus in pace:
℟. Vigilemus in Chri-
sto.
℣. Benedicamus Do-
mino:
℟. Deo gratias.
Pater noster, *secr.*
℣. Et ne nos inducas
in tentationem:
℟. Sed libera nos a
malo.
℣. Noctem quietam et
finem perfectum tribuat
nobis divina Majestas.
℟. Amen.
Deinde dicit. una ex sequent. Ant. pro ratione temp.
Ant. a Nativ. B. V. M. usq. ad Nativ. Dom. exclus.

Ave, Regina cœlorum:
Ave, Domina Angelo-
rum.
Salve, radix sancta,

Ex qua mundo Lux
est orta.
Gaude, gloriosa,
Super omnes speciosa.
Vale, valde decora,
Et pro nobis semper
Christum exora.

℣. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix:
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Porrige nobis, Deus, dexteram tuam, et, intercessione Beatæ Dei Genitricis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per eumdem Christum, etc.

℣. Fidelium animæ, etc.

Ant. a Nativ. Dom. usq. ad Quadrag. exclus.

Alma Redemptoris Mater,
Quæ pervia cœli porta
manes,
[illegible] Stella maris, succurre
[illegible]nti,
[illegible] qui curat, po-
[illegible]
[illegible] genuisti, natu-
[illegible]rante,
[illegible] sanctum Genito-
[illegible]

Virgo prius ac posterius,
Gabrielis ab ore
Sumens illud Ave,
Peccatorum miserere.

℣. Post partum, Virgo, inviolata permansisti:
℟. Dei Genitrix, intercede pro nobis.

Oratio.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nunciante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum, etc.

Ant. a Quadrag. usq. ad Pasch. Resurrect. exclus.

Salve, Regina, Mater misericordiæ: vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exules filii Evæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte: et Jesum,

-dictum fructum
-ris tui, nobis post
exilium ostende. O
-iens, o pia, o dulcis
-go Maria.
Dignare me laudare
Virgo sacrata:
Da mihi virtutem
-tra hostes tuos.

Oratio.

-nipotens sempiter-
Deus, qui gloriosæ
-ginis Matris Mariæ
-us et animam, ut
-ium Filii tui habita-
-um effici mereretur,
-itu Sancto coope-
-e, præparasti: da ut,
-is commemoratione
-mur, ejus pia inter-
-ione ab instantibus
-iculis et a morte per-
-a liberemur. Per
-dem Christum, etc.

*-nt. a Pasch. Resur-
. Dom. usq. ad Octav.
-tec. inclus.*

-gina cœli, lætare,
-lelujah,
-uia, quem meruisti
-tare, Hallelujah,
-esurrexit, sicut di-
Hallelujah.

Ora pro nobis Deum,
Hallelujah.

℣. Gaude et lætare,
Virgo Maria, Hall.

℟. Quia surrexit Dominus vere, Hall.

Oratio.

Deus, qui per Resurrectionem Filii tui Jesu Christi Domini nostri universum mundum lætificare dignatus es, tribue, quæsumus; ut, per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Christum, etc.

Ant. a Dom. I post Pent. usq. od Nativ. B. V. M. exclus.

Inviolata, integra et casta es, Maria,
Quæ es effecta fulgida cœli porta.
O Mater alma Christi carissima,
Suscipe pia laudum præconia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora,
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulcissima,

Nobis concedas veniam per sæcula.

O benigna, o Regina, o Maria,

Quæ sola inviolata permansisti.

℣. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix:

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Concede nobis famulis tuis, quæsumus, Domine, Deus, perpetua mentis et corporis prosperitate gaudere: et, gloriosa B. Mariæ semper Virginis intercessione, a presenti liberari tristitia et æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum.

Cantatu Ant. B. M. V. et Orat. prout tempus inciderit. Hebdom. ficit in choro. Confess. submissa voce.

Confiteor Deo omnipotenti, B. Mariæ semper Virgini, B. Michaeli Archangelo, B. Joanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro et Paulo, B. Ambrosio Confessori, omnibus Sanctis et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor B. Mariam semper Virginem, B. Michaelem Archangelum, B. Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum et Paulum, B. Ambrosium Confessorem, omnes Sanctos et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Ch. respondet: Deo gratias, *et prosequit.*:

Misereatur tui omnipotens Deus: et, dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam.

Deinde repetit Confess.: sed. pro vobis fratres, *et* vos, fratres *ut sup., ipse dicit:* tibi, pater, *et* te, pater.

Facta Confess. a Ch., rursum Hebdom. dicit:

Misereatur vestri omnipotens Deus: et, dimissis omnibus peccatis

estris, perducat vos d vitam æternam.

℟. Amen.

ndulgentiam, absolu-onem et remissionem mnium peccatorum no-trorum tribuat nobis mnipotens et miseri-ors Dominus.

℟. Amen.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini:

℟. Qui fecit cœlum et terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum:

℟. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

PROPRIUM

DE TEMPORE.

SABBATO I ADVENTUS

AD VESPERAS.

ucern. Quoniam tu minas, *p. 29.*

Hymnus.

ıditor alme siderum,
na lux credentium,
te Redemptor o-
ium,
li preces suppli-
um.
, condolens inte-
tu.
perire sæculum,
Salvasti mundum languidum,
Donans reis remedium.
Vergente mundi vespere,
Uti sponsus de thalamo,
Egressus honestissima
Virginis Matris clausula.
Cujus forti potentiæ
Genu curvantur omnia,
Cœlestia, terrestria,
Nutu fatentur subdita.
Te deprecamur, Agie,
Venture Judex sæculi,
Conserva nos in tempore
Hostis a telo perfidi.
Laus, honor, virtus, gloria

Deo Patri et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculorum sæcula.
Amen.

Hic Hymn. semp. dicit. in Adv. ad Vesp., nisi fiat de Ss.

℟. *in choro.* Revela oculos meos, et considerabo mirabilia ✠ De lege tua, Domine.

℟. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum: ✠ De lege tua, Domine.

Ant. Benedictus Dominus,

Psalm. ipse ab iis verbis ✠ Qui docet, *et reliq. de Sabb. cum suis Ant., p. 58, præter sequent.* ad *Psalm.* Laudate Dominum, etc.

Ant. Incipite Domino.

*Psalm.*Laud ate Dominum,quoniam bonus,etc.

Ant. Incipite Domino in confessione, psallite Deo nostro in cithara; quia Deus noster manifeste veniet.

Ant. Quia confortavit.

Psalm. Lauda, Jerusalem, etc., *p. 62.*

℣. Dominus vobiscum.

Orat. Deus qui super, *p. 63.*

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Suscepit Israel.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Suscepit Israel puerum suum, recordatus Dominus misericordiæ suæ. K. k. k.

Reliq. ut in Vesp. Sabb. p. 63.

DOM. I ADVENT.

Epistol. ad Horas quæ in Dom., et Fer. Adv. dicit., nisi fiat de Ss.

Epistol. autem quæ dicit. ad Tert., singul. Dom. mutat., et recitat. singul. Fer. Hebd. seq.

AD TERTIAM.

Epistolella.

2 Thess. 2.

Fratres. Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, dilecti a Deo quod elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus et in fide veritatis.

℟. Deo gratias.

In Dom. ℟. *br.* Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ.

Iter. Emitte Agnum,

Domine, dominatorem terræ. * Hall. hall.

℣. De petra deserti ad montem filiæ Sion.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ. * Hall. hall.

In Fer. ℟. *br.* Emitte Agnum, Domine.

Iter. Emitte Agnum, Domine, * Dominatorem terræ.

℣. De petra deserti ad montem filiæ Sion:

℟. Dominatorem terræ.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Emitte Agnum, Domine, * Dominatorem terræ.

In Dom. et Fer. Cap. Vox clamantis in deserto: * Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Hall. .. k. k.

Preces in Fer., Pater noster, *et reliq.* ℣. *cum Psalm. ut sup. ad Tert.*, 16. *Orat. I de Vespera.*

AD SEXTAM.

Epistolella.

Dan. 7.

Ecce adveniet dominator Dominus, et regnum in manu ejus et potestas et imperium in æternum.

℟. Deo gratias.

In Dom. ℟. *br.* Veni ad liberandum nos, Domine, Deus virtutum.

Iter. Veni ad liberandum nos, Domine, Deus virtutum. * Hall. hall.

℣. Ostende faciem tuam, et salvi erimus.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Veni ad liberandum nos, Domine, Deus virtutum. * Hall. hall.

In Fer. ℟. *br.* Veni ad liberandum nos, Domine.

Iter. Veni ab liberandum nos, Domine, * Deus virtutum.

℣. Ostende faciem tuam, et salvi erimus.

℟. Deus virtutum.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Veni ad liberandum nos, Domine, * Deus virtutum.

In Dom. et Fer. Cap. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: * Et salutare tuum da nobis. Hall. K. k. k.

Preces in Fer., Pater

noster, *et reliq.* ℣. *cum Psalm. ut sup. ad Sext. p. 21. Orat. II, de Vesp. infra.*

AD NONAM.

Epistolella.

Gen. 49.

Non auferetur sceptrum de Juda, nec dux de fœmoribus ejus, donec veniat qui mittendus est: ipse erit expectatio gentium.

℟. Deo gratias.

In Dom. ℟. *br.* Super te, Jerusalem, orietur Dominus.

Iter. Super te, Jerusalem, orietur Dominus. * Hall. hall.

℣. Et gloria ejus in te videbitur.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Super te, Jerusalem, orietur Dominus. * Hall. hall.

In Fer. ℟. *br.* Super te, Jerusalem.

Iter. Super te, Jerusalem, * Orietur Dominus.

℣. Et gloria ejus in te videbitur.

℟ Orietur Dominus.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Super te, Jerusalem * Orietur Dominus.

In Dom. et Fer. Cap. Orietur de terra misericordia Domini: * Quia Salus mundi veniet, Redemptor sæculi. Hall. K. k. k.

Preces in Fer. ut sup. ad Non., p. 26. Orat. ult. de Vesp. inf.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu, *p. 29.*

Ant. in choro. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Hall. hall.

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro.* In quacumque die invocavero te; Velociter exaudi me, ‡ Domine.

℟. Ne avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor; ‡ Velociter, etc.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. ipse et reliq. Dom. cum suis Ant., p. 30.

Oratio I.

Deus, qui in Unigenito

novam creaturam tibi esse fecisti, re- e propitius in opera ericordiæ tuæ: et in Adventu ab omni- nos maculis vetu- s emunda. Per eun- , etc.

int. Magnif., *p. 34.*

nt. Anima mea, ma- lca Deum, quia re- it humilitatem me- K. k. k.

Oratio II.

cita potentiam tu- Deus, et veni: ut hi in tua pietate con- nt ab omni Inimici ersitate liberentur. vivis et regnas, etc.

all. *I.* Qui emittit uium suum terræ, citer currit sermo .

in Bapt. Pacem tu- la nobis, et posside Domine; ✠ Quia præ- te, alium nescimus. Domine Deus no- , pacem tuam da no- omnia enim reddi- nobis; ✠ Quia, etc.

Oratio III.

stina, quæsumus, nine, ne tardaveris; ut et peccata nostra de- leas, et quæ nobis sunt adversa depellas. Qui vi- vis et regnas, etc.

Ant. Lætetur cor.

Psalm. 104 ℣. 4.

Confitemini Domino * et invocate nomen ejus.

Annunciate inter gen- tes opera ejus, cantate illi et psallite ei, * narra- te omnia mirabilia ejus.

Laudamini in nomine sancto ejus, * lætetur cor quærentium Dominum.

Quærite Dominum et confirmamini; * quærite faciem ejus semper.

Gloria Patri, etc.

Ant. Lætetur cor quæ- rentium Dominum.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Adjuva, quæsumus, Domine, plebem tuam: et ad Nativitatem uni- geniti Filii tui tribue nos pariter pervenire gau- dentes. Qui tecum vi- vit, etc.

Psall. II. Sicut fulgur venit ab oriente et paret in occidentem, sic erit

et adventus Filii hominis. Vigilate omnes et orate; nescitis diem, neque horam, quando Dominus noster sæculi finem ponat.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Redemptor noster aspice, Deus, et veni ad liberandum nos de profundo iniquitatis: et dona Ecclesiæ tuæ perpetuam tranquillitatem et pacem. Qui vivis et regnas, etc.

DE FERIIS ADVENTUS

AD HORAS.

Epistol. et reliq. ut in Dom. I. Adv.

Orat. sumunt. de Dom. præced., ita ut I. Vesp. dicat. ad Tert., II. ad Sext., ultima ad Non.

AD VESPERAS.

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro, Orat., Ant. ad* Magnif., ℟. *in Bapt., Psalmi* ℣. 4 *sumunt. de Dom. præced.; Lucern., Psalm. cum suis Ant. et Compl. sumunt. de Vesp. Fer. commun.*

Vesp. Defunct. dicunt. singulis Fer., præterq. Sabb. et Fest. Ss.

SABBATO

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu illuminas, *p. 29.*

Ant. in choro. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Hall. hall.

Hymn. Conditor alme, *p. 75,* ℟. *in choro, Ant. ad* Magnif., ℟. *in Bapt., Psalm.* ℣. *4, de Dom. præced. Reliq. Psalm., Ant., et Complet. sumunt de Vesp. Sabb. commun.*

DOM. II ADVENT.

AD TERTIAM.

Epistol.

Rom. 15.

Fratres, Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo; ut abundetis in

spe, in virtute Spiritus Sancti.

℟. Deo gratias.

℟. br. Emitte Agnum, Domine, *ut sup. in Dom. præced.*, *p. 76. Orat. I de Vesp. infra.*

Ad Sext. et Non. Epistol. et reliq. de Dom. præced., p. 76 et 77, præt. Orat., quæ sumunt. de hac Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu, 29.

Ant. in choro. Annunciatur Domino generatio ntura, et annunciant cœli justitiam ejus pulo, qui nascetur, m fecit Dominus.

ymn. Conditor alme, 5.

in choro. Mitte, Do-, manum tuam de ‡ Et libera nos de filiorum alieno-

Qui das salutem re-, qui liberas David m tuum de gladio io; ‡ Et libera te.

Dixit Dominus. *Psalm.* ipse et reliq. Dom. cum suis Ant., p. 30.

Oratio I.

Dona, quæsumus, omnipotens Deus, cunctæ familiæ tuæ hanc voluntatem Christo, Filio tuo, Domino nostro venienti, in operibus justis apte occurrere: ut, ejus dexteræ sociati, regnum cæleste. Per eumdem, etc.

Cant. Magnif., *p 34.*

Ant. Justitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus ejus. K. k. k.

Oratio II.

Tribue, quæsumus, Domine, sperantibus fidei et charitatis augmentum: ut, quod veritatis tuæ dono promittitur, tua gratia compleatur. Per Dominum.

Psall. I. Domine, Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes.

℟. *in Bapt.* Audite verbum Domini, gentes, et annunciate illud in finibus terræ: ‡ Et in insulis quæ longe sunt, di-

cito: Salvator noster adveniet.

℣. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri: ‡ Et in insulis, etc.

Oratio III.

Excita potentiam tuam, Deus, et veni: et, quod Ecclesiæ tuæ usque in finem sæculi promisisti, benignus operare. Qui vivis, etc.

Ant. Nam qui exspectant.

Psalmi 36 ℣. 4.

Noli æmulari inter malignantes, * neque æmulatus fueris facientes iniquitatem;

Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, * et sicut olera herbarum cito decident.

Spera in Domino et fac bonitatem * et inhabita terram, et pascéris in divitiis ejus.

Delectare in Domino; * et dabit tibi petitiones cordis tui.

Gloria Patri, etc.

Ant. Nam qui expectant Dominum, ipsi hæreditabunt terram.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Verbi tui nos, quæsumus, Domine, Adventus illuminet: et a sordibus peccatorum clementer emundet. Per eumdem.

Psall. II. Lætare, cœlum, et exultet terra: erumpant montes jucunditatem, et colles justitiam; quia Dominus venit salvare populum suum.

Compl. I. Quoniam tu illuminas.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Festina, quæsumus, etc., *p. 79.*

IN FERIIS HEBD. II ADVENTUS.

AD HORAS.

Ad Tert. Epist., et Orat. de Dom. præced., ℟. ***br.*** Emitte Agnum, ***p. 76.***

Ad Sext. et Non. Epistol. et reliq. de Dom. I

Adv., p. 77; Orat. vero de Dom. præced.

AD VESPERAS.

Hymn., ℟. *in choro. Ant. ad* Magnif., ℟. *in Bapt., Psalmi* ℣. 4 *cum sua Ant., Orat. de Vesp. Dom. præced., reliq. de Fer. commun.*

Vesp. Defunct. ut infra, præterq. in die Sabb.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu, *p. 29.*

Ant. in choro. Israel, Adventum Christi suscipe: quoniam ipse veniet et salvos nos faciet.

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in ch.* Quoniam Rex omnis terræ Deus veniet: ✠ Psallite sapienter.

℣. Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis: ✠ Psallite sapienter.

Psalm. Ant. et Complet. de Vesp. Sabb. commun., præter, Ant. ad Magnif., *Psalmi* ℣. *4, et Orat., quæ sumunt. de Dom. præced.*

DOM. III ADVENT.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Rom. 11.

Veniet ex Sion qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Emitte Agnum, Domine, *de Dom. I Adv., p. 76,*

Orat. I de Vesp., ut infra.

Ad Sext. et Non. Epistol. et reliq. de Dom. I Adv., p. 77, præter Orat. quæ sumuntur. de hac. Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu illuminas, *p. 29.*

Ant. in choro. Quis est iste, qui venit ex Edom? Dominus fortis et potens: ipse est Rex gloriæ.

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro.* Exiet virga de radice Jesse: * Et implebit terram majestas Domini.

℣. Et qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt: et flos de radice ejus ascendet: * Et implebit, etc.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. ipse et reliq. Dom., p. 30.

Oratio I.

Omnipotens Christe, Fili Dei, in die Nativitatis tuæ propitius ad salvandum in te populum veni: ut, benignitate solita, ab omni dubietate et metu temporis nos jubeas liberari. Qui vivis, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Excita potentiam tuam et veni, Domine, ut nos salvos facias. K. k. k.

Oratio II.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, creator humanæ substantiæ, qui Verbum tuum in Virginis uterum venire voluisti: supplicantium tibi preces benignus intende. Per eumdem, etc.

Psall. I. Intende, qui regis Israel; super Cherubim qui sedes, appare.

℟. *in Bapt.* Protector noster, veni, et libera nos de manibus eorum qui te non noverunt; * Ne forte dicant: ubi est Deus eorum?

℣. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum improperium ipsorum; * Ne forte, etc.

Oratio III.

Adjuva, quæsumus, Domine, *p. 79.*

Ant. Mitte Verbum tuum.

Psalmi 106 ℣. 4.

Confitemini Domino quoniam bonus; * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicant qui redempti sunt a Domino; * quos redemit de manu inimicorum et de regionibus congregavit eos.

A solis ortu et occasu, * ab aquilone et mari.

Erraverunt in solitu-

ne, in siccitate; * viam civitatis habitaculi non nvenerunt.

Gloria Patri, etc.

Ant. Mitte Verbum tuum et sana nos, Domine.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Excita potentiam tuam, Deus, et veni; et magna nobis virtute succurre: ut, per auxilium gratiæ tuæ, quod peccata nostra præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis, etc.

Psall. II. Lætare, Jerusalem, propter quod ecce ego venio, et commorabor in medio tui, dicit Dominus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut redemptionis nostræ ventura solemnitas et præsentis vitæ nobis subsidia conferat et æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dominum, etc.

IN FERIIS HEBD. III ADVENTUS.

AD HORAS.

Ad Tert. Epistoll. et Orat. de Dom. præced., ℟. Emitte Agnum, *p. 76.*

Ad, Sext. et Non. Epistol. et reliq. de Dom. I Adv. p. 77 et 78; Orat. vero de Dom. præced.

AD VESPERAS.

Hymn., ℟. *in choro. Ant. in* Magnif., ℟. *in Bapt., Psalm.* ℣. 4 *cum sua Ant., Orat. de Vesp. Dom. præced.; Lucern., Psalm. et Compl. de Fer. commun.*

Vesp. Defunct. ut infra, præterq. in die Sabb.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu, *p. 29.*

Ant. in choro. Elevate signum in gentes, dicite filiabus Sion: Ecce vobis Salvator adveniet.

Hymn., ℟. *in choro, Ant. ad* Magnif., *Orat.* ℟. *in Bapt.*, *Psalm.* ℣. 4, *de Dom. præced.*, *Reliq. et Psalm. Complet. de Vesp. Sabb. commun.*

DOM. IV ADVENT.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Heb. 10.

Qui venturus est, veniet et non tardabit: iustus autem meus ex fide vivit.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Emitte Agnum, Domine, *de Dom. I, p. 76.*

Orat. I. de Vesp. ut infra.

Ad Sext. et Non. Epistol. et reliq. de Dom. I. Adv., p. 77, præter Orat., quæ sumunt. de hac Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu illuminas, *p. 29.*

Ant. in choro. Clama in fortitudine, qui annuncias pacem in Jerusalem; dic civitatibus Juda et habitatoribus Sion: Ecce Deus noster manifeste veniet.

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro.* Non auferetur sceptrum de Juda, nec dux de fœmoribus ejus, donec veniat qui mittendus est: * Ipse erit expectatio gentium.

℣. Ecce adveniet vobis Rex mansuetus, sedens super pullum novellum subjugalis: * Ipse erit, etc.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. ipse et reliq. Psalm. Dom. cum suis Ant., p. 30.

Oratio I.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut Adventus gloriosissimus Filii tui et peccata nostra abluat, et populo tuo pacem conferat et salutem. Qui tecum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Omnes gentes, plaudite manibus; quia Deus noster manifeste veniet. K. k. k.

Oratio. II.

Omnipotens, sempiter-

ne Deus, qui per adventum Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi nova luce radiare dignatus es, concede nobis: ut sicut eum per Virginis partum, in forma nostri corporis meruimus habere participem, ita et in regno gratiæ ejus mereamur esse consortes. Qui tecum vivit, etc.

Psall. I. Bethlehem, terra Juda, ex te egredietur Dux qui regat populum meum Israel.

℟. *in Bapt.* Ecce Dominus veniet de Sion: ‡ Et salvabit populum suum.

℣. Orietur stella ab Jacob, et exurget homo ex Israel: ‡ Et salvabit.

Oratio III.

Præveniat nos, quæsumus, omnipotens Deus, tua semper gratia et subsequatur: ut, per Adventum unigeniti Filii tui quem summo cordis desiderio sustinemus, et præsentis vitæ subsidia et futuræ consequi mereamur. Per eumdem, etc.

Ant. Mitte manum tuam.

Psalmi 143 ℣. 4.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * et digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, et refugium meum, * susceptor meus et liberator meus.

Protector meus, et in ipso speravi; * qui subdit populum meum sub me.

Domine, quid est homo, quod innotuisti ei? * aut filius hominis, quoniam cogitas eum?

Gloria Patri, etc.

Ant. Mitte manum tuam de alto et libera nos, Deus noster.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Respice in nos, misericors Deus: et mentibus clementer humanis, nascente Christo, summæ veritatis lumen ostende. Per eumdem, etc.

℟. *br.* Emitte Agnum, Domine, *de Dom I, p. 76.*
℣. Dominus vobiscum.
Orat. I. de Vesp., ut infra.

Ad Sext. et Non. Epistol.; et reliq. de Dom. I. Adv., p. 77, præt. Orat., quæ sumunt. de hac Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu, *p. 29.*

Ant. in choro. Pleni sunt cœli et terra gloria majestatis tuæ, Domine. Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel, ut hymnum dicamus nomini tuo, Domine.

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro.* Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, et cum eo Sanctorum millia; ‡ Et habens in vestimento et in fœmore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium.

℣. Dominus cum virtute veniet, et brachium ejus cum dominatione; ‡ Et habens, etc.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. ipse et reliq. Psalm. Dom., p. 30.

Oratio I.

Preces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi: ut, qui de Adventu unigeniti Filii tui secundum carnem lætantur, in secundo, cum venerit in majestate sua, præmium vitæ æternæ percipiant. Per eumdem, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Qui regis Israel, intende: et veni, Domine, ut nos salvos facias. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui hominem delapsum in mortem conspiciens, Unigeniti tui Adventu redimere voluisti, præsta, quæsumus: ut qui ejus gloriosam Incarnationem fatentur, ipsius etiam Redemptoris consortia mereantur. Qui tecum vivit, etc.

Psall I. Portam hanc quam videtis, solus Do-

minus veniet, et egredietur per eam, et erit semper clausa.

℟. *in Bapt.* Gaudete, filiæ Sion. Ecce Rex adveniet vobis: ⁑ Et ipse auferet jugum captivitatis vestræ.

℣. Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant Justum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem: ⁑ Et ipse, etc.

Oratio III.

Largire, quæsumus, Domine, famulis tuis fidei et securitatis augmentum: ut, qui de Nativitate Filii tui Domini nostri gloriantur, et adversa mundi, te gubernante, non sentiant; et quæ temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per eumdem, etc.

Ant. Intende, Domine.

Psalm. 44 ℣. 4.

Eructavit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ * velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladium tuum circa fœmur tuum, potentissime: * specie tua et pulchritudine tua intende, prospera et regna.

Gloria Patri, etc.

Ant. Intende, Domine, prospera et regna.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui sub peccati jugo ex vetusta servitute deprimimur, expectata Unigeniti Filii tui nova Nativitate liberemur. Qui tecum.

Psall. II. Montes et colles cantabunt coram Deo laudem, et omnia ligna silvarum plaudent manibus, quoniam veniet Dominus dominator in signum æternum; quoniam ipse est Deus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Mentes nostras quæsumus, Domine, lumine tuæ visitationis illustra: ut esse, te largiente, mereamur; et inter prospera humiles et inter adversa securi. Qui vivis et regnas, etc.

IN FER. HEBD. V ADVENTUS.

AD HORAS.

Ad Tert. Epistoll. et Orat. de Dom. præced., ℟. *br.* Emitte Agnum, *p. 76*.

Ad Sext. et Non., Epistol. et reliq. de Dom. I. Adv., Orat. vero de Dom. præced.

AD VESPERAS.

Hymn., ℟. *in choro Ant. in* Magnif., ℟. *in Bapt., Psalm.* ℣. *4 cum sua Ant., Orat., et de Vesp. Dom. præced.; Lucern., Psalm., cum Ant. et Compl. de Fer. commun. Dicunt. Vesp. Def., præterq. Fer. VI et Sabb.*

Si vero dies Nativ. Dom. in III. vel. IV Fer. sequent. Hebd. inciderit, in V. Hebd. fit Off. propr., quod dicit. de Exceptato, *prout in Hebd. VI dispositum est.*

SABBATO

AD VESPERAS

DE ANNUNCIATIONE B. V. MARIÆ.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Ex Sion species decoris ejus: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non tardabit.

Hymnus.

Mysterium Ecclesiæ,
Hymnum Christo referimus,
Quem genuit puerpera,
Verbum Patris in Filio.

Sola in sexu fœmina
Electa es in sæculo,
Quæ meruisti Dominum
Sanctum portare in utero.

Vates antiqui temporis
Prædixerat quod factum est,
Quia Virgo conciperet
Et pareret Emmanuel.

Mysterium hoc magnum est,
Mariæ quod concessum est,
Ut Deum, per quem omnia,
Ex se videret progredi.

Vere gratia plena es
Et gloriosa permanes;
Quia ex te natus est Christus.
Per quem facta sunt omnia.

Pastores, qui audierant
Cantari Deo gloriam,
Cucurrerunt in Bethlehem,
Natum videre Dominum.

Sic Magi ab ortu solis,
Per sideris indicium,
Portantes typum gentium,
Primi obtulerunt munera.

Rogemus ergo, populi,
Dei Matrem et Virginem,

Ut ipsa nobis impetret
Pacem et indulgentiam.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu.
In sempiterna sæcula. Amen.

℟. *in choro*. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa dedi ‡ Suavitatis odorem.

℣. Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a gradibus eburneis, ex quibus te delectaverunt: ‡ Suavitatis odorem.

Ant. Ave, Virgo Maria.

Psalm. Dilexi, quia, *p. 36.*

Psalm. Ecce nunc *et Psalm.* Laudate *p. 68* *sub uno* Gloria Patri.

Ant. Ave, Virgo Maria, gratia plena, Dominus tecum. K. k. k.

Oratio I.

Aspice de cælo, Deus, et veni, et multiplica fidem populi tui: ut per te sequatur augmentum, per quem sumpsit initium. Qui vivis et regnas, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. K. k. k.

Oratio. II.

Conscientias nostras, quæsumus, omnipotens Deus, quotidie visitando purifica; ut veniens Filius tuus Dominus noster paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit, etc.

Psall. Spiritus Sanctus in te descendet, Maria: ne timeas: habebis in utero Filium Dei.

Gloria Patri, etc.

Iter. Spiritus Sanctus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II Benedictus es.

Oratio III.

Protege, quæsumus, Domine, famulos tuos subsidiis pacis: et, Beatæ Mariæ patrociniis confidentes, a cunctis hostibus nos redde securos. Per Dominum.

DOM. VI ADVENT.

Quo die fit sol. Off. de Incarnat. D. N. J. C.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Philipp. 4.

Fratres. Gaudete in Domino semper: iterum dico: Gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est: nihil solliciti sitis.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Emitte Agnum Domine, *ut in Dom. I. Adv., p. 76. Orat. I. de Vesp. ut infra.*

Ad Sext. Et Non., Epistol. et reliq. de Dom. I. Adv., p. 77 et 78, præter Orat., quæ sumunt. de hac Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu. *Ant. in choro.* Jerusalem, surge, et sta in alto, et vide jucunditatem quæ veniet tibi a Deo tuo.

Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *ut in Vesp. I.*

℟. *in choro.* Per Gabrielis Angeli os nunciatum est Virgini Mariæ, et Verbum concepit e cœlo: ✠ Et illum suscepit modicus uterus cui parvus fuerat mundus.

℣. Spiritus Sanctus in te ingredietur, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ✠ Et illum.

Ant. Ecce Dominus.

Psalm. In exitu Israel, *p. 33.*

Psalm. Ecce nunc *et Psalm.* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ecce Dominus sedèt super nubem lèvem et venit in Ægyptum. K. k. k.

Oratio I.

Preces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi et concede propitius: ut gloriosum Unigeniti tui Adventum, per intercessionem beatæ et gloriosæ semper Virginis Mariæ, cum omni pace et gaudio celebremus. Per eumdem Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beata es, Maria, quæ credidisti: perfi-

ur in te quæ di-
unt a Domino. K

Oratio II.

us, qui de beatæ Ma-
Virginis utero Ver-
ı tuum, Angelo nun-
te, carnem susci-
ı voluisti, præsta
licibus tuis: ut, qui
eam Dei genitricem
imus, ejus apud te
rcessionibus adjuve-
. Per eumdem, etc.
all. I. Veniet ex Sion
ator omnium, qui
iat et avertat impie-
n ab Jacob.
in Bapt. Ecce ve-
Dominus, Protector
tus Israel, ‡ Coro-
regni habens in ca-
suo.
Ex Sion Species. de-
s ejus, Deus noster
ifeste veniet, ‡ Co-
m regni.

Oratio III.

gnos nos, *p. 88.*
it. Universi, Domine.
Psalmi 24 ℣. 4.
l te, Domine, levavi
ıam meam: * Deus
s, in te confido, non
escam.

Neque irrideant me inimici mei: * etenim universi, qui te expectant, non confundentur.

Confundantur iniqua gerentes supervacuè: * vias tuas, Domine, notas fac mihi, et semitas tuas, edoce me.

Dirige me in veritate tua et doce me: * quia tu es Deus salutaris meus, et te sustinui tota die.

Gloria Patri, etc.

Ant. Universi, Domine, qui te expectant, non confundentur.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Excita, Domine, quæsumus, corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias: ut, per ejus Adventum, purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum vivit, etc.

Psall. II. Veni, Domine, et noli tardare, miserere nobis positis in sæculi finem.

Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Prope esto, Domine, omnibus expectantibus te in veritate: ut, in Adventu Filii tui Domini nostri, placitis tibi actibus præsentemur. Qui tecum vivit, etc.

Off. in Adv. propr., quod de Exceptato dicit., semp. celebrat. in hac Hebdom. VI Adv., nisi dies Nativit. Dom. inciderit in Fer. III vel IV: tunc enim de Except. fit in Hebdom. V Adv. prout super. Rubr. indicat.

Quando de Except. fit in Hebdom. V Adv. Epistol. ad Tert. sumit. de Dom. V præced.

FERIA II DE EXCEPTATO

AD TERTIAM.

Epistol., de Dom. præced., sive ea Dom. sit V, sive VI. ℟. *br. et Cap. de Dom. I Adv. p. 76. Preces cum Psalm. ut ad Tert., p. 16. Orat. I sumit. de Vesp. infra.*

Litaniæ post. Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, qui ad ineffabilis observantiam sacramenti famulorum tuorum præparas voluntates, donis tuis corda nostra purifica: ut, quod sancta est devotione tractandum, sinceris mentibus exequamur. Per Dominum nostrum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Convertimini ad me in toto corde vestro, dicit Dominus; in jejunio, fletu et planctu; quia nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.

Ant. II. Domine Deus virtutum, Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti et fecisti tibi nomen gloriæ; peccavimus, impie egimus, iniquitatem fecimus: miserere nobis, Salvator mundi.

Ant. III. Peccavimus ante te, Deus: ne des nos in opprobrium propter nomen tuum; quia tu es Dominus Deus no-

ster, quem propitium expectamus.

Ant. IV. Misereris omnium, Domine, et nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, et parcens illis, quia tu es Dominus Deus noster.

Ant. V. Qui fecisti magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro, non tradas nos in manus gentium, nec dominentur nobis qui oderunt nos.

Ant. VI. Circumdederunt nos mala quorum non est numerus: da nobis auxilium de tribulatione: opera manuum tuarum ne despicias, Deus.

Ant. VII. Si fecissemus præcepta tua, Domine, habitassemus cum securitate et pace omni tempore vitæ nostræ: nunc, quoniam peccavimus, supervenerunt in nos omnes tribulationes. Pius es, Domine: miserere nobis, et dona remedium populo tuo.

Ant. VIII. Iniquitates nostras agnoscimus, Domine. Petimus deprecantes te: remitte nobis, dimitte nobis, Domine, peccata nostra.

Ant. IX. Vide, Domine, afflictionem populi tui, quoniam amara est nimis; humiliati enim sumus pro peccatis nostris. Exaudi nos, qui es in cœlis; quia non est alius præter te, Domine.

Ant. X. Liberator noster de gentibus iracundis, ab insurgentibus in nos libera nos, Domine.

Kyrie, eleison.
Domine, miserere.
℣. Christe, libera nos:
℟. Salvator libera nos.
} *ter.*

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Jacobe, interc.
S. Joannes, interc.
S. Philippe, interc.

S. Bartholomæe, interc.
S. Thoma, interc.
S. Matthæe, interc.
S. Jacobe, interc.
S. Simon, interc.
S. Tadæe, interc.
S. Matthia, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S. Luca, interc.
S. Stephane, interc.
S. Nazari, interc.
S. Celse, interc.
S. Protasi, interc.
S. Gervasi, interc.
S. Victor, interc.
S. Nabor, interc.
S. Felix, interc.
S. Fortunate, interc.
S. Sisini, interc.
S. Martyri, interc.
S. Alexander, interc.
S. Laurenti, interc.
S. Vincenti, interc.
S. Vitalis, interc.
S. Agricola, interc.
S. Canti, interc.
S. Cantiane, interc.
S. Cantianilla, interc.
S. Chrysogone, interc.
S. Corneli, interc.
S. Cypriane, interc.
S. Babyla, interc.
S. Romane, interc.
S. Cosma, interc.
S. Damiane, interc.
S. Antime, interc.
S. Leonti, interc.
S. Euprepi, interc.
S. Antonine, interc.
S. Christophore, interc.
S. Juliane, interc.
S. Mauriti, interc.
S. Thecla, interc.
S. Pelagia, interc.
S. Catharina, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis. } *ter.*

K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui confitentium tibi corda purificas, et accusantem se conscientiam ab omni vinculo iniquitatis absolvis, da indulgentiam reis, et medicinam tribue vulneratis; ut, exclusa dominatione peccati, liberis tibi mentibus serviamus. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Tu, vir Dei,

ora pro nobis ad Dominum; quia peccata nostra adversantur nobis: ut faciat nobiscum Dominus secundum magnam misericordiam suam, et recedant a nobis.

Ant. II. Ne avertas, Domine, hominem in humilitatem, quoniam tu dixisti: Convertimini ad me, et sanabo vos, filii hominum.

Ant. III. Memento. Domine, quoniam pulvis sumus: propitiare omnibus iniquitatibus nostris.

Ant. IV. Fac nobiscum, Domine, misericordiam tuam, quia multa sunt peccata nostra: libera nos, Deus, in tempore tribulationis.

Ant. V. Civitatem istam tu circumda, Domine, et angeli tui custodiant muros ejus: populum ad te clamantem exaudi misericors.

Ant. VI. Gemitus noster, Domine, a te non est absconditus: cor nostrum conturbatum est in nobis, et deseruit nos fortitudo nostra. Exurge, Christe, adjuva nos et libera nos propter nomen tuum.

Ant. VII. Populus meus si in viis meis ambulasset, ad nihilum inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam.

Ant. VIII. Propter peccata nostra, Deus, commovisti terram et conturbasti eam: sana, Domine, contritiones ejus; quoniam mota est.

Ant. IX. Serviamus Domino in timore, et exultemus ei cum tremore: apprehendamus disciplinam, ne quando irascatur nobis.

Ant. X. Adjutor noster esto, Domine: ne derelinquas nos: neque despicias nos, Deus salutaris noster.

Ant. XI. Dies tribulationis et iræ invenerunt nos: confusio et improperium cecidit super nos, et non sumus obliti te. Exurge, Domine, adjuva nos, et libera nos propter nomen tuum. K. *sexies.*

℣. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Agnus Dei.

℣. Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram Patris.

Iter. Agnus Dei. K. k. k.

℣. Benedicamus Domino:

℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ, etc.

Ad Sext. et Non., Epistol., ℟. br. de Dom. I Adv.; Preces ut ad horas, deinde.

Orat. ad Sext.

Festina, quæsumus, Domine, etc., *p. 79.*

Orat. ad Non.

Excita potentiam tuam, Deus, et veni: et quod usque in finem sæculi promisisti benignus operare. Qui vivis, etc.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, *p. 36.*

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro.* Quoniam rex omnis terræ Deus veniet: ✠ Psallite sapienter.

℣. Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis: ✠ Psallite sapienter.

Ant. In diebus meis.

Psalm. Dilexi, quia, *Et reliq. de Fer. II, p. 36.*

Oratio I.

Excita, quæsumus, Domine, potentiam tuam et veni: ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi et te liberante salvari. Qui vivis, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Justitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus ejus. K. k. k.

Oratio II.

Festina, quæsumus, Domine, *p. 79.*

℣. Dominus vobiscum. K. *duodecies.*

℣. Benedicat et exaudiat, etc., *p. 36.*

Hoc trid. in Vesp. non dicit. ℟. *in Bapt., nec*

alm. ℣ *4; ideo, abso-ta Orat. post* Magnif., *iunt. ut sup.*

Non dicunt. Vesp. De-nct. in Fer. de Except.

FERIA III DE EXCEPTATO.

Ad Tert. omn. ut in m. præced., præt. Orat., ncede, quæsumus, *æ sumit. de Vesp. in-a*

Litaniæ post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

mine Deus omnipo-, qui timore sentiris, te diligentium ore ris, confessione pla-, misericordiam tu-iobis ostende sup-ius tuis; ut, qui de orum qualitate dif-is, de tua semper ia gloriemur. Per um nostrum, etc. minus vobiscum.

I. Convertamur isque a via no-la. Quis scit si itur Deus, aut avertat iram suam a nobis, et non pereamus?

Ant. II. Quem deprecemur qui te mitiget, omnium Domine, nisi ministros tuos, misericors, Michael principem angelorum, Gabriel nuncium Virginis? Angelorum chorus, justorum animæ, intercedite pro nobis, dicentes: Miserere, Deus, tuæ plasmæ; tuam imaginem ne despicias, Domine.

Ant. III. In te speraverunt patres nostri, Domine; speraverunt, et liberasti eos; ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ant. IV. Media vita in morte sumus. Quem quærimus adjutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte misericors, Salvator, amaræ morti ne tradas nos.

Ant. V. Anima mea, cessa jam peccare: cogita de subitanea transpositione ad æterna tor-

menta; ibi enim non suscipitur pœnitentia, nec lucrifaciunt lacrymæ. Dum tempus adest, convertere; clama dicens: Deus meus, miserere mei.

Ant. VI. Peccavimus, Domine: peccatum nostrum contra nos est. Petimus deprecantes te, remitte nobis, Domine: ne simul perdas nos cum peccatis nostris; quoniam tu es Deus pœnitentium.

Ant. VII. Aufer iram tuam a nobis deprecantibus te: non sustinemus iram gloriæ tuæ Sancto Spiritu tuo tu creasti omnia; quia populi tui sumus, et opera manuum tuarum, Domine, libera nos.

Ant. VIII. Peccavimus, peccavimus ante faciem tuam, Deus: cœli, terra, mare testimonium dicunt adversus peccata nostra. Ne festines, Domine, perdere imaginem tuam, quam dilexisti cum Patre super omnia.

Ant. IX. Domine, si inquiras cordis nostri secreta, rea est ante te omnis conscientia; et si respexeris in nobis plasma tuum, cito flecteris, ut Deus, ad misericordiam. Et ideo clamat ad te omnis terra: Peccavimus tibi; dona nobis indulgentiam.

Kyrie, eleison.
Domine, miserere.
℣. Christe, libera nos: } *ter.*
℟. Salvator, libera nos.

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Stephane, interc.
S. Nazari, interc.
S. Celse, interc.
S. Protasi, interc.
S. Gervasi, interc.
S. Anathalo, interc.
S. Caj, interc.
S. Castritiane, interc.
S. Calimeri, interc.
S. Mona, interc.
S. Materne, interc.
S. Eustorgi, interc.

interc.
interc.
interc.
ne, interc.
interc.
interc.
e, interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
, interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
, interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.
interc.

S. Gregori, interc.
S. Hieronyme, interc.
S. Juli, interc.
S. Bernarde, interc.
S. Satyre, interc.
S. Matroniane, interc.
S. Thecla, interc.
S. Pelagia, interc.
S. Catharina, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis. } *ter.*

K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui sola nos miseratione reservas, tribue, quæsumus: ut, eam jugiter consequentes, austeritatem possimus evitare judicii, quod nemo, nisi per tuam gratiam, securus ingreditur. Per Dominum nostrum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. In te, Domine, speramus, non confundamur in æternum; in

tua justitia libera nos, et eripe nos, ut non pereamus.

Ant. II. Domine, non sumus digni aspicere altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum nostrarum: ne perdas nos in finem cum peccatis nostris.

Ant. III. Domine, si iratus fueris adversum nos, quem adjutorem quæremus, aut quis miserebitur infirmitatibus nostris? Chananæam et Publicanum vocasti ad pœnitentiam, et Petrum lacrymantem, Domine, suscepisti: et nostram pœnitentiam suscipe, misericors, et salva nos, Salvator mundi.

Ant. IV. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos, Domine: et armis tuæ potentiæ protege nos semper: libera nos, Deus Israel, clamantes ad te.

Ant. V. Exaudi, Domine, voces servorum tuorum clamantium ad te et dicentium: Domine, miserere nobis.

Ant. VI. Peccavimus, *Domine*, peccavimus: parce peccatis nostris et salva nos. Qui gubernasti Noe super undas diluvii, exaudi nos; et Jonam de abysso verbo revocasti, libera nos. Qui Petro, dum mergeretur, manum porrexisti, auxiliare nobis, Christe Fili Dei.

Ant. VII. Erigat nos dextera tua, quos peccatorum pondus inclinat: et, quia ad terram corruimus, tua Domine misericordia sublevemur.

Ant. VIII. Domine, inclina aurem tuam et exaudi: respice de cœlo, et vide gemitum nostrum, et de manu mortis, Domine, libera nos. ℞. *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 100.*

Ad Sext., et Non., Epistol., ℞. br., et Cap. de Dom. I Adv.; Preces ut ad Horas, deinde:

Orat. Ad Sext.

Præveniat nos, *p. 87.*

rat. *Ad Non.*

ede, quæsumus, o-
tens Deus: ut ma-
estivitatis ventura
nia prospero cele-
is effectu: pariter-
ddamur et intenti
ibus disciplinis et
stris temporibus
es. Per Dominum.

AD VESPERAS.

ern. Dominus illu-
io, *p. 36.*
nn. Conditor alme,

in *choro.* Exiet vir-
radice Jesse; ‡ Et
bit terram Maje-
Domini.
Et qui exurget re-
gentes, in eo gen-
erabunt. Et flos de
e ejus ascendet; ‡
plebit., etc.
t. Fiat pax, Domine.
lm. Lætatus sum,
q. *de Fer. III, p. 40.*

Oratio I.

cede, quæsumus,

t. Magnif., *p. 34.*
t. Excita potentiam
et veni, Domine, ut nos salvos facias. K. k. k.

Oratio II.

Præveniat nos, *p. 87.*
℣. Dominus vobiscum.
K. *duodecies.*
℣. Benedicat, etc., *p. 36.*

FERIA IV DE EXCEPTATO.

AD TERTIAM.

Orat. Excita, Domine, *I de Vesp. infra.*
Litaniæ post Tert.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Preces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi: ut, quos conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ virtutis absolvat. Per Dominum, etc.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. I. Dei Genitrix, quæ Archangeli gaudium suscepisti, et Deum in utero portasti Sanctum: quem videre, ut est, non præsumunt Angeli; Cherubim et Seraphim multis laudibus incessabili voce glorificant: quem tu porta-

sti, ipsum deprecare: ut donet nobis magnam misericordiam, deprecamur.

Ant. II. Sicut promisisti, Omnipotens, in Scripturis: Ego occidam et vivificabo; Qui quærunt me, invenient me: in die tribulationis clamabunt, et ego exaudiam: ecce tempus promissionis; tribulatos exaudi, et miserere.

Ant. III. Illuxit, Domine, dies in qua juste corripuisti nos; et cum timore omnes supplicamus dicentes: Sancte, Sancte, Sancte, Domine, Salvator mundi, miserere nobis.

Ant. IV. Exaudi, Domine, vocem fletus nostri; exaudi, Domine, preces populi tui: suscipe, Domine, orationem nostram.

Ant. V. Videns vidi afflictionem populi mei, et clamorem eorum audivi, et descendi ut liberem eos, dicit Dominus.

Ant. VI. Propitiare peccatis nostris, Domine, ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ant. VII. Gemitum populi tui, Domine, exaudi et angustias quas patimur vide, et celeriter miserere.

Ant. VIII. Peccavimus, Deus, malum coram te fecimus: respice ut pius pater, parce et indulge nobis.

Kyrie, eleison.
Domine, miserere.
℣. Christe, lib. nos:
℟. Salvator, lib. nos. } *ter.*

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Stephane, interc.
S. Laurenti, interc.
S. Vincenti, interc.
S. Nazari, interc.
S. Celse, interc.
S. Protasi, interc.
S. Gervasi, interc.
S. Vite, interc.

le. intercede.
. intercede.
l. intercede.
is. intercede.
i. intercede.
intercede.
ia. intercede.
. intercede.
na. intercede.
ina. intercede.
intercede.
na. intercede.
mia. intercede.
l. intercede.
unda. intercede.
rita. intercede.
stica. intercede.
a. intercede.
intercede.
i. intercede.
la. intercede.
sia. intercede.
nia. intercede.
a. intercede.
a. intercede.
illa. intercede.
rina. intercede.
Magd., intercede.
ae, intercede.
e, intercede.
osi, intercede.
ancti, intercede-
o nobis.
i, Christe,
nostras. } ter.
i, Deus,
er. nobis.

K. k. k.
V. Dominus vobiscum.

Oratio.

Miserere jam, quaesumus, Domine, intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, populo tuo: et continuis tribulationibus laborantem, celeri propitiatione laetifica. Per eumdem, etc.

V. Dominus vobiscum.

Ant. I. Nunc sequimur te toto corde et timemus te, Domine: quaerimus faciem tuam: ne confundas nos.

Ant. II. Desiderium pauperum exaudi, Domine: et oratio populi tui intret in conspectu gloriae tuae.

Ant. III. Nisi acceleraveris, Christe, liberare nos, simul peribimus cum peccatis nostris: angustiati per singulos dies deprecamur te, Domine: miserere nobis.

Ant. IV. Non expandimus manus nostras ad Deum alienum; exurge, Domine, adjuva nos

et libera nos, Deus noster.

Ant. V. Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi nos: respice de cœlo, Deus, et vide afflictionem populi tui; propitiare, Domine, et esto placabilis.

Ant. VI. Respice in servos tuos et in opera tua, Domine.

Ant. VII. Exurge, libera nos, Deus, de manu mortis, et ne Infernus rapiat, ut leo, animas nostras.

Ant. VIII. Ascendant ad te, Domine, preces nostræ: et ad aures misericordiæ tuæ supplicantium vota perveniant.

Ant. IX. Christe, tuis famulis subveni, quos magno pretio redemisti cœlesti defende protectione, quia pius es.

Ant. X. Miserere nobis Domine, miserere nobis; quia multum apud te propitiatio est.

Ant. XI. Non est aliud refugium nisi in te sperare, Christe; precibus Sanctorum tuorum libera nos, Domine.

Ant. XII. Ne obliviscaris, Domine, voces famulorum tuorum; intende et libera quos redemisti sanguine tuo.

Ant. XIII. Deus, qui conteris bella, adjutor et protector esto nobis, et confringe inimicos nostros.

Ant. XIV. Liberati serviamus Domino Deo nostro in sanctitate. K. *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 100.*

℣. Benedicat et exaudiat nos Deus:

℟. Amen.

℣. Procedamus cum pace:

℟. In nomine Christi.

℣. Benedicamus Domino:

℣. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ, etc.

Ad Sext., et Non., Epistol., ℟. br. de Dom. I Adv.; Preces ut ad Horas, deinde:

Ad Sext. Orat.

Indignos, etc., *p. 88 infra.*

Ad Non. Orat.

Respice in nos, omnipotens Deus; et menti-

bus clementer humanis, nascente Christo, summæ veritatis lumen ostende. Per eumdem, etc.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, *p. 36.*

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℞. *in choro.* Non auferetur sceptrum, etc., *p. 86.*

Ant. Nisi tu, Domine.

Psalm. Nisi Dominus ædificaverit, *et reliq. de Fer. IV, p. 44.*

Oratio I.

Excita, Domine, potentiam tuam et veni, et magna nobis virtute succurre: ut, per auxilium gratiæ tuæ, quod peccata nostra præpediunt indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Omnes gentes, plaudite manibus, quia Deus noster manifeste veniet. K. k. k.

Oratio II.

Indignos nos, *p. 88.*

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 36.*

FERIA V DE EXCEPTATO.

Ad Hor., omn. de Dom. I Adv., præt. Epistol. de Dom. præced. ad Tert., et Orat., quæ sumunt. de Vesp. huj. Fer.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, *p. 36.*

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℞. *in choro.* Ecce apparebit, etc., *p. 89.*

Ant. I. Non demus somnum oculis, aut requiem temporibus donec inveniamus locum Domino.

Psal. Memento Domine David, *et reliq. de Fer. V, p. 47.*

Ad Psalm. Super flumina, *Ant. V.* Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? K. k. k.

Oratio I.

Preces populi tui, quæsumus, Domine, clemen-

ter exaudi: ut, qui pro peccatis nostris juste affligimur, pietatis tuæ visitatione consolemur. Qui vivis, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Qui regis Israel, intende et veni, Domine, ut nos salvos facias. K. k. k.

Oratio II.

Prope esto, Domine, *p. 96.*

℟. *in Bapt.* Gaudete, etc., *p. 90.*

Oratio III.

Mentes nostras, *p. 91.*

Ant. Intende, Domine.

Psalmi 44 ℣. 1.

Eructavit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ * velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis; * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladium tuum circa fœmur tuum, Potentissime: * specie tua et pulchritudine tua intende, prospera et regna.

Gloria Patri, etc.

Ant. Intende, Domine, prospera et regna.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut Filii tui ventura solemnitas et præsentis nobis vitæ remedia conferat, et præmia concedat æterna. Per eumdem, etc.

FERIA VI DE EXCEPTATO.

Ad Hor. omn. de Dom. I Adv., præt. Epistol. de Dom. præced. ad Tert., et Orat., quæ sumunt. de Vesp. huj. Fer.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio. *p. 36.*

Hymn. Conditor alme, *p. 75.*

℟. *in choro.* Per Gabrielis Angeli, etc., *p. 94.*

Ant. Opera manuum.

Psalm. Confitebor, *de reliq. Fer. VI, p. 53.*

Oratio I.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut magnæ festivitatis ventura solemnia prospero celebremus effectu, pariterque reddamur et intenti cœlestibus disciplinis, et de nostris temporibus lætiores. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beata es, Maria, quæ credidisti; perficientur in te quæ dicta sunt a Domino. K. k. k.

Oratio II.

Largire famulis tuis, quæsumus, Domine, fidei et securitatis augmentum: ut, qui de Nativitate Domini nostri gloriantur, et adversa mundi, te gubernante, non sentiant, et quæ temporaliter celebrare desiderant sine fine percipiant. Per eumdem, etc.

℟. *in Bapt.* Ecce Dominus veniet de Sion: ‡ Et salvabit populum suum.

℣. Orietur stella ab Jacob, et exurget homo ex Israel: ‡ Et salvabit.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, etc., *p. 85.*

Ant. Mitte manum tuam.

Psalmi 143 ℣. 4.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium * et digitos meos ad bellum.

Misericordia mea et refugium meum; * susceptor meus et liberator meus.

Protector meus, et in ipso speravi: * qui subdit populum meum sub me.

Domine, quid est homo, quod innotuisti ei? * aut filius hominis, quoniam cogitas eum?

Gloria Patri, etc.

Ant. Mitte manum tuam de alto et libera nos, Deus noster.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, quæsumus, *p. 90.*

SABBATO.

Si de Except. fiat in Hebdom. V. Adv., tunc fit de Sabb. illius Hebdom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu, *p. 29.*
Ant. in choro. Ex Sion species decoris ejus: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non tardabit.
Hymn. Conditor alme, *p. 75.*
℟. *in choro.* Per Gabrielis Angeli, *p. 94.*
Ant. Benedictus Dominus.
Psalm. ipse ✠ Qui docet, *etc., et reliq. de Sabb., p. 58.*

Oratio I.

Aspice de cœlo, *p. 93.*
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Beata es, Maria, quæ credidisti: perficientur in te, quæ dicta sunt a Domino. K. k. k.

Oratio II.

Excita, Domine, *p. 95.*

℟. *in Bapt.* Ecce veniet, *p. 95.*

Oratio III.

Conscientias nostras, quæsumus, omnipotens Deus, quotidie visitando purifica: ut veniens Filius tuus Dominus noster paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit, etc.
Ant. Universi, Domine.

Psalmi 24 ℣. 4.

Ad te, Domine, levavi, *de Dom. VI, p. 95.*
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Prope esto, *p. 96.*

FERIA II.

Si dies Natalis inciderit in Fer. IV post VI Dom. Adv., ad Tert. Epistol. ut in Dom. præced., ℟. *br. et Capit. de Dom. I Adv.; ad Sext., et Non. Epistol.,* ℟. *br. et Capit. ut sup. de Dom. I Adv., sed ritu fer.: Orat. autem ut infra de Vesp.*

RAS.
inus illu-
6.
itor alme,

Quoniam
3.
us meis.
i, quia, *et*
II, p. 36.

I.

sumus,

., *p. 34.*
ante eum
ponet in
s. K. k. k.

I.

æsumus,

ce veniet,

I.

p. 88.
Domine.
4.
e, *p. 95.*
lictus es.
V.

96.
obiscum.
. *36.*

IN VIGILIA NATIV. DOMINI.

Ad Horas recitent. Preces nisi venerit in Dom.

Ad Tert. Epistol. de Dom. præced. ℟. br. et Cap. de Dom. I Adv., præt. Orat. quæ sumit. ut infra. Et id. servat. etiam si Vigil. inciderit in Dom.

Ad Tert., Orat.

Deus, qui hunc diem sacratissimum per Incarnationem Verbi tui, et partum Mariæ Virginis consecrasti, da populis tuis in hac celebritate consortium: ut, qui tua gratia sunt redempti, tua sint protectione securi. Per eumdem, etc.

Ad Sext. et Non. Epistol. et reliq. ut in Dom, I Adv. præt. seq. Orat.

Ad Sext., Orat.

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti et mirabilius reformasti: da nobis Jesu Christi Filii tui Divinitatis esse consortes, qui humani-

Procedit e thalamo suo,
Pudoris Aula regia,
Geminæ Gigas substantiæ,
Alacris ut currat viam.
Egressus ejus a Patre,
Regressus ejus ad Patrem,
Excursus usque ad inferos,
Recursus ad sedem Dei,
Æqualis Æterno Patri
Carnis trophæo cingere;
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Præsepe jam fulget tuum,
Lumenque nox spirat novum,
Quod nulla nox interpolet,
Fideque jugi luceat.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Præced. Hymn. dicit. usq. ad Epiph., nisi fiat de Ss.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Præsepe jam fulget tuum, lumenque nox spirat novum: ⁎ Veni, Redemptor gentium, ostende partum Virginis.

℣. Non ex virili semine, sed divino spiramine: ⁎ Veni, Redemptor.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Veniet ex Sion.

Psalmus 84.

Benedixisti, Domine, terram tuam; * avertisti captivitatem ab Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ; * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam; * avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos, Deus salutaris noster, * et averte iracundiam tuam a nobis.

Ne in æternum irascaris nobis, * aut extendas iram tuam a generatione et progenie.

Deus, tu convertens vivificabis nos: * et plebs tua lætabitur in te.

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Tribue nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui Unigenitum tuum, manentem in tua gloria Deum, in carne nostri corporis natum per Sacrosanctam Mariam Virginem confitentur, nulla possint adversa schismaticorum opinione perverti. Per eumdem, etc.

Ant. Veni, Redemptor.

Reliq. Psalm. 84.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, * et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem suam, * et super sanctos suos et in eos, qui convertuntur coram ipso.

Verumtamen pr timentes eum salu ipsius, * ut inhabitet ria in terra nostra.

Misericordia et ver obviaverunt sibi; * stitia et pax compl sunt se.

Veritas de terra est, * et justitia de c prospexit.

Etenim Dominus d benignitatem, * et t nostra dabit fruc suum.

Justitia ante eum bulabit * et ponet in gressus suos.

Gloria Patri, etc.

Ant. Veni, Redem gentium: ostende tum Virginis. K. k.

℣. Dominus vobisc

Oratio II.

Da, quæsumus, Don populo tuo inviola fidei firmitatem: ut Unigenitum tuum, in gloria tecum semp num, in veritate n corporis natum de M Virgine confitentur a præsentibus libere adversis, et mans gaudiis inserantur. eumdem, etc.

. Dominus vobiscum.

Ant. dupl. Hodie scietis quia veniet Dominus: et mane videbitis gloriam Dei.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hodie scietis quia veniet Dominus: et mane videbitis gloriam Dei.

k. k.

ic semp. Ant. dupl. dicunt. semel in ini- t iter. in fine.

hæ Vesp. inciderint om., hujusmodi Ant. licit. duplex sed more Ant.

Dominus vobiscum.

Oratio III.

, qui nos redem- nostræ annua ex- one lætificas, præ- nigenitum tuum, edemptorem læti nus, venientem Judicem securi is. Qui tecum, etc.

Dom. hæ Vesp. t, dicunt. duæ infra.

Veniet ex Sion omnium, qui avertat impie- Jacob.

a Patri, etc.

Iter. Veniet ex Sion.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui hunc diem, *ut sup. ad Tert. Vigil.*

Psal. II. Veni, Domine, et noli tardare, miserere nobis positis in sæculi finem.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Veni Domine.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Deus, qui humanæ, *ut sup. ad Sext. Vigil.*

AD TERTIAM.

Epistolella.

Isaiæ 9.

Puer natus est nobis et Filius datus est nobis: et factus est principatus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus: magni consilii Angelus.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Puer natus est nobis.

Iter. Puer, etc. * Hall., hall.

℣. Et Filius datus est nobis.

℟. Hall., hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Puer, etc. * Hall., hall.

Cap. Hodie in Bethlehem Puer natus est: * Et nomen ejus sanctum et terribile. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, cui cœli et terra non sufficiunt, Virginis viscera ingressus, templum habitationis tibi dedicare dignatus es; oramus supplices Majestatem tuam: ut, hujus sacramenti mysterio populum tuum pervigili protectione custodias. Qui vivis, etc.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Hebr. 1.

Fratres. Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Hodie in Bethlehem Puer natus est.

Iter. Hodie, etc. * Hall. hall.

℣. Et nomen ejus sanctum et terribile.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Hodie, etc. * Hall. hall.

Cap. Misit Deus Verbum suum. * Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut Unigeniti tui Nativitatis diem puro corde et mentibus celebremus illæsis. Per eumdem, etc.

AD NONAM.

Epistolella.

Gal. 4.

Fratres. Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege: ut eos, qui sub Lege erant, redimeret:

adoptionem filiorum reciperemus.
℟. Deo gratias.
℟. *br*. Verbum caro factum est.
Iter. Verbum, etc. * Hall. hall.
℣. Et habitavit in nobis. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Verbum, etc. * Hall. hall.

Cap. Notum fecit Dominus salutare suum * Ante conspectum gentium revelavit justitiam suam. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.
Orat. Concede quæsumus, *ut infra in Vesp.*
Epistol., ℟. *br.*, *et Orat. præced. dicunt. quotidie ad Hor. per totam Octav., in Dom. post Nativit. et in Vigil. Epiph.*

AD VESPERAS II.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. Quoniam tu. p. 29.
Ant. in choro. Lætamini, cœli, simul cum eo: et adorent eum omnes Angeli Dei.
℣. Dominus vobiscum.
Hymn. Intende, qui regis Israel, *pag. 114.*
℣. Dominus vobiscum.
℟. *in choro*. Hodie nobis Dominus advenit. * Venite, populi, collaudemus Filium Dei.
℣. Illuxit nobis lux veritatis, Parens in mundo Unigeniti. * Venite, etc.
℣. Dominus vobiscum.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Beata es, quæ credidisti. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Natum nobis, Domine, hodie Filium tuum annua festivitate celebrantes, præsta, quesumus: ut, cujus in terris gaudemus Adventu, in sempiterna ejus gloria exultemus. Qui tecum vivit, etc.

℣. Dominus vobiscum.
Psall. Joseph conturbatus est de utero Virginis: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Joseph, etc.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio II.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut Salutare tuum, nova cœlorum luce mirabili, quod ad salutem mundi hodierna festivitate processit, nostris semper innovandis cordibus oriatur. Quod tecum, etc.

Dictis præced. Vesp., dicunt. etiam sequent., Vesp. de S. Stephano.

IN FESTO S. STEPHANI PROTOM.

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Exortum est, *De commun. Mart.*

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. Domine, sine causa tradiderunt morti animam meam, et miserunt super me lapides.

℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Duci cruento martyrum.
Novum canamus canticum,
Quod dulce sit psallentibus,
Opem ferat credentibus.

Dicamus hymnum supplices,
Palmas canendo militis,
Qui primus inter martyres
Christi secutus est crucem.

Aris dicant Apostoli
Dei probatum laudibus:
Ut, signa mortis conterens,
Ferret coronas nominis.

O præferenda gloria!
O nobilis victoria!
Levita fuso cœlicas
Rigat cruore laureas.

Sancto repletus Spiritu,
Vultuque compar Angelis,
Jesu fidem dum nunciat,
Emit triumphum sanguine.

Ut lætus Axem suspicit,
Videt Patrem cum Filio,
Monstrans in astris vivere,
Quem plebs volebat perdere.

At tota saxis durior,
Judæa saxa conjicit,
Simul sepulcro et funeri
Datura Christi militem.
Levita gaudens vertice
Ictus furentes excipit:
Rogansque Numen jugiter,
Ad astra mittit spiritum.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Coronam gloriæ ponam super caput ejus, dicit Dominus: et induam illum stola candida; quia servavit mandata mea · ⁑ Et propter nomen meum effusus est sanguis ejus in terra.

℣. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium sanctum meum confortabit eum. ⁑ Et propter nomen.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Coronavit.

Psalm. Dilexi, quia, *p. 36.*

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Coronavit te Dominus corona justitiæ, et dedit tibi nomen sanctum gloriæ. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in sancti Levitæ Stephani sanguine dedicasti, tribue, quæsumus: ut pro nobis intercessor exsistat, qui pro suis etiam persecutoribus exoravit Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Calicem salutaris.

Psalm. Credidi, propter quod, *p. 37.*

Ant. Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut beati Protomartyris tui Ste-

phani, post Nativitatem Domini nostri Jesu Christi, solemnia recensentes, et meritis ipsius protegamur, et precibus adjuvemur. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Coronam gloriæ ponam super caput ejus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Ministrantium tibi, Deus, eruditor et rector, qui Ecclesiæ tuæ primordia Beati Levitæ Stephani ministerio et pretioso martyrii sanguine decorasti, da, quæsumus: ut, in excessu nostro veniam consequentes, mereamur exemplis ejus imbui et intercessionibus adjuvari. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Stephanus est plenus gratia et virtute: faciens signa et prodigia magna in populo.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Stephanus.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Da nobis, quæsumus, Domine, imitari quod colimus: ut discamus inimicos diligere, quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, etc.

Commem. omn. SS. MM.

Psall. Justi et Sancti, in Domino gaudete; vos elegit Dominus hæreditatem sibi.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Justi, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Deus, qui glorificaris in concilio omnium Sanctorum Martyrum tuorum, respice ad preces humilitatis nostræ: ut quorum solemnia celebramus, eorum precibus adjuvari mereamur. Per Dominum, etc.

Ad Hor. omn. ut in die Nativit.

Hodie dicunt. etiam Vesp. duæ: primæ de Nativit. ut sup., p. 119; secundæ de S. Joanne Evang.

In Eccl. propr. S. Stephani Vesp. de eodem, ut sup. in Fest. cum commem. omn. SS. MM. (Orat. Præsta quæsumus, *ut infra) et S. Joannis.*

IN FESTO S. JOANNIS Apost. et Evang.

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Exortum est. *de commun. Apost.*

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, Hall., et Deus erat Verbum. Hall.; hoc erat in principio apud Deum. Hall.

℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Audi, beata Seraphim,
Tecumque noster æmulis
Chorus resultet canticis:
Hic est, quem Jesus diligit.

Qui, dum Magistri in pectore
Somno recumbit mystico,
Quiescit instar angeli,
Dei fruens amplexibus.

Hic discit, ante sæcula
Natum unde Verbum prodeat,
Sinumque Matris impleat,
Sinum Patris non deserens.

Felix Joannes, conferas
Nunc clara Thabor culmina
Cum dulci Jesu pectore,
Et narra ubi plus gaudeas.

Jam te Mariæ filium
In monte Christus nuncupat,
Suoque suetum pectori
In corde Matris collocat.

Cui te, Joannes, comparem?
Divina vox te parturit;
Ex ore Verbi nasceris
Alter Mariæ Filius.

O virgo dignus Virgine!
Successor alti nominis,
Custos Mariæ et filius,
Tanto nec impar muneri.
Nunc ergo, fili Virginis,
Mariæ adauge filios;
Sinusque Jesu conscie,
Nos conde Christi in pectore.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Hic est Discipulus, qui dignus fuit esse inter secreta Dei; ipse solus meruit divina inspiratione dicere: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, * Et Deus erat Verbum.

℣. Misit Deus Verbum suum: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiam pro gratia: * Et Deus.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Hic est Discipulus.

Psalm. Dilexi, quia audiet, pag. 36.

Psalm. Ecce nunc, *et Psalm.* Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Hic est Discipulus qui dignus fuit esse inter secreta Dei. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui, per os beati Apostoli tui Joannis Evangelistæ, Verbi tui nobis arcana revelasti, præsta, quæsumus: ut, quod ille nostris auribus excellenter infudit, intelligentiæ competentis eruditione capiamus. Per eumdem, etc

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Principium.

Psalm. Vide humilitatem, *p. 24.*

Ant. Principium verborum tuorum veritas. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut Verbum Caro factum, quod beatus Joannes Evangelista prædicavit, per hoc sui mysterium habitet semper in nobis. Quod tecum vivit, etc.

Dominus vobiscum.
mi. Magnif., *p. 34.*
nt. Sic eum volo ma-
; donec venio. K.
..
Dominus vobiscum.

Oratio III.

clesiam tuam, quæ-
ius, Domine, beni-
s illustra: ut, Apo-
i tui Joannis Evan-
stæ illuminata do-
nis, ad dona perve-
sempiterna. Per
ninum, etc.
Dominus vobiscum,
sall. I. Non moriar,
vivam, et enarrabo
ra Domini.
Gloria Patri, etc.
er. Non moriar.
mpl. I. Sancti tui.
mpl. II. Benedictus

Oratio IV.

ati Evangelistæ Jo-
is, quæsumus, o-
potens Deus, preci-
adjuvemur: ut, quod
sibilitas nostra non
net, ejus nobis in-
essione donetur. Per
inum, *etc.*
mmem. S. Stephani.

Psall. Stephanus est plenus gratia, *p. 122.*
Oratio. Da nobis, quæsumus, *p. 122.*
Commem. omn. SS. MM.
Psall. Justi et Sancti, *p. 122.*

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus; ut non desinant Sancti tui pro nostris tibi supplicare peccatis, a quibus voluisti pro peccatoribus exorari. Per Dominum, etc.

Ad Horas omn. ut in die Nativit.

Hod. fiunt Vesp. de Sanctis Innocentibus, cum commem. S. Joannis Evang.

In Eccl. autem propr. S. Joannis fiunt de eo Vesp. ut sup., cum commem. SS. Innocentum et Octav. Nativit.

IN FESTO SS. INNOCENTUM Martyrum

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. In Lumine, de *Comm. plur.* MM.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. A bimatu et infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Intende, qui regis|, *p. 114.*

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Misit Herodes rex ad perdendum Puerum, ‡ Et non invenerunt eum; quia nuncius Domini apparuit Joseph, dicens: Vade in Ægyptum.

℣. Ex Ægypto vocavi Filium meum; defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri, ‡ Et non invenerunt.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Innocentes, et recti.

Psalmus 24.

Ad te, Domine, levavi animam meam: * Deus meus, in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: * etenim universi qui te expectant non confundentur.

Confundantur iniqua gerentes supervacue: * vias tuas, Domine, notas fac mihi, et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua et doce me: * quia tu es Deus salutaris meus et te sustinui tota die.

Memento miserationum tuarum, Domine, * et misericordiæ tuæ, quæ a sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ * et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memor esto mei tu, propter bonitatem tuam, Domine: * dulcis et rectus Dominus.

Propter hoc legem statuet delinquentibus in via; * diriget mansuetos in judicio, docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini misericordia et veritas * requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo; * copiosum est enim.

Quis est homo qui timeat Dominum? * legem

statuet ei in via quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur, * et semen ejus hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum, * et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum; * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me et miserere mei; * quoniam unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: * de necessitatibus meis eripe me.

Vide humilitatem meam et laborem meum, * et dimitte omnia peccata mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt * et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam et eripe me: * non confundar, quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæserunt mihi; * quia sustinui te, Domine.

Redime, Deus, Israel * ab omnibus angustiis ejus.

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Innocentes et recti adhæserunt mihi; quia sustinui te, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Lætetur, quæsumus, Domine, Ecclesia tua de tuorum celebritate Infantium, et misericordiæ tuæ jugiter experiatur effectum: quo et fragilitas humana subsistat, et divina supplicantibus redemptio non negetur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Sagittæ Parvulorum.

Psalm. Exaudi, Deus, vocem, *ut in Commun. unius Mart.*

Ant. Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Tribue, quæsumus, o-

mnipotens Deus: ut Innocentum sinceritatem possimus imitari, quorum tibi dicatam veneramur infantiam. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut populus tuus, qui, te Factore, conditus, teque est reparatus Auctore, te etiam jugiter operante salvetur. Qui vivis, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Vox in Rama audita est, fletus et ululatus: Rachel, plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Vox in Rama.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica: ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Commem. Nativit.

Psall. Nesciens Mater Virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem sæculorum; ipsum Regem Angelorum sola Virgo lactabat, ubere de cœlo pleno.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Nesciens Mater.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Filii tui Domini nostri Jesu Christi Nativitate tribuisti totius religionis initium perfectionemque constare; da nobis, quæsumus, in ejus portione censeri in quo totius salutis humanæ summa consistit. Qui tecum, etc.

Commem. S. Joannis Evang.

Psall. Non moriar, *125.*

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Beati Evangelistæ, *ut sup., p. 125.*

In Eccl. ubi asservant. Reliq. insignes SS. Innocentum dicunt. Vesp. I, ut infra.

Lucern. Signatum est. *ut in comm. plur. MM., et omittit. Ant. in choro.*

Hymn. Intende qui regis, *p. 114.*

℟. *cum Infant.* Misit Herodes rex, etc.

Iter. Misit Herodes rex, etc.

℣. Ex Ægypto vocavi.

Reliq. omn. ut in præced. Vesp. SS. Innocentum, p. 126.

AD HORAS.

Omn. ut in die Nativ.

Hodie fiunt Vesp. de S. Thomæ, cum commem. SS. Innocentum. In Eccles. vero ubi eor. insignes Reliq. asservant., dicunt. Vesp. II de iisd., ritu sequent.

Lucern. In lumine, etc.

Ant. in choro. A bimatu et infra, etc.

Hymn. Intende, qui regis, *p. 114.*

℟. *in choro.* Misit Herodes rex.

Ant. cum Psalm. et Orat. ut in Vesp. eorumd. SS. Innocentum, p. 126 et sequent.

Ant. ad Magnif., Beata es *cum Orat. III* Deus, qui es mundi Creator, *ut infra Vesp. sequent.*

Psall. Vox in Rama *cum, Compl. et Orat. ut in Vesp. SS. Innocentum, pag. 128.*

Commem. Nativit.

Psall. Gaudeamus omnes, *cum Orat.* Deus, qui humanæ substantiæ, etc., *ut in Vesp. sequent.*

Commem. S. Thomæ.

Psall. Lex Dei ejus, *cum Orat.* Deus, pro cujus Ecclesia, etc., *ut in Vesp. sequent.*

IN FESTO S. THOMÆ CANT. Ep. et Mart.

AD VESPERAS.

Lucern. Exortum est.

Ant. in choro. Lætabitur

justus in Domino, sperabit in eo; et laudabuntur omnes recti corde.

Hymn. Intende, *p. 114.*

℟. *in choro.* Verbum misit in Jacob, et auditum est in Israel : ✠ Ecce dominus noster, quem expectabamus, advenit.

℣. Dicite pusillanimes: Confortamini et jam nolite timere: ✠ Ecce Dominus, etc.

Ant. Posuisti, Domine.

Psalm. Domine, in virtute tua, *ut in Commun. unius M.*

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso. K. k. k.

Oratio I.

Deus, pro cujus Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit, præsta, quæsumus: ut omnes qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum, etc.

Ant. Lætabitur justus.

Psalm. Exaudi, Deus, *ut in Commun. unius. M.*

Ant. Lætabitur justus in Domino, sperabit in eo. K. k. k.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui gloriosum Martyrem tuum Thomam fortem in sua confessione cognovimus, pium apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beata es, quæ credidisti. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui es mundi Creator, et Rector, da nobis in hac die Incarnationis Verbi et partus sacræ Mariæ Virginis pium celebrare consortium: ut, qui per tuam gratiam sunt redempti, tua sint protectione securi. Per eumdem, etc.

Psall. I. Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus.

℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Lex Dei ejus.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta nobis, quæsumus, Domine, Beati Thomæ Pontificis et Martyris tui precibus adjuvari: ut quod præsentibus celebramus officiis, perpetuæ salvationis gaudiis assequamur. Per Dominum, etc.

Commem. Nativ. Dom.
Psall. Gaudeamus omnes fideles: Salvator noster natus est in mundo; hodie processit proles magnifici germinis, et persevérat pudor virginitatis.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Gaudeamus omnes.
Compl. I Quoniam tu.
Compl, II. Benedictus es.

Oratio.

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatis tuæ gratiam contulisti: da nobis Jesu Christi Filii tui divinitatis esse consortes, qui fragilitatis nostræ dignatus est fieri particeps. Qui tecum vivit, etc.

Commem. SS. Innocent.
Psall. Vox in Rama.
Compl. et Orat. ut sup., *p. 128.*
Ad Horas, omn. ut in die Nativit., p. 117 et seq.

IN FESTO S. EUGENII

Ep. et Confess.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Lætamini, cœli simul cum eo, et adorent eum omnes Angeli Dei.
Hymn. Intende, qui regis, *p. 114.*
℟. *in choro.* Hodie nobis Dominus advenit: ✠ Venite, populi, collaudemus Filium Dei.
℣. Illuxit nobis lux veritatis. Parens in mundo Unigeniti: ✠ Venite.
Ant. Pastor magne.
Psalm. Dilexi, quia audiet, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Pastor magne, Eugeni Sancte, te deprecamur, ora pro nobis. K. k. k.

Oratio I.

Omnium bonorum auctor, et conditor Deus, familiam tuam propitius respice: et per Beatum Pontificem atque Confessorem tuum Eugenium ab omni adversitate tuere. Per Dominum, etc.

Ant. Summe sacerdos.

Psalm. Credidi, propter quod, *p. 37.*

Ant. Summe sacerdos Eugeni, Pastor egregie, ora pro nobis Deum. K. k. k.

Oratio II.

Populum tuum intende, misericors Deus: et, sancti Sacerdotis et Confessoris tui Eugenii solemnitatem celebrantes perpetua pietate custodi. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beata es, quæ credidisti. K. k. k.

Oratio III.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut populus tuus, qui te Factore conditus, teque est reparatus Auctore, te etiam jugiter operante, salvetur. Qui vivis, etc.

Psall. Joseph conturbatus est, *p. 119.*

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Filii tui Domini nostri Jesu Christi Nativitate tribuisti totius religionis initium perfectionemque constare: da nobis, quæsumus, in ejus portione censeri in quo totius salutis humanæ summa consistit. Qui tecum.

Commem. S. Eugenii.

Psalm. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo et inventus est justus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Ecce sacerdos.

Compl I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

ætetur populus tuus, æsumus, omnipotens us, de Sancti Pontiis et Confessoris tui genii solemnitate: et us intercessione, æterne beatitudinis consors ficiatur. Per Domim, etc.

Comm. S. Thomæ Cant.

Psall. Posuit Domis animam meam ad tam, et non dedit comoveri pedes meos.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Posuit Dominus.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus s.

Oratio.

Præsta, quæsumus, etc., . 130.

Si in hanc aut sequent. S. Silvestri diem cadit in Dom., fit de Dom., ut infra notatum est, cum comnem. Octav. et S., desumenda ex Off. huj. diei.

IN FESTO S. SILVESTRI PAPÆ.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Lætamini, cœli, simul cum eo, et adorent eum omnes Angeli Dei.

Hymn. Intende, qui regis, *p. 114.*

℟. *in choro.* Hodie nobis Dominus advenit. * Venite, populi, collaudemus Filium Dei.

℣. Illuxit nobis lux veritatis, Parens in mundo Unigeniti: * Venite.

Ant. Pastor magne.

Psalm. Dilexi, *p. 36.*

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm.. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Pastor magne, Silvester Sancte, te deprecamur, ora pro nobis. K. k. k.

Oratio I.

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beati Silvestri Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat et salutem. Per Dominum, etc.

Ant. Summe sacerdos.

Psalm. Credidi, *p. 37.*

Ant. Summe sacerdos Silvester, Pastor egregie, ora pro nobis Deum. K. k. k.

Oratio II

Misericordiam tuam, Deus, nobis, quæsumus, interveniente Beato Confessore tuo Silvestro atque Pontifice, clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beata es quæ credidisti. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui restaurationem conditionis humanæ mirabiliter operaris, tribue, quæsumus: ut simul perficiatur in nobis quod Verbi tui creavit dignatio, et quod ejus Hominis facti gloriosa Nativitas reformavit. Qui tecum vivit.

Psall. Joseph conturbatus, *ut sup., p. 119.*

Oratio IV.

Deus, qui humanum genus principaliter sauciatum Christi tui Nativitate salvare dignatus es, præsta, quæsumus: ut non inhæreamus perditionis auctori, sed ad Redemptoris nostri consortia transferamur. Qui tecum vivit, etc.

Commem. S. Silvestri.

Psall. Ecce Sacerdos, *ut sup., p. 132.*

Oratio.

Beati Pontificis tui Silvestri nos, quæsumus, Domine, gloriosa confessio tueatur: ut dum ejus pia celebramus merita nobis profutura, ipsius sentiamus auxilium. Per Dominum, etc.

IN CIRCUMCISIONE

ET OCTAVA NATIVIT. DOMINI.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Lætamini, cœli, simul cum eo: et adorent eum omnes Angeli Dei.

Hymn. Intende qui regis, *p. 114.*

℟. *in choro.* Domine, libera nos in manu tua, et adjuva non habentes auxilium, ‡ Præter te, Deus Israel.

℣. Quoniam non adoravimus Deum alienum, ‡ Præter te.

Ant. Omnes Dii gentium.

Psalmus 95.

Cantate Domino canticum novum, * cantate Domino, omnis terra.

Cantate Domino, benedicite nomen ejus; * bene annunciate de die in diem salutare ejus.

Annunciate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus et laudabilis valde, * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia; * Deus autem noster cœlos fecit.

Confessio et species in conspectu ejus, * sanctitas et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino, patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem; * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias et introite in atria ejus; * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus omnis terra: * dicite in nationibus quia Dominus regnavit; etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur.

Judicabit populos in æquitate : * lætentur cœli et exultet terra.

Moveatur mare et plenitudo ejus ; * gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini, quoniam venit; * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate * et populos in veritate sua.

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Omnes dii gentium dæmonia: Deus autem noster cœlos fecit. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui mensæ tuæ participes a diabolico jubes abstinere convivio, da, quæsumus, plebi tuæ: ut, gustu mortiferæ profanitatis abjecto, puris mentibus ad epulas æternæ salutis accedat. Per Dominum, etc.

Ant. Confundantur omnes.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exultet terra, * lætentur insulæ multæ.

Nubes et caligo in circuitu ejus, * justitia et judicium correctio sedis ejus.

Ignis in conspectu ejus præcedet * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: * vidit et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini; a facie Domini omnis terra.

Annunciaverunt cœli justitiam ejus, * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia, * qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum, omnes Angeli ejus: * audivit et lætata est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ * propter judicia tua, Domine.

Quoniam tu es Dominus altissimus super omnem terram; * nimis

exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum odite malignitatem: * custodit Dominus animas servorum suorum, et de manu peccatorum liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini, justi, in Domino * et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Confundantur omnes qui adorant Idola, qui gloriantur in simulacris suis. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui nobis nati Salvatoris diem celebrare concedis octavum: fac nos, quæsumus, ejus perpetua divinitate muniri, cujus carnali sumus commercio reparati. Qui tecum vivit, etc.

Cant. Magnif., *p. 31.*

Ant. Domine, in civitate tua imagines ipsorum ad nihilum rediges. K. k. k.

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in tuo Unigenito novam creaturam nos tibi esse fecisti, custodi opera misericordiæ tuæ, et ab omnibus nos maculis vetustatis emunda: ut per auxilium gratiæ tuæ, in illius inveniamur forma in quo tecum est nostra substantia. Qui tecum vivit, etc.

Psall. I. Tua est potentia, tuum regnum, Domine; tu es super omnes deos: libera nos in manu tua.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Tua est potentia.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit, etc.

Psall. II. Virgo hodie fidelis, etsi Verbum genuit incarnatum, Virgo mansit et post partum. Quam laudantes omnes dicimus: Benedicta tu in mulieribus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Virgo hodie.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Te deprecamur, omnipotens Deus: ut, cujus Nativitatem hodie celebramus in terris, ipsius misericordia conservemur in cœlis. Qui tecum vivit, etc.

AD HORAS.

Epistol. et reliq. ut sup. de Nativit., præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Omn. ut sup. in Vesp. I, cum commem. S. Martiniani, nisi transferatur.

DOMINICA POST NATIV. DOM.

Cujus Dom. Off. dicit. post. Octav., nisi cadat in Fest. S. Eugenii aut S vestri, ut infra.

Ad Horas Epistol. liq. ut in die Nativit.,; Orat.

Cum hæc Dom. i gil. Epiph. incidit, dicunt. de Vigil., commem. Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam

Ant. in choro.] misereatur nobis e nedicat nos; illun vultum suum super

Hymn. Intende, qu gis, *p. 114.*

℟. *in choro.* Pa tuam da nobis et side nos, Domin Quia, præter te, al nescimus.

℣. Domine Deus ster, pacem tuam da bis: omnia enim re disti nobis. ✠ Quia ter.

Ant. Facta est Ju

Psalm. In exitu, *p.*

Psalm. Ecce nunc

Psalm. Laudate Do num, *p. 68.*

Ant. Facta est Ju sanctificatio ejus, Is potestas ejus. K. k.

Oratio I.

Respice, quæsumus, Domine, populum supplicantem misericordiam tuam ac dispone præsidiis: ut te in omnibus rectore gratuletur, quia non habet nisi in tua tantum pietate fiduciam. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem rexpexit Deus. K. k. k.

Oratio II.

Pateant aures misericordiæ tuæ, Domine, precibus supplicantium: et, ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per Dominum, etc.

Psal. I. Deus autem rex noster operatus est salutem in medio terræ.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Deus autem.

Compl. I. Regnum m.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, *p. 128.*

Psalm. II. Virgo Verbum concepit, virgo permansit, virgo genuit Regem omnium regum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Virgo Verbum.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui salutis, etc., *ut sup., p. 137.*

Die II Januarii.

S. MARTINIANI

Ep. et Conf.

Sol.

Omn. de Commun. Pont. et Conf.

Die III Januarii.

S. MARINI Mart.

Omn. de Commun. M.

Die IV Januarii.

SS. FAUSTINI ET JOVITÆ MM.

Omn. de Commun., plur. MM. præt. sequent.

Oratio I.

Magnificet te, Domine, Sanctorum Martyrum tuorum Faustini et Jovitæ solemnitas: in qua et illis gloriam sempiternam, et opem nobis ineffabili providentia contulisti. Per Dominum nostrum, etc.

Oratio II.

Adesto, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, Beatorum Martyrum tuorum Faustini et Jovitæ intercessione liberemur. Per Dominum nostrum, etc.

Eodem die.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, p. 36.

Hymn. Intende, qui regis, p. 114.

℞. *in choro.* Domine, libera nos in manu tua et adjuva non habentes auxilium, ✱ Præter te, Deus Israel.

℣. Quoniam non adoravimus Deum alienum, ✱ Præter te.

Psalm. et Ant. de Fer. prout inciderit.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui mensæ tuæ, etc., p. 136.

Cant. Magnif., p. 34.

Ant. Domine, in civitate tua imagines ipsorum ad nihilum rediges. K. k. k.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in tuo Unigenito, etc., p. 137.

℞. *in Bapt., de Fer. commun.*

Oratio III.

Deus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate, etc., p. 137.

Psalm. ℣. 4 *et Comp. de Fer. commun.*

Oratio IV.

Te deprecamur, omnipotens Deus; ut, eu[illegible] Nativitatem hodie c[illegible]

ramus in terris, ipsius misericordia conservenur in cœlis. Qui teum, etc.

ne Deus, qui mensæ tuæ, *p. 136.*

Ad Sext, Orat.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in tuo, *ut sup., p. 137.*

Ad Non., Orat.

Deus, qui salutis æternæ, *ut sup., p. 137.*

Si hæc Vigil. inciderit in Dom., Off. fit de Dom.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

Ad Horas, ut sup. in ie Nativit., p. 117., præt. eq. Orat.

Ad Tert. Orat.

Omnipotens sempiter-

IN EPIPHANIA DOMINI.

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Apud te, Domine, fons est vitæ, et n lumine tuo videbinus lumen: ✠ Prætende nisericordiam tuam cientibus te.

℣. Non veniat mihi pes uperbiæ, et manus peccatoris non moveat me: Prætende.

Iter. Apud te.

℣. Dominus vobiscum.

Si incidat in Dom., di- it. hæc Ant. in choro.

erusalem, surge et sta n alto: et vide jucunitatem, quæ venit tibi Deo tuo.

Hymnus.

Illuminans, Altissime,
Poli nitentis sidera,
Pax, vita, lumen, veritas,
Jesu, fave precantibus.
Seu stella partum Virginis
Cœlo micans signaverit,
Et hoc adoratum die
Præsepe Magos duxerit:
Seu mystico Baptismate
Fluenta Jordanis retro
Conversa quondam tertio
Præsente sacràris die:
Vel hydriis plenis aqua

Vini saporem infuderis;
Hausit minister conscius
Quod ipse non impleverat.
Aquas colorari videns
Inebriare flumina,
Transire mutatas stupet
Undas in usus alteros.
Sic quinque millibus virûm,
Dum quinque panes dividunt,
Edentium sub dentibus
In ore crescebat cibus.
Multiplicabatur magis
Dispendio panis suo:
Quis hæc videns mirabitur
Juges meatus fontium?
Inter manus frangentium
Panis rigatur profluus:
Intacta, quæ non fregerant,
Fragmenta subrepunt viris.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui apparuisti gentibus,
Cum Patre et Almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Dominus vobis(
℟. *in choro.* Inte
gabat Magos Hero
Quod signum vidisti
per natum Regem? ✠
lam magnam fulger
cognovimus, et veni
adorare eum. Hallel
℣. Magi venerun
Oriente Hierosolyn
dicentes: Ubi est qu
tus est rex Judæoru
Stellam magnam.
℣. Dominus vobis
Ant. Illuminatio

Psalmus 26.

Dominus illumi
mea et salus mea: * q
timebo?
Dominus protect
tæ meæ: * a quo t
dabo?
Dum appropian
me nocentes, * ut e
carnes meas.
Qui tribulant m
mici mei, * ipsi infi
sunt et ceciderunt.
Si consistant a
sum me castra, n
mebit cor meum:
si insurgat in me
lium, in hoc ego s
bo.
Unam petii a Do

hanc requiram: * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ;

Ut videam voluptatem Domini * et ut visitem Templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo,* in die malorum meorum.

Protexit me in abscondito tabernaculi sui, * in petra exaltavit me.

Et nunc ecce exaltavit caput meum * super inimicos meos.

Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis: * cantabo et psalmum dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem meam qua clamavi: * miserere mei et exaudi me.

Tibi dixit cor meum: Dominum requiram: exquisivit te vultus meus; * vultum tuum, Domine, requiram.

Ne avertas faciem tuam a me, * et ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus *esto, ne derelinquas me,* * *neque* despicias me, Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.

Legem mihi constitue, Domine, in via tua, * et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me; * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini* in terra viventium.

Sustine Dominum, viriliter age; * et confortetur cor tuum, et expecta Dominum.

Psalm. Ecce nunc, *et Psalm.* Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Illuminatio mea et salus mea Dominus: quem timebo? K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Annue nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sicut scrutantibus Magis hodie cognitus

est Dominus noster Jesus Christus et adoratus a cunctis gentibus, ita et sensibus nostris manifestus adveniat et omni homini innotescat. Qui tecum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Apud te, Domine.

Ex Psalmo 35.

Domine, in cœlo misericordia tua, * et veritas tua usque ad nubes.

Justitia tua sicut montes Dei: * judicia tua abyssus multa.

Homines et jumenta salvos facies, Domine * quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

Filii autem hominum* in protectione alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: * et torrente voluptatis tuæ potabis illos.

Quoniam apud te est fons vitæ: * et in lumine tuo videbimus lumen.

Prætende misericordiam tuam scientibus te, * et justitiam tuam his qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbiæ: * et manus peccatorum non moveat me.

Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: * expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Gloria Patri, etc.

Ant. Apud te, Domine, fons est vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus, stella duce, revelasti, concede propitius: ut, qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem celsitudinis tuæ perducamur. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. dupl. Orietur stella ab Jacob, et exurget homo ex Israel.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Orietur stella, etc. K. k. k.

Si hæ Vesp. inciderint in Dom. hujusm. Ant. non dicit. dupl., sed more aliar. Ant.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

▸ ræsta, quæsumus, o-
nipotens Deus: ut Sal-
ıtoris mundi, stella du-
, manifestata Nativitas
entibus nostris reve-
tur semper et crescat.
›r eumdem, etc.
Si hæ Vesp. inciderint
Dom., dicit sequens
all. Virgo Verbum
ncepit, *et Orat.* Deus
ıi salutis, *p. 152, com-*
m. autem Dom. omittit.

AD TERTIAM.

Epistolella.

' Ad Tit. 2.
ratres. Apparuit gra-
ı Salvatoris nostri o-
nibus hominibus, eru-
ens nos: ut, abnegan-
s impietatem et sæcu-
ria desideria, sobrie
juste et pie vivamus
hoc sæculo, expe-
ıntes beatam spem et
lventum gloriæ Magni
ɔi et Salvatoris nostri
su Christi.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Apparuit gratia
lvatoris nostri.
Iter. Apparuit *gratia*
Salvatoris nostri. * Hall.
hall.
℣. Et vidimus gloriam
Dei.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Appauruit, etc. *
Hall. hall.
Cap. Vidimus stellam
ejus in Oriente: * Et ve-
nimus adorare eum. Hall.
K. k. k.
Orat. Deus, qui hunc
diem, *I de Vesp. sequent.*

AD SEXTAM.

Epistolella.

Isaiæ 60.
Surge, illuminare, Je-
rusalem; quia venit lu-
men tuum, et gloria Do-
mini super te orta est.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Magi venerunt
ab Oriente.
Iter. Magi venerunt ab
Oriente * Hall. hall.
℣. Hierosolymam, di-
centes.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Magi, etc. * Hall. hall.
Cap. Adorabunt eum
omnes reges terræ: *
Omnes gentes servient
ei. Hall. K. k. k.

super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum Domini: Dominus dixit ad me: ‡ Hic est.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Apparuit gratia.

Psalmus 84.

Benedixisti, Domine, terram tuam, * avertisti captivitatem ab Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ, * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam, * avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos, Deus salutaris noster, * et averte iracundiam tuam a nobis.

Ne in æternum irascaris nobis, * aut extendas iram tuam a generatione et progenie.

Deus, tu convertens vivificabis nos: * et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, * et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, * et super sanctos suos et in eos qui convertuntur coram ipso.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius, * ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi; * justitia et pax complexæ sunt se.

Veritas de terra orta est: * et justitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit, * et ponet in via gressus suos.

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Gloria Patri, etc.

Ant. Apparuit gratia Salvatoris nostri, et vidimus gloriam Dei. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, qui hunc diem electionis gentium primitiis consecrasti et per

luminis tui stellam manifestum te nobis ostendisti, tribue quæsumus: ut nova cœlorum et mirabilis] claritas in nostris semper cordibus oriatur. Qui vivis, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Cant. Magnif., *p. 34*.

Ant. Ecce completa sunt quæ prædicta sunt ab Angelo Virgini Mariæ. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Tribue, quæsumus, omnipotens Deus: ut sicut omnes nationes venirunt gaudentes adorare Christum Regem Dominum natum, ita et hæc præclara lux habitet semper in nobis. Per eumdem.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. I. Apparuit in mundo cujus principium nescitur in cœlo: de Virgine nasci dignatus est qui omnia creavit.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Apparuit.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Vidimus *stellam ejus in Oriente,* cujus splendor illuminat mundum: ‡ Et nos eum muneribus venimus adorare eum.

℣. Magi venerunt ab Oriente Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? ‡ Et nos, etc.

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Verbi tui In carnationem præclari testimonio sideris indicasti, concede; ut semper in mentibus nostris tuæ appareat stella justitiæ, et noster in tua sit confessione thesaurus. Per eumdem, etc.

Ant. Benedictus Dominus.

Cant. ℣. 4.

Et fecit redemptionem plebis suæ.

Ed erexit nobis cornu salutis * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum * qui ab ævo sunt.

Dare salutare de inimicis nostris * et de ma-

i omnium qui oderunt nos.

Gloria Patri, etc.

Ant. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus, stella duce, revelasti; concede propitius; ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem celsitudinis tuæ perducamur. Per eumdem Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. II. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno valde: et intrantes domum, obtulerunt Domino aurum, thus et myrrham.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Videntes stellam.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris; et populo tuo, quem tibi ex omnibus gentibus elegisti, veritatis tuæ lumen ostende. Per Dominum, etc.

Postea fit commem. Reditus Christi ex Ægypto.

Psall. Tolle Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel; defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Tolle Puerum.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio VI.

Præsta, omnipotens Deus, *ut infra.*

DIE PRIMO
infra Octav. Epiph.
Die VII Januarii.
CHRISTOPHORIA
sive Reditus Christi ex Ægypto.

Sol. Dom.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Isaiæ 19

Ecce Dominus ascende super nubem levem et

ingredietur Ægyptum: et commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Viderunt omnes fines terræ.

Iter. Viderunt, etc. * Hall. hall.

℣. Salutare Dei nostri.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Viderunt, etc. * Hall. hall.

Cap. Jubilate Deo, omnis terra: * Psalmum dicite nomini ejus. Hall. K. k. k.

Orat. I. de Vesp. II.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Isaiæ 19.

In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti: et titulus Domini juxta terminum ejus erit in signum et in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Jubilate Deo, omnis terra.

Iter. Jubilate, etc. * Hall. hall.

℣. Psalmum dicite nomini ejus.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Jubilate, etc. * Hall. hall.

Cap. Ego sum Dominus Deus tuus, * Qui eduxi te de terra Ægypti. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. II.

AD NONAM.

Epistolella.

Oseæ 11.

Sicut mane transiit, pertransiit Rex Israel, quia puer Israel, et dilexi eum; et ex Ægypto vocavi Filium meum.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ego sum Dominus Deus tuus.

Iter. Ego sum, etc. Hall. hall.

℣. Qui eduxi te de terra Ægypti.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ego sum, etc. * Hall. hall.

Cap. Vade in terram Israel; * Defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri. Hallelujah, K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. II.

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. Quoniam tu.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. in choro. Lætamini, cœli, simul cum eo, et adorent eum omnes Angeli Dei.
℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Herodis insanus furor,
Ut rupe fluctus frangitur,
Ut fumus aura solvitur,
Defunctus orbem liberat.
Ales Josepho mittitur
Qui dormienti nunciet:
Cum Matre tollat Filium
Terrâque sistat patria.
Fama recenti territus
Et voce jussus Angeli,
Iter capessit Nazareth
Ut scripta vatum compleat.
Nos deprecemur Filium,
Recta reponat semita;
Illinc reducens gratia
Quo nostra culpa flexerat.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Dominus vobiscum.
℟. *in choro.* Ex Ægypto vocavi Filium meum: * Defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri.
℣. Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Surge, tolle Puerum et Matrem ejus et vade in terram Israel: * Defuncti.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Facta est Judæa.
Psalm. In exitu, *p. 33.*
Psalm. Ecce nunc., *et*
Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*
Ant. Facta est Judæa sanctificatio ejus, Israel potestas ejus. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Præsta, omnipotens Deus, cordibus nostris: ut jugiter Ægyptiacæ servitutis et peccati jugum excutere, et majestati tuæ apparere in cœlesti patria valeamus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Beatam me dicent omnes generationes; quia ancillam humilem respexit Deus. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Subveni nobis, Domine, quæsumus, et concede: ut prava desideria deleantur ex animis nostris, et victoriam ex hoste reportemus. Per Dominum, etc.
℣. Dominus vobiscum.
Psall. I. Deus autem Rex noster operatus est salutem in medio terræ.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Deus autem.
Compl. I. Regnum tuum.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Deus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum, etc.
℣. Dominus vobiscum.
Psall. II. Virgo Verbum concepit, virgo permansit, virgo genuit Regem omnium regum.
℣. Gloria, etc.
Iter. Virgo, etc.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam: ut, quos a perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui sempiternis. Per eumdem, etc.
Postea fit commem. Octav. Epiph.
Psall. Videntes stellam, etc., *Compl. et Orat.,* *p. 149.*
Si hæc Sol. inciderit in Dom., fit commem. Dom. I post Epiph., deinde Octav.

DIE SECUNDO
infr. Octav. Epiph.
Die VIII Januarii.

Ad Horas infra istam Octav. (excepto die pri-

)· dicunt. omn. ut in
amet Epiph. die: Vesp.
tem ut infra. Si vero
hunc aut sequent. diem
ra istam Octav. cadat
m. I post Epiph., fit
Dom. cum commem.
av., ut infra post Octav.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Omnes
riarchæ præclama-
runt te, et omnes pro-
tæ annunciaverunt
pastoribus Angeli o-
nderunt te: cœli per
lam declaraverunt
et omnes justi cum
dio susceperunt te.
Hymn. Illuminans Al-
ime, p. 141.
. in choro. Ecce com-
ta sunt omnia quæ
dicta sunt Mariæ
gini ab Angelo Do-
i. Natus est Puer,
præsepio positus, a
toribus demonstra-
et in cœlis a Patre
natus: ‡ Hic est Fi-
meus in quo bene
placui.
. Ego autem consti-
is sum Rex ab eo
er Sion montem sanctum ejus, prædicans
præceptum Domini. Dominus dixit ad me: ‡
Hic est.

Ant. Apparuit gratia.
Psalm. Benedixisti, Domine, p. 147.
Psalm. Ecce nunc, *et Psalm.* Laudate Dominum, p. 68.

Ant. Apparuit gratia Salvatoris nostri, et vidimus gloriam Dei. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui hunc diem, etc., p. 147.

Cant. Magnif., p. 34.

Ant. Ecce completa sunt quæ prædicta sunt ab Angelo Virgini Mariæ. K. k. k.

Oratio II.

Tribue, quæsumus, etc., p. 148.

Psall. I. Apparuit in mundo *et Compl., p. 148.*

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, *ut sup., p. 148.*

Psalm. II. Videntes stellam, etc. *Compl. et Orat., p. 149.*

DIE SEXTO
infra Octav. Epiph.
Die XII Januarii.

AD VESPERAS.

Omn. ut sup. in Vigil. Epiph., sed Ant. ad Magnif. *non dicit. dupl. In fine addit.* :

Psall. Virgo Verbum concepit, etc., *complet., et Orat.* Deus, qui salutis, *p. 152.*

Si hæ Vesp. cadant in diem Sabb., omittunt., et dicunt. illæ quæ sup. habent. die II. infra istam Octav., p. 152.

DIE SEPTIMO
infra Octav. Epiph.
Die XIII Januarii.

Ad Vesp. omn. ut sup. die II, infra istam Octav., p. 152, cum commem. S. Datii Ep. et Conf., nisi transferat.

Si autem hæ Vesp. cadant in Sabb., omittunt., et fiunt Vesp. I. de SS. Nomine Jesu, cum commem. Octav.

DOMINICA I
post Epiphaniam.

Ad Horas, Epistol. et reliq. de Commun. Dom. ut in Psalter., præt. Orat. ad Tert. et Sext., ad quas sumunt. duæ primæ de Vesp. Itid. fit in Dom. sequent.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

Hymn. Deus, creator, *p. 29.*

℟. *in choro.* Domine Deus, miserator et misericors, ✠ Patiens et multum misericors et verax, respice in nos et miserere nobis.

℣. Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia. Tu es Deus solus, ✠ Patiens.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. ipse cum reliq. Ant. et Psalm. de Dom. ut in Psalter., p. 30.

Oratio I.

Benedictio, quæsumus Domine, in tuos fideles copiosa descendat, et, quam subjectis cordibus expetunt, largiter con-

sequantur: quoniam, sicut superbis resistis, sic humilibus tuis gratiam benignus impendis. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem. Dei Genitrix, intercede pro nobis. K. k. k.

Oratio II.

Vota, quæsumus, Domine, supplicantis populi cœlesti pietate prosequere: ut, et, quæ agenda sunt, videant, et ad implenda quæ viderint, convalescant. Per Dominum, etc.

Psall. II. Splendor tuus illuminavit nos, quia venisti, Domine, in salutem populi tui.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Splendor.

℟. *in Bapt.* Custodite vos a murmuratione et detractione, parcite linguæ: ‡ Quia os quod mentitur, occidit animam.

℣. Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum: ‡ Quia.

Orat. III. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Ad te de luce.

Psalmi 62, ℣. 4.

Sitivit in te anima mea

Quam multipliciter tibi et caro mea, * in terra deserta, in invio et inaquoso.

Sic in sancto apparui tibi * ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quia melior est misericordia tua super vitas * labia mea laudabunt te.

Gloria Patri, etc.

Ant. Ad te de luce vigilo, Deus, ut videam virtutem tuam.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. IV. Exaudi nos, *p. 35.*

Psall. II. Oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, et ad orientem lucis te adorare ibi.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Oportet.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Os nostrum, *p. 36.*
Comm. Oct. Epiph.
Psall. Videntes stellam, etc. *Compl. et Orat., p. 149.*

DOMINICA II

post Epiphaniam, in qua celebr. Festum

SS. NOMINIS JESU

cum commem. Dom. in II Vesp.

Sol. Dom.

Quæ si in Dom. Septuag. inciderit, ejus Off. transfert. in Fer. II immediate sequent.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. Quoniam tu.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. in choro. Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ.
℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Supplex sacramus canticum
Divino Jesu Nomini,
Quod astra, terræ et inferi
Laudant, adorant et tremunt.

Nomen salutis nuncium,
Supra omne nomen prominens,
Fons vitæ, origo gratiæ,
Cœlestis arrha gloriæ.

O melle Nomen dulcius,
Quod, corde et ore personans,
Curas, dolores, dæmones,
Mulcet, retundit, dissipat!

Hoc Nomen invocantibus
Sit juge nobis gaudium,
Vitæ laborem temperans,
Mortis timorem diluens.

Jesu, tuo sit Nomini,
Cum Patre et Almo Spiritu,
Regnans piis in cordibus,
Æterna laus et gloria.
Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro*. Deprecamini vultum Dei, ut misereatur vestri, dicit Dominus exercituum: ab ortu enim solis usque ad occasum ⁑ Magnum est nomen mèum in gentibus.

℣. In omni loco sacrificatur et offertur Nomini meo oblatio munda, quia ⁑ Magnum est.

℣. Dominus vobiscum,

Ant. Sit nomen Domini.

Psalm. Laudate, pueri, *p. 32.*

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in sæculum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et Jesum vocari jussisti concede propitius; ut cujus sanctum nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cœlis. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Lætabimur.

Psalmus 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de Sancto, * et de Sion suscipiat te.

Memor sit omnis sacrificii tui; * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo, * et in nomine Domini Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet eum de cœlo sancto suo: * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis; * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt et

ceciderunt; * nos vero surreximus et erecti sumus.

Domine, salvum fac regem, * et exaudi nos in quacumque die invocaverimus te,

Gloria Patri, etc.

Ant. Lætabimur in Salutari tuo, et in nomine Dei nostri magnificabimur. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Deus, qui famulo tuo Moysi dignatus es dicere, In omni loco in quo fuerit memoria nominis mei veniam ad te et benedicam tibi: da nobis, ita nominis Jesu memoriam celebrare, ut, ab, eo visitati, benedictionem tuam mereamur obtinere. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificate Dominum mecum. et exaltemus nomen ejus in idipsum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Benedictio tua, *clementissime Deus, qua* omnis viget creatura, sanctificet, quæsumus, obsequium nostrum quod ad gloriam Nominis Filii tui Domini nostri Jesu Christi persolvimus tibi: ut majestati tuæ placere possit ad laudem, et nobis proficere ad salutem. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Adjuva nos, Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Adjuva nos.

Compl. I Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Excelsum nomen tuum venerantibus nobis indulge, Domine Jesu: ut ejus dulcedine in hac via perfruentes, sempiterno gaudio in patria repleamur. Qui vivis et regnas, etc.

AD TERTIAM

Epistolella.

Coloss. 3.

Fratres. Omne quod-

cumque facitis in verbo aut in opere, omnia in Nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* In eo lætabitur cor nostrum.

Iter. In eo, etc. * Hall. hall.

℣. Et in nomine sancto ejus speravimus.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In eo, etc. * Hall. hall.

Cap. Cantate Domino et benedicite nomini ejus: Annunciate de die in diem salutare ejus. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

I Cor. 6.

Fratres, abluti estis, sanctificati estis, justificati estis in Nomine Domini nostri Jesu Christi et in spiritu Dei nostri.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Cantate Domino et benedicite *Nomini ejus.*

Iter. Cantate, etc. * Hall. hall.

℣. Annunciate de die in diem salutare ejus.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Cantate, etc. * Hall. hall.

Cap. Ego autem in tua misericordia speravi, * Et psallam Nomini Domini. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Eph. I.

Fratres. Gratias agite semper pro omnibus in Nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri, subjecti invicem in timore Christi.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ego autem in tua misericordia speravi.

Iter. Ego autem, etc. * Hall. hall.

℣. Et psallam Nomini Domini.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ego autem, etc. * Hall. hall.

Cap. Omnes gentes

... misericordiam fecisti veniet. * Et glorificabunt eorum te, Domine, et ... Nomen tuum. Hall. Hall. Hall.

Orat. IV de Vesp.

AD VESPERAS II

Lectio. Quoniam tu.

Ant. in choro. Laudate Nomen ejus, quoniam suavis est Dominus: in æternum misericordia ejus.

Hymn. Supplex sacramus canticum, *ut sup. in Vesp. I.*

℟. *in choro*. Confitemini Domino, et invocate Nomen ejus: * Notas facite in populis adinventiones ejus.

℣. Laudate Nomen sanctum ejus: lætetur cor quærentium Dominum: * Notas facite.

Ant. Adorabo.

Psalm. Confitebor tibi, Domine, p. 53.

Psalm. Ecce nunc, *et* ... Laudate Domi- ... 68.

... Adorabo ad templum sanctum tuum et ... bor Nomini tuo.

... I ut sup. in Vesp. I.

Ant. In Israel.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus: * in Israel magnum Nomen ejus.

Factus est in pace locus ejus, * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potestates, * arcum, scutum, gladium et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde: * dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua, Deus Jacob, * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es: * et quis resistet tibi contra faciem tuam?

Ex tunc ira tua: * de cœlo auditum fecisti judicium.

Terra tremuit et quievit: cum resurgeret in judicium Deus, * ut salvos faceret omnes quietos terræ.

Quia cogitatio hominis confitebitur tibi, * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete et reddite Domino Deo vestro, * omnes qui in circuitu ejus sunt, offerent munera terribili Deo.

Terribili et ei, qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terræ.

Gloria Patri, etc.

Ant. In Israel magnum Nomen ejus, factus est in pace locus ejus. K. k. k.

Orat. II. ut sup. in Vesp. I.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Domine, Domine, fac mecum misericordiam propter nomen tuum, quia suavis est misericordia tua. K. k. k.

Orat. III. ut sup. in Vesp. I.

Psall. I. Per Jesum Nave stetit sol contra Gabaon; quia in Jesu futuri typum agnoscebat et nomen.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Per Jesum.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui, Filii tui Nomen in figura Jesu Nave glorificans, qua solem sisteret, virtutem tribuisti, concede nobis: ut in Nomine Jesu lucem tuæ gratiæ consequentes, ab ea numquam per culpam decidamus. Per eumdem, etc.

Psall. II. Credamus in Nomine Filii ejus Jesu Christi: et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Credamus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. ult. de Vesp. I.

Commem. Dom.

Psall. Nec observavimus, nec fecimus quæ præcepisti nobis, ut bene nobis esset: peccavimus, Domine, miserere nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Nec observavimus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Adesto, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris: et in tua misericordia confidentes ab omni nos adversitate custodi. Per Dominum, etc.

DOMINICA III
post Epiphaniam.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ego ad Dominum clamavi, et exaudivit me vespere, mane et meridie.

Hymn. Deus, creator, *p. 29.*

℟. *in choro.* Erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur. Hic venit ad Jesum, dicens: Domine, veni, salva filium meum. Cui Jesus dixit: Vade, filius tuus vivit: * Et salvus factus est ex illa hora.

℣. Occurrerunt ei pueri ejus, dicentes, quia *heri hora septima reliquit eum febris;* * Et *salvus.*

Psalm. et Ant. de Dom., p. 30.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitates nostras propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus, honoremus Regem cœli: quia omnes ambulantes in superbia potens est humiliare. K. k. k.

Oratio II.

Vox clamantis Ecclesiæ, quæsumus, Domine, ad aures tuæ majestatis ascendat: ut, percepta venia peccatorum, te fiat operante devota et te protegente secura. Per Dominum.

Psall. I. Hoc secundum signum fecit Jesus in Cana Galileæ: credidit ei Regulus et domus ejus tota.

Psall. II. Exurge, Domine, non prævaleat homo: tibi derelictus est egenus et pauper.

. IV
niam.

AS.

Laudans
inum et
is salvus

creator,

Domine
54.
de Dom.,

r.

æsumus,
miliam
ictionum
us uber-
it erudi-
semper
t donis.
etc.
, p. 34.
ificemus
gem Do-
superbos
ltat hu-

pravitate defensa, bonis cœlestibus augeatur. Per Dominum, etc.

Psall. I. Tibi, Domine, derelictus est pauper, pupillo tu eris adjutor.

Psall. II. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me: antequam vulnera generent in me, sana me medicamento pœnitentiæ.

DOMINICA V
post Epiphaniam.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. In multitudine magnitudinis ejus laudate Dominum: in sono tubæ laudate eum.

Hymn. Deus, creator, *p. 29.*

℟. *in choro.* Mira opera tua, Domine: ✠ Et anima mea cognoscit valde.

℣. Tu formasti me, et posuisti super me manum tuam; mirificata est scientia tua: ✠ Et anima mea.

Psalm. et Ant. Dom., p. 30.

Oratio I.

Familiam tuam, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: ut quæ in sola spe gratiæ cœlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus, honoremus Regem cœli, quia omnes ambulantes in superbia potens est humiliare. K. k. k.

Oratio II.

Conserva populum tuum, Domine, et tuo nomini fac devotum: ut divinis subjectus officiis, et temporalia utiliter et æterna dona percipiat. Per Dominum, etc.

Psall. I. Salva nos, Domine Deus noster; salva nos et congrega nos de nationibus.

Psall. II. Pax in cœlo, pax in terra, pax in omni populo, pax Sacerdotibus ecclesiarum Dei.

DOMINICA VI
post Epiphaniam.

Cujus Off. nunquam omittit., sed semp. dicit. in Dom., Septuag. p[...] præced., nisi in ea [...] brand. sit Fest. SS. [...] minis Jesu.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. D[...] misereatur nobis et [...] nedicat nos: illum[...] vultum suum super [...]

Hymn. Deus, crea[...] *p. 29.*

℟. *in choro.* Ven[...] mihi, Domine, mis[...] tiones tuæ, ut vivam[...] Quia lex tua medit[...] mea est.

℣. Manus tuæ, Do[...] ne, fecerunt me et [...] smaverunt me: da [...] hi intellectum; * Q[...]

Psalm. et Ant. de D[...] p. 30.

Oratio I.

Omnipotens sempi[...] ne Deus, dirige actus [...] stros in beneplacito t[...] ut in nomine dilecti [...] lii tui mereamur b[...] operibus abundare. [...] eumdem, etc.

Cant. Magnif., *p. [...]*

Ant. Sicut locutus [...] ad patres nostros, [...] mine, recordare mis[...] cordiæ tuæ. K. k. [...]

Oratio II.

ɔpitiare, misericors
s, supplicationibus
ris, et populum tu-
tua protectione cu-
i: ut, qui Unigenitum
n in carne nostri
oris Deum natum
fatentur, nulla pos-
diaboli falsitate cor-
pi. Per eumdem.
all. I. Populum hu-
m salvum facies,
ine, et oculos su-
orum humiliabis.
ıll. II. Fratres, sit
s cor unum in Deo
nima una. Auctor
s, Rex æterne, ab
i malo tu nos de-
e.

DOMINICA

ı Septuagesima.

AD VESPERAS.

ıt. in choro. In mul-
line magnitudinis e-
laudate Dominum:
ono tubæ laudate
..
ymn. Deus creator,
).
in choro. Erravi si-
'vis quæ perierat:

℟ Require servum tuum, Domine.

℣. Declinate a me maligni, et scrutabor mandata Dei mei: ℟ Require.

Psalm. et Ant. de Dom., p. 30.

Oratio I.

Preces popoli tui, quæsumus, Domine clementer exaudi: ut, qui juste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Voca operarios et redde illis mercedem suam: dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Familiam tuam, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: ut, quæ in sola spe gratiæ cœlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per Dominum, etc.

Psall. I. Fac nobiscum, Domine, signum in bonum: ut videant qui o- *num:*derunt nos et confundentur.

Psall. II. Pax in cœlo, pax in terra, pax in omni populo, pax Sacerdotibus ecclesiarum Dei.

DOMINICA
in Sexagesima.

AD VESPERAS

Ant. in choro. Salus vultus tui, Deus, suscepit me, et laudabo nomen Dei cum cantico; et magnificabo eum in laude.

Hymn. Deus, creator, *p. 29.*

℟. *in choro.* In quacumque die invocavero te, ‡ Velociter exaudi me, Domine.

℣. Ne avertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor. ‡ Velociter.

Psalm. et Ant. de Dom., p. 30.

Oratio I.

Auxiliare, Domine, populo tuo: ut, sacræ devotionis proficiens incrementis, et tuo semper munere gubernetur, *et ad* redemptionis æter*næ perveniat, te* ducente, consortium. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Vestri autem beati oculi, quia vident; et aures vestræ, quia audiunt. K. k. k.

Oratio II.

Ecclesiam tuam, quæsumus, Domine, perpetua miseratione prosequere: ut, inter sæculi turbines constituta, et præsenti jucunditate respiret, et æternæ beatitudinis donum percipiat. Per Dominum, etc.

Psall. I. Exurge, Domine, adjuva nos, et libera nos, Deus noster.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Exurge.

℟. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Domine ne obliviscaris pauperum in finem: ‡ Quia tibi derelicti sunt egeni, et pupillo tu eris adjutor.

℣. Desiderium pauperum exaudivit Dominus; præparationes cordis eorum exaudivit auris tua: ‡ Quia tibi.

Orat. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Domine Deus.

Psalmi 103 ℣. 4.

Benedic, anima mea, Dominum: * Domine, Deus meus, magnificatus es valde.

Confessionem et speciem induisti: * circumamictus es lumine sicut vestimento.

Extendens cœlum sicut pellem: * qui tegit in aquis superiora ejus;

Qui ponit nubem ascensum suum, * qui ambulat super pennas ventorum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Domine, Deus meus, magnificatus es vehementer.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Exaudi nos, *p. 35.*

Psall. II. Erudimini, omnes qui judicatis terram: servite Domino in timore.

DOMINICA
in Quinquagesima
AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ad vesperum demoretur fletus, Domine, et ad matutinum lætitia.

Hymn. Deus, creator, *p. 29.*

℟. *in choro.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine! ‡ Super mel et favum ori meo.

℣. Quomodo dilexi legem tuam, Domine? Tota die meditatio mea est: ‡ Super mel.

Psalm. et Ant., de Dom., p. 30.

Oratio I.

Subdita tibi, Domine, plebis tuæ corda sanctifica: ut, benedictionem tuam, quam jejuniis expetit, te donante, percipiens, et præsentibus gaudeat consolationibus et futuris. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Messis vero consummatio sæculi est; messores autem Angeli Dei. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui non despicis contritos corde et afflictos miseriis, populum tuum jejunii ad te devo-

tione clamantem propitiatus, exaudi: ut, quos humiliavit adversitas, attollat tuæ reparationis prosperitas. Per Dominum, etc.

Psall. I. Fulgebunt justi sicut sol in regno Patris mei: dicit Dominus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Fulgebunt justi, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Domine, ne avertas a me faciem tuam; ne declines in ira ✠ a servo tuo.

℣. Exaudi, Domine, vocem meam qua clamavi ad te. Miserere mei et exaudi me ✠ servum tuum.

Orat. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Et clamor meus.

Psalmi 101 ℣. 4.

Domine, exaudi orationem meam, * et clamor meus ad te perveniat.

Ne avertas faciem tuam a me; * in quacumque die tribulor, inclina aurem tuam ad me.

In quacumque die invocavero te, * cito exaudi me.

Quoniam defecerunt sicut fumus dies mei, * et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.

Gloria Patri, etc.

Ant. Et clamor meus ad te perveniat, Domine.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Exaudi nos, *p. 35.*

Psall. II. Audite hæc, omnes gentes; auribus percipite, qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper.

SABBATO I

Quadragesimæ.

Hod. ad Vesp. incipit Off. Quadrag. Toto autem temp. non dicit. Hall., *sed loco illius dicit.* Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Audi, benigne Conditor,

Nostras preces cum fletibus,
In hoc sacro jejunio
Fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium.
Ad te reversis exhibe
Remissionis gratiam.
Multum quidem peccavimus;
Sed parce confitentibus:
Ad nominis laudem tui,
Confer medelam languidis.
Sic corpus extra conteri
Dona per abstinentiam,
Jejunet ut mens sobria
A labe prorsus criminum.
Præsta, beata Trinitas,
Concede, simplex Unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Jejuniorum munera. Amen.

℟. *in choro*. Revela oculos meos, et considerabo mirabilia ‡ De lege tua, Domine.

℣. Beati qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirunt eum: ‡ De lege.

Psalm. et Ant. de Sabb.,* *p. 58.

Orat. Deus, qui super, *ut in Sabb., p. 63.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Suscepit Israel, puerum suum, recordatus Dominus misericordiæ suæ. K. k. k.

Reliq. ut in Vesp. Sabb.

AD COMPLETORIUM,

quod dicit ritu quadrag. usq. ad Sabb. Sanctum exclus. Hymn. Lux alma, etc., *p. 65; Ant. B. M. V.* Salve, Regina.

DOMINICA I

in Quadragesima.

Ad Horas, omn. ut in Psalt., præt. Orat.

AD TERTIAM.

Dicitur : Orat. I de Vesp.

AD SEXTAM.

Orat. II de Vesp.

AD NONAM.

Orat. ult. de Vesp. Id etiam servat. in sequentib. Dom.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Laudans

...abo Dominum, et
...imicis meis salvus

Hymnus.

... more docti mystico,
Servemus hoc jejunium,
Deno dierum circulo
Ducto quater notissimo.
...ex et prophetæ primitus
Hoc prætulerunt; postmodum
Christus sacravit, omnium
Rex atque Factor temporum.
Utamur ergo parcius
Verbis, cibis et potibus,
Somno, jocis, et arctius
Perstemus in custodia.
Vitemus autem pessima
Quæ subruunt mentes vagas,
Nullumque demus callido
Hosti locum tyrannidis.
Dicamus omnes cernui
Clamemus atque singuli,
Ploremus ante Judicem,
Flectamus iram vindicem.
Nostris malis offendimus
Tuam, Deus, clementiam:
Effunde nobis desuper,
Remissor, indulgentiam.
Memento quod sumus tui,
Licet caduci plasmatis:
Ne des honorem nominis
Tui, precamur, alteri.
Laxa malum quod fecimus,
Auge bonum quod poscimus;
Placere quo tandem tibi
Possimus hic et perpetim.
Præsta, beata Trinitas,
Concede, simplex Unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Jejuniorum munera.
Amen.

℟. *in choro.* Convertere, Domine, aliquan... tulum, * Et deprecar... super servos tuos.
℣. Repleti sumus m... ne misericordia tu... exultavimus et delect... sumus; * Et deprec...

ıt. et Psalm. de Dom.,
).

Oratio I.

cede nobis, omni-
ıs Deus, præsidia
iæ christianæ san-
nchoare jejuniis: ut,
ra spiritales nequi-
ɔugnaturi, continen-
salutaris muniamur
liis. Per Dominum,

nt. Magnif., *p. 34.*
ıt. Recedente diabo-
cce Angeli Dei ac-
ɛrunt et ministra-
ei. K. k. k.

Oratio II.

niliæ tuæ, quæsu-
, Domine, absolve
ata mentesque pu-
ı: ut, venerabilis je-
dies congrua de-
ɔne repetentes, quæ
iter poscimus, im-
are mereamur. Per
ıinum, etc.
all. I. Dominum
m tuum adorabis et
soli servies.
Gloria Patri, etc.
ɤ. Dominum.
Dominus vobiscum.
in Bapt. Israel, si
ıudieris, ‡ Dabo tibi terram fluentem lac et mel.

℣. Si custodieris mandata mea, quæ ego præcipio tibi, ‡ Dabo tibi.

Orat. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Tempus acceptabile.

Psalmi 69 ℣. 4.

Deus, in adjutorium meum intende: * Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur et revereantur omnes * qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum et confundantur * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Gloria Patri, etc.

Ant. Tempus acceptabile, dies pœnitentiæ: cum abstinentia serviamus Domino.

Compl. I. Regnum tuum, Domine, * Te decet hymnus, et dominatio tua in omni generatione et progenie, te decet laus.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Exaudi, *p. 35.*

Oratio I.

Converte nos, Deus salutaris noster: et, ut nobis jejunium quadragesimale proficiat, mentes nostras cœlestibus instrue disciplinis. Per Dominum, etc.

Ant. Magnificat.

Cant. ipsum. Et exultavit spiritus, *p. 34.*

Iter. ℣. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Ant. Magnificat anima mea Dominum Deum. K. k. k.

Oratio II.

Sanctifica, Domine, quæsumus, nostra jejunia: et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per Dominum, etc.

℟. *in Bapt.* In adjutorium nostrum ‡ Tu intende, Domine.

℣. Domine, ad adjuvandum me festina: ‡ Tu intende, Domine.

Oratio III.

Tua nos, Domine, veritas semper illuminet: et ab omni pravitate defendat. Per Dominum, etc.

Ant. In te speravi.

Psalmi 7 ℣. 4.

Ab omnibus persequentibus me, * et eripe me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam; * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, * si reddidi retribuentibus mihi mala.

Decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meam, * et comprehendat et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem deducat.

Gloria Patri, etc.

Ant. In te speravi, salva me, Domine, Deus meus.

Psalm. Qui habitat, *p. 67.*

Hic. Psalm. dicit. ut Psalm. directus in singul. Quadrag. Fer., præterq. in Fer. VI. et Sabb.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Ut cunctis nos, Domine foveas adjumentis: tuis apta propitius disciplinis. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.
℟. *duodecies.*
℣. Benedicat, etc., *p. 36.*
In omnib. Fer. Quadrag., præterq. in Sabb., q. ad Ramos Olivar., sic ncludunt.
Expleto autem Vesp. ., dicunt. Vesp. Defunct. qul. Fer. usq. ad Ra- Olivar., exceptis Sabb.

FERIA III.

AD VESPERAS.

cern. Dominus illutio.
nn. Audi, benigne tor, *p. 168.*
choro. In Deo sameum et gloria Deus auxilii mei, mea in Deo est. erate in eo, onventus plebis, coram illo cor; quia Deus adster est: ‡ De-
at pax.

Psalm. et Ant. de Fer. III, p. 40.

Oratio I.

Respice, Domine, familiam tuam et præsta: ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif, *p. 34.*
Ant. Respice, Domine, humilitatem meam. K. k. k.

Oratio II.

Ascendant ad te, Domine, preces nostræ: et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dominum, etc.

℟. *in Bapt.* Respice in me, Deus. ‡ Et miserere mei.
℣. Da potestatem puero tuo et salvum fac filium ancillæ tuæ, ‡ Et miserere mei.

Oratio III.

Ab omnibus nos, quæsumus, Domine, peccatis propitiatus absolve: ut percepta venia pecca-

tu es Dominus Deus noster, quem propitium exspectamus.

Ant. IV. Misereris omnium, Domine, et nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, et parcens illis, quia tu es Dominus Deus noster.

Ant. V. Qui fecisti magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham terribilia in mari Rubro, non tradas nos in manus gentium; nec dominentur nobis, qui oderunt nos.

Ant. VI. Circumdederunt nos mala quorum non est numerus: da nobis auxilium de tribulatione: opera manuum tuarum ne despicias, Deus.

Kyrie, eleison.
Domine miserere.
℣. Christe, libera nos.
℟. Salvator, libera nos. } *ter.*

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Ioseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Jacobe, interc.
S. Joannes, interc.
S. Philippe, interc.
S. Bartholomæe, interc.
S. Thoma, interc.
S. Matthæe, interc.
S. Jacobe, interc.
S. Simon, interc.
S. Thadæe, interc.
S. Matthia, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S. Luca, interc.
S. Stephane, interc.
S. Laurenti, interc.
S. Thecla, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis. } *ter.*

K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Domine Deus omnipo-

tens, in cujus judicio misericordia semper obtinet principatum, tribue indulgentiam reis: ut, majestatis tuæ parcente jam dextera, non judicium, sed indulgentiam sentiamus. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Si fecissemus præcepta tua, Domine, habitassemus cum securitate et pace omni tempore vitæ nostræ. Nunc, quoniam peccavimus, supervenerunt in nos omnes tribulationes. Pius es, Domine, miserere nobis et dona remedium populo tuo.

Ant. II. Iniquitates nostras agnoscimus, Domine: petimus deprecantes te; remitte nobis, dimitte nobis, Domine, peccata nostra.

Ant. III. Vide, Domine, afflictionem populi tui, quoniam amara est nimis; humiliati enim sumus pro peccatis nostris. Exaudi nos, qui es in cœlis; quia *non est alius* præter te *Domine.*

Ant. IV. Liberator noster de gentibus iracundis, ab insurgentibus in nos libera nos, Domine.

K., *sexies.*

℣. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Sicut erat, etc.

Iter. Agnus Dei.

℣. Suscipe deprecationem nostram qui sedes ad dexteram Patris.

Iter. Agnus Dei. K. k. k.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* Salvus ero Domine, si me consolatus fueris: * Quamvis indignus ego sim, credo quia salvabis me.

℣. Flecto genua cordis mei, peto veniam magnitudini tuæ: *. Quamvis.

Ant. Nisi tu, Domine.

Psalm. et Ant. de *Fer.* IV., p. 14.

Oratio I.

Preces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi: et contra cuncta nobis adversantia dexteram tuæ Majestatis extende. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Recordare, Domine, misericordiæ tuæ. K. k. k.

Oratio II.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, lumine tuæ claritatis illustra: ut videre possimus quæ agenda sunt, et quæ recta sunt, agere valeamus. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *a Diac.* Miserere mei, Deus: ‡ Secundum magnam misericordiam tuam.

℣. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: ‡ Secundum.

℟. II. Peccata juventutis meæ ne memor fueris, Domine: ‡ Quia tu, Domine, *suavis et rectus es.*

℣. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo; multum est enim; ‡ Quia tu.

℟. III. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi ‡ Tota die.

℣. Lætifica animam servi tui, quia ad te, Domine, animam meam levavi ‡ Tota die.

Oratio III.

Opitulare, Deus, inopibus, et paternum destitutis præbe solatium: ut, qui privamur humanis, divinis præsidiis adjuvemur. Per Dominum,

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Adjuva me, Deus, et salvus ero: ‡ Adjuva me, Domine.

℣. Et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi: ‡ Adjuva me, etc.

Oratio IV.

Familiam tuam, quæsumus, Domine, cœlesti protectione circumda; ut, te parcente, sit libera, te custodiente, a

malis omnibus sit secura. Per Dominum.

Ant. Justus Dominus.

Psalmi 10 ℣. 4.

In Domino confido; quomodo dicitis animæ meæ: * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: * paraverunt sagittas suas in pharetra.

Ut sagittent in obscuro rectos corde; quoniam quæ tu perfecisti ipsi destruxerunt: * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cœlo sedes ejus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Justus Dominus justitiam dilexit.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67.*

Compl. Benedictus es.

Oratio V.

Fac nos, quæsumus, Domine Deus noster, in tua devotione gaudere: quia perpetua est et plena felicitas, si bonorum omnium tibi serviamus auctori. Per Dominum.

K., *duodecies.*

FERIA V.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* Salvum me fac, Domine; quoniam intraverunt aquæ ‡ Usque ad animam meam.

℣. Infixus sum in limo profundi, et non est substantia, ‡ Usque.

Ant. Memento, Domine.

Psalm. et Ant. de Fer. V., p. 47.

Oratio I.

Devotionem populi tui, Deus, benignus intende: ut, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Exalta, Domine

humiles tuos, sicut locutus es. K. k. k.

Oratio II.

Da, quæsumus, Domine, populis christianis quod profitentur, agnoscere; et cœleste munus diligere quod frequentant. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Adjuva nos, Deus, ✠ Salutaris noster.

℣. Propter honorem nominis tui, Domine, libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ✠ Salutaris noster.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut liberis tibi mentibus serviamus. Per Dominum.

Ant. Respice et exaudi.

Psalmi 12 ℣. 4.

Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? * quousque avertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam consilium in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * respice et exaudi me, Domine, Deus meus.

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; * ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Respice et exaudi me, Domine, Deus meus.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67.*

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede nobis, quæsumus, Domine, veniam peccatorum nostrorum: ut, quod meritis non præsumimus, indulgentiæ tuæ celeri largitate percipiamus. Per Dominum.

K., *duodecies.*

FERIA VI.

Ad Horas, ut in Fer. II, p. 172, præt. Orat. sequent.

AD TERTIAM.

Oratio.

Tua nos, Domine, gra-

tia benedicat: et ad vitam perducat æternam. Per Dominum.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Propitiare, Domine, iniquitatibus nostris, et exorabilis tuis esto supplicibus; non extendatur super nos ira justitiæ, nec differatur medicina misericordiæ: ut, concessa peccatorum venia quam precamur, perpetuo Majestatis tuæ munere gloriemur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Tu, vir Dei, ora pro nobis ad Dominum; quia peccata nostra adversantur nobis: ut faciat nobiscum Dominus secundum magnam misericordiam suam, et recedant a nobis.

Ant. II. Ne avertas, Domine, hominem in humilitatem, quoniam tu dixisti: Convertimini ad me, et sanabo vos, filii hominum.

Ant. III. Memento, Domine, quoniam pulvis sumus: propitiare omnibus iniquitatibus nostris.

Ant. IV. Fac nobiscum, Domine, misericordiam tuam; quia multa sunt peccata nostra: libera nos, Deus, in tempore tribulationis.

Ant. V. Civitatem istam tu circumda, Domine, et Angeli tui custodiant muros ejus: populum ad te clamantem exaudi misericors.

Ant. VI. Gemitus noster, Domine, a te non est absconditus: cor nostrum conturbatum est in nobis, et deseruit nos fortitudo nostra. Exurge, Christe, adjuva nos et libera nos propter nomen tuum.

Kyrie, eleison. } *ter.*
Domine miserere. }
℣. Christe, lib. nos. }
℟. Salvator, lib. nos. }

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S, Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.

e, interc.	accusantem se conscien-
e, interc.	tiam ab omni vinculo ini-
'ea, interc.	quitatis absolvis, da in-
aba, interc.	dulgentiam reis et medi-
iane, interc.	cinam tribue vulneratis;
interc.	ut, exclusa dominatione
, interc.	peccati, liberis tibi men-
ens, interc.	tibus serviamus. Per Do-
e, interc.	minum, etc.
enti, interc.	℣. Dominus vobiscum.
enti, interc.	*Ant. I.* Populus meus
olite, interc.	si in viis meis ambulas-
ane, interc.	set, ad nihilum inimicos
eli, interc.	eorum humiliassem, et
iane, interc.	super tribulantes eos mi-
linaris, interc.	sissem manum meam.
is, interc.	*Ant. II.* Propter pec-
r, interc.	cata nostra, Deus, com-
la, interc.	movisti terram et con-
gia, interc.	turbasti eam: sana, Do-
ne, interc.	mine, contritiones ejus,
e, interc.	quoniam mota est.
rosi, interc.	*Ant. III.* Serviamus
Sancti, interce-	Domino in timore et e-
ro nobis.	xultemus ei cum tremo-
li, Christe,	re: apprehendamus di-
s nostras.	sciplinam, ne quando i-
di, Deus; *ter.*	rascatur nobis.
serere no-	*Ant. IV.* Adjutor no-
	ster esto, Domine: ne
k.	derelinquas, nos, neque
ninus vobiscum.	despicias nos, Deus sa-
	lutaris noster.
Oratio.	*Ant. V.* Dies tribula-
	tionis et iræ invenerunt
qui confitentium	nos, confusio et impro-
da purificas, et	perium ceciditsupernos:

et non sumus obliti te. Exurge, Domine, adjuva nos et libera nos propter nomen tuum.

K., *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 178.*

AD SEXTAM.

Oratio.

Esto nobis, Domine, auxiliator et rector: ut viam tuam rectis mentibus ambulemus. Per Dominum.

AD NONAM.

Oratio.

Redemptor noster aspice, Deus; et tibi nos jugiter servire concede. Qui vivis, etc.

AD VESPERAS.

Lucern. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manum mearum ✠ Sacrificium vespertinum.

℣. I. Domine, clamavi ad te, exaudi me; intende voci orationis meæ: ✠ *Sacrificium.*

℣. II. Pone, Domine, custodiam ori meo: ✠ Sacrificium vespertinum.

Iter. Dirigatur.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* Adjutor meus tibi psallam, quia tu, Deus, susceptor meus es, ✠ Deus meus, misericordia mea.

℣. Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me, ✠ Deus.

In Choro post. ℟. *Singul. VI Fer. canunt. Lect. quat. cum suis Psalmel. et Orat.*

Ant. Opera manuum.

Psalm. et Ant. de Fer. VI, p. 53.

Oratio.

Gratias tibi agimus, etc. *p. 57.*

K., *duodecies.*

Hac VI Fer. et reliq. in Quadrag. sequent. non dicit. Magnif., *neq. in Vesp. Defunct.*

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* Convertere, Domine, aliquantulum, * Et deprecare super servos tuos.

℣. Repleti sumus mane misericordia tua, exultavimus et delectati sumus: * Et deprecare.

Ant. Benedictus Dominus.

Psalm. ipse: et Ant. de Sabb., p. 58.

Oratio I.

Populum tuum, quæsumus, Domine, propitius respice: atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer averte. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Recedente diabolo, ecce Angeli Dei accesserunt et ministrabant ei. K. k. k.

Oratio II.

Fideles tuos, Deus, benedictio desiderata confirmet: quæ eos et a tua voluntate numquam faciat dissentire, *et tuis semper indulgeat beneficiis* gratulari. Per Dominum.

℟. *in Bapt. Orat. III. Psalmel. et reliq., p. 63.*

DOMINICA II
in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Ad vesperum demoretur fletus, Domine, et ad matutinum lætitia.

Hymn. Ex more, *p. 170.*

℟. *in choro.* In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa patientia: * Ut non vituperetur ministerium nostrum.

℣. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem: * Ut non vituperetur.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm et Ant. Dom., p. 30; excepto ut infra.

Ant. Sedebat Jesus.

Psalm. Laudate, pueri, *p. 32.*

Ant. Sedebat Jesus sic super puteum: mulieri samaritanæ aquam bibere postulabat.

Ant. In spiritu.

Psalm. In exitu Israel, *p. 33.*

Ant. In spiritu et veritate veri adoratores adorabunt Patrem. K. k. k.

Oratio I.

Inchoata jejunia, quæsumus, Domine, Ecclesiæ tuæ benigno favore prosequere; ut observantiam quam corporaliter exercemus, mentibus valeamus implere sinceris. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me: dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut hoc solemne jejunium, quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est, devoto servitio celebremus. Per Dominum.

Psall. I. Levate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Levate.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Domine, ne obliviscaris pauperum in finem: * Quia tibi derelicti sunt egeni, et pupillo tu eris adjutor.

℣. Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationes cordis eorum exaudivit auris tua: * Quia tibi.

Orat. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Domine Deus.

Psalmi 103 ℣. 4.

Benedic, anima mea Dominum: * Domine Deus meus magnificatus es valde.

Confessionem et speciem induisti * circumamictus es lumine sicut vestimento.

Extendens cœlum sicut pellem: * qui tegit in aquis superiora ejus;

Qui ponit nubem ascensum suum; * qui ambulat super pennas ventorum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Domine Deus meus, magnificatus es vehementer.

Compl. I. Regnum tuum, etc., *p. 171.*

ompl. II. Benedictus

rat. Exaudi, *p. 35.*
sall. II. Qui biberit am, quam ego do, di- Dominus Samaritanæ, in eo fons aquæ sa- tis in vitam æternam.
rat. Os nostrum, Do- e, *p. 36.*

FERIA II.

AD VESPERAS.

mn. ut in Fer. II. Heb- I, p. 173, præt. se- it.

Oratio I.

æsta, quæsumus, o- potens Deus: ut fami- ua, quæ se, affligendo iem, ab alimentis abs- ;, sectando justitiam ilpa jejunet. Per Do- um.

Oratio II.

esto, quæsumus, Do- e, supplicationibus ris: ut esse, te lar- te, mereamur et in- prospera humiles et adversa securi. Per inum.

℟. *in Bapt. et Orat. III de Fer., ut sup. 174.*

Ant. Timentes autem.

Psalmi 14 ℣. 4.

Domine, quis habita- bit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula * et operatur ju- stitiam,

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum,

Et opprobrium non accepit adversus proxi- mum suum: ad nihilum deductus est in conspe- ctu ejus malignus; * ti- mentes autem Dominum magnificat.

Gloria Patri, etc.

Ant. Timentes autem Dominum magnificat.

Psalm. direct. Qui ha- bitat, *p. 67. Compl. Orat. et reliq. ut in Fer. II. Heb- dom. I, p. 174.*

FERIA III.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. III Heb- dom. I, p. 175, præt. se- quent.

Oratio I.

Perfice, quæsumus, Domine, benignus in nobis observantiæ sanctæ subsidium: ut quæ, te auctore, facienda cognovimus, te operante, impleamus. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui ob animarum medelam jejunii devotione castigari corpora præcepisti, concede: ut corda nostra ita pietatis tuæ valeant exercere mandata, quatenus ab omnibus possimus abstinere peccatis. Per Dominum.

℟. *in Bapt. et Orat., III de Fer. ut sup., p. 175.*

Ant. Conserva me.

Psalmi. 15 ℣. 4.

Dixi Domino: Deus meus es tu; * quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui in terra sunt ejus, * mirificavit omnes voluntates meas inter illos.

Multiplicatæ sunt enim infirmitates eorum :* postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, * nec memor ero nominum illorum per labia mea.

Gloria Patri, etc.

Ant. Conserva me, Domine: quoniam in te speravi.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67.*

Compl. Orat. et reliq. ut in Fer. III. Hebdom. I, p. 176.

FERIA IV.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, cui nihil est impossibile, nihilque difficile, concede propitius: ut ad omnipotentiæ tuæ beneficia dignæ conversationis provocemur obsequio. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Convertamur unusquisque a via nostra mala. Quis scit si miserebitur Deus, aut avertat iram suam a nobis, et non pereamus?

Ant. II. Quem deprecemur qui te mitiget, omnium Domine, nisi

tuos, miseri-
hael principem
m, Gabriel nun-
ginis? Angelo-
rus, Justorum
ntercedite pro
entes: Miserere
plasmæ; tuam
ne despicias,

. In te spera-
tres nostri, Do-
raverunt, et li-
os; ad te cla-
, et salvi facti
e speraverunt,
int confusi.
. Media vita in
umus. Quem
s adjutorem,
omine, qui pro
nostris irasce-
e Deus, Sancte
ancte Miseri-
vator, amaræ
tradas nos.
Anima mea,
n peccare: co-
ibitanea trans-
ad æterna tor-
bi enim non
' pœnitentia,
faciunt lacry-
tempus adest,
e; clama di-
is meus, mise-

Kyrie, eleison.
Domine, miserere.
℣. Christe, libera nos:
℟. Salvator, libera nos. } *ter.*

S. MARIA, intercede pro nobis.

S. Michael,	interc.
S. Gabriel,	interc.
S. Raphael,	interc.
S. Joannes,	interc.
S. Joseph,	interc.
S. Petre,	interc.
S. Paule,	interc.
S. Andrea,	interc.
S. Barnaba,	interc.
S. Stephane,	interc.
S. Protasi,	interc.
S. Gervasi,	interc.
S. Babyla,	interc.
S. Romane,	interc.
S. Cosma,	interc.
S. Damiane,	interc.
S. Thecla,	interc.
S. Pelagia,	interc.
S. Satyre,	interc.
S. Galdine,	interc.
S. Carole,	interc.
S. Ambrosi,	interc.

Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe.
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis. } *ter.*

K. k. k.

Oratio.

Conserva in nobis, quæsumus, Domine, majestatis tuæ consuetudinem miserendi: ut, sicut humanitatem nostram sine merito redemisti, ita redemptionis tuæ opera per nostram cassari non patiaris offensam. Qui vivis, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Peccavimus, Domine; peccatum nostrum contra nos est. Petimus, deprecantes te, remitte nobis, Domine: ne simul perdas nos cum peccatis nostris; quoniam tu es Deus pœnitentium.

Ant. II. Aufer iram tuam a nobis deprecantibus te: non sustinemus iram gloriæ tuæ. Sancto Spiritu tuo tu creasti omnia; quia populi tui sumus et opera manuum tuarum, Domine, libera nos.

Ant. III. Peccavimus, peccavimus ante faciem tuam, Deus: cœli, terra, *mare testimonium dicunt adversus peccata nostra. Ne festines,* Domine, perdere imaginem tuam, quam dilexisti cum Patre super omnia.

Ant. IV. Domine, si inquiras cordis nostri secreta, rea est ante te omnis conscientia: et si respexeris in nobis plasma tuum, cito flecteris ut Deus, ad misericordiam. Et ideo clamat ad te omnis terra: Peccavimus, peccavimus tibi: dona nobis indulgentiam. K. eleis., *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 178.*

AD VESPERAS.

Omnia ut in Fer. IV Hebd. I, p. 178: Ant. et Psalm. de Fer. Commun., p. 44, præt. seq. Aut. ad Psalm. Beati omnes.

Ant. Benedicat te Dominus ex Sion: et videas quæ bona sunt Jerusalem.

Oratio I.

Populum tuum, Domine, propitius respice, et quos ab escis carnalibu præcipis abstinere, a n xiis quoque vitiis ce

'e concede. Per Do-minum nostrum, etc.

Oratio II.

Deus, qui non despicis contritos corde et afflictos miseriis, populum tuum jejunii ad te devotione clamantem propitiatus exaudi: ut, quos humiliavit adversitas, attollat tuæ reparationis prosperitas. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. I. *a Diac.* Iniquitatem meam ego pronuncio et cogitabo pro peccato meo: ‡ Ne derelinquas me, Domine Deus meus.

℣. Quoniam iniquitates meæ superposuerunt caput meum et sicut onus grave gravatæ sunt super me ‡ Ne derelinquas.

℟. II. Abscondi tamquam aurum peccatum meum, et iniquitatem celavi in sinu meo: ‡ Peccavi, Domine, miserere mei.

℣. Averte faciem tuam a peccatis meis; et omnes *iniquitates meas dele: ‡ Peccavi.*

℟. III. Domine, non secundum peccata nostra retribuas nobis, quia tu scis figmentum nostrum: ‡ Recordare quia pulvis sumus.

℣. Peccavimus cum patribus nostris injuste egimus, iniquitatem fecimus: ‡ Recordare.

Oratio III.

Opitulare, etc., *p. 179.*

℟. *in Bapt.* Adjuva me, Deus, et salvus ero: ‡ Adjuva me, Domine.

℣. Et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor illi: ‡ Adjuva me, Domine.

Orat. Familiam tuam, *p. 179.*

Ant. Ab occultis meis.

Psalmi 18 ℣. 4.

Et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine, adjutor meus, * et redemptor meus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Ab occultis meis munda me, Domine.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67.*

Compl. Orat. et reliq. ut in Fer. IV. Hebdom. I, p. 180.

FERIA V.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* Benedictus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam suam et veritatem a domino meo: ‡ Et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

℣. Cucurrit puella et nunciavit in domo matris suæ omnia quæ audierat: ‡ Et recto, etc.

Psalm. et Ant. de Fer. V, p. 47.

Oratio I.

Adesto, Domine, famulis tuis et perpetuam benignitatem largire poscentibus: ut iis, qui te auctorem et gubernatorem gloriantur habere, et grata restaures et restaurata conserves. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Exalta, Domine, humiles tuos, sicut locutus es. K. k. k.

Oratio II.

Præsta nobis, quæsumus, Domine, auxilium gratiæ tuæ: ut, jejuniis et orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per Dominum.

℟. *in Bapt. et Or. III, p. 181.*

Ant. In Domino sperans.

Psalmi 25 ℣. *4.*

Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, * et in Domino sperans non infirmabor.

Proba me, Domine, et tenta me: * ure renes meos et cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos me-

os est, * et complacui in veritate tua.

Non sedi in concilio vanitatis, * et cum iniqua gerentibus non introibo.

Gloria Patri, etc.

Ant. In Domino sperans non infirmabor.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67.*

Compl. Orat. et reliq. ut in Fer. V. Hebdom. I, p. 181.

FERIA VI.

Ad Horas, ut in Fer. II. Hebd. I. præter. Orat. seq.

AD TERTIAM.

Oratio.

Tua nos, Domine, gratia benedicat: et ad vitam perducat æternam Per Dominum.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et sperantes in tua misericordia, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, cœlesti protege benignus auxilio. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. In te, Domine, speramus, non confundamur in æternum: in tua justitia libera nos et eripe nos, ut non pereamus.

Ant. II. Domine, non sumus digni aspicere altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum nostrarum: ne perdas nos in finem cum peccatis nostris.

Ant. III. Domine, si iratus fueris adversum nos, quem adjutorem quæremus? aut quis miserebitur infirmitatibus nostris? Chananæam et Publicanum vocasti ad pœnitentiam, et Petrum lacrymantem, Domine, suscepisti: nostram quoque pœnitentiam suscipe misericors et salva nos, Salvator mundi.

Ant. IV. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos, Domine, et armis tuæ potentiæ protege nos semper; libera, Deus Israel, clamantes ad te.

Ant. V. Exaudi, Domine, voces servorum tuorum clamantium ad te et dicentium: Domine, miserere nobis.

Kyrie eleison.
Domine, miserere. } *ter.*
℣. Christe, lib. nos:
℟. Salvator, lib. nos.

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Thoma, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Stephane, interc.
S. Nazari, interc.
S. Celse, interc.
S. Protasi, interc.
S. Gervasi, interc.
S. Victor, interc.
S. Nabor, interc.
S. Felix, interc.
S. Georgi, interc.
S. Theodore, interc.
S. Faustine, interc.
S. Jovita, interc.
S. Aquiline, interc.
S. Thecla, interc.
S. Agnes, interc.
S. Pelagia, interc.
S. Catharina, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus, } *ter.*
℟. Et miserere nobis.

K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inviolabilis charitatis affectum: ut desideria de tua inspiratione concepta nulla possint tentatione mutari. Per Dominum.

Ant. I. Peccavimus, Domine, peccavimus; parce peccatis nostris, et salva nos: qui gubernasti Noe super undas diluvii, exaudi nos: et Jonam de abysso verbo revocasti, libera nos; qui Petro, dum mergeretur, manum porrexisti, auxiliare nobis, Christe Fili Dei.

nt. II. Erigat nos dex-
tua, quos peccato-
. pondus inclinat;
uia ad terram cor-
ıus, tua, Domine, mi-
ᴐordia sublevemur.
nt. III. Domine, in-
ı aurem tuam et au-
'espice de cœlo et
gemitum nostrum,
e manu mortis, Do-
ɘ, libera nos.
yrie., *sexies.*
Agnus Dei, etc.,
78.

AD SEXTAM.

Oratio.

to nobis, Domine,
liator et rector; ut
ı tuam rectis men-
ȿ ambulemus. Per
ıinum.

AD NONAM.

Oratio.

ıdemptor noster a-
ɜ Deus: et tibi nos
er servire concede.
vivis.

AD VESPERAS.

cern. Dirigatur ora-
ıea, *p. 184.*

Hymn. Audi, benigne Conditor., *p. 168.*

℟. *in choro.* Exaudi me, Domine, quoniam benigna est ‡ Misericordia tua.

℣. Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me ‡ Misericordia tua.

Reliq. omn. ut in Fer. VI. Hebom. I, p. 184.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros, in multa patientia, ‡ Ut non vituperetur ministerium nostrum.

℣. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem, ‡ Ut non, etc.

Ant. Benedictus Dominus.

Psalm. et Ant. de Sabb., p. 58.

Oratio I.

Da, quæsumus, Domine,

nostris effectum jejuniis salutarem: ut castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Meus cibus est ut faciam vuluntatem ejus qui misit me: dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Familiam tuam, quæsumus, Domine, continua pietate custodi: ut, quæ in sola spe gratiæ cœlestis innititur, cœlesti etiam protectione muniatur. Per Dominum.

℟. *in Bapt., Orat. III. Psalm*, ℣. 4., *et reliq., p. 63.*

DOMINICA III in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Deus misereatur nobis et benedicat nos: illuminet vultum suum super nos.

Hymn. Ex more docti, *p. 170.*

℟. *in choro.* De profundis clamavi ad te, Domine: ‡ Domine, exaudi orationem meam.

℣. Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine: ‡ Domine.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. et Ant. de Dom., p. 30.

Oratio I.

Adjuva, quæsumus, Domine, fragilitatem plebis tuæ jejunii sacramento: ut ad votivos paschalis celebritatis effectus et corporaliter gubernata concurrat et per tuam gratiam devota perveniat. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ego gloriam meam non quæro: est qui quærat et judicet. K. k. k.

Oratio II.

Sanctifica, quæsumus, Domine, propitius nostra jejunia: et cunctarum nobis indulgentiam largire placatus culparum. Per Dominum.

Psall. I. Si quis ser-

meum servave-
tem non videbit
ɪum.
ɔria Patri, etc.
ʃi quis.
ninus vobiscum.
Bapt. Propitiare,
, iniquitatibus
et libera de in-
Vitam nostram.
ɔmo tamquam
dies ejus, et si-
agri ita florebit
ıostra.
Fortitudo fide-
35.
:t clamor meus.

mi 101 ℣. 4.

ıe, exaudi ora-
meam, * et cla-
us ad te perve-

.vertas faciem
me: * in qua-
die tribulor,
ıurem tuam ad

ıcumque die in-
ɔ te, * cito ex-
.
ım defecerunt
nus dies mei *
ıea sicut in fri-
ınfrixa sunt.
Patri, etc.
t clamor meus

ad te perveniat, Domine.

Compl. I. Regnum tuum, *p. 171.*

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Exaudi, *p. 35.*

Psall. II. Abraham pater vester vidit diem meum et gavisus est: dicit Dominus.

Orat. Os nostrum, Domine, etc., *p. 36.*

FERIA II.

AD VESPERAS.

Omn. de Fer. II. Hebdom. I, p. 173, præt. ea quæ sequunt.:

Oratio I.

Cordibus nostris, quæsumus, Domine gratiam tuam benignus infunde: ut, sicut ab escis corporalibus abstinemus, ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per Dominum, etc.

Orat. II. Subdita tibi, etc., *p. 167.*

Ant. Sedebit.

Psalmi 28 ℣. 4.

Afferte Domino filii

Dei; * afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam et honorem: * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Adorate Dominum in atrio sancto ejus: vox Domini super aquas; * Deus majestatis intonuit, Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute, * vox Domini in magnificentia.

Gloria Patri, etc.

Ant. Sedebit Dominus rex in æternum.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67, et reliq., p. 175.*

FERIA III.

AD VESPERAS.

Omnia ut in Fer. III. Hebdom. I, p. 175., præt. sequent.

Oratio I.

Exaudi nos, omnipotens et misericors Deus: et continentiæ salutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum, etc.

Oratio II.

Subveniat nobis Domine, misericordia tua: ut ab imminentibu speccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, et te liberante salvari. Per Dominum.

Ant. Audivit Dominus.

Psalm 29 ℣. 4.

Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annunciabit veritatem tuam?

Audivit Dominus et misertus est mihi; * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi; * conscidisti saccum meum et præcinxisti me lætitia.

Ut cantem tibi, gloria mea, et non compungar: * Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Audivit Dominus et misertus est mihi.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67, et reliq., p. 176.*

FERIA IV.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

qui omnipoten-
am parcendo ma-
t miserando ma-
;, multiplica super
ıtiam tuam; ut,
ɔromissa curren-
estium bonorum
sse consortes. Per
ım.
minus vobiscum.
I. Convertere,
ad Dominum De-
ım: tollite vobis-
gem. Dicite Deo:
es salvare nos,
oster.
II. Convertimini
; pœnitentiam ab
ıs abominationi-
stris: quare mo-
domus Israel?
ılo mortem, mo-
sed revertimini
tis: dicit Domi-

II. Deus noster,
nos peccatores,
ıde in nobis mi-
liam tuam, et
ı civitatem istam.
ɔrs, intercessione
;is tuæ, salva ple-
am.
V. Terribile est,
judicium tuum, ubi Cherubim et Seraphim contremiscunt; ubi Angeli tremunt, qui non peccaverunt; ubi Justi terrentur, qui placuerunt coram te, Domine. Illi splendore tuo satiantur: libera, Salvator, libera populum tuum de morte æterna.

Ant. V. Rex Sanctorum, Deus, converte nos et in tempore malo non nos derelinquas.

Kyrie, eleison. }
Domine, miserere. } *ter.*
℣. Christe, lib. nos: }
℟. Salvator, lib. nos: }
Sancta MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Stephane, interc.
S. Firme, interc.
S. Rustice, interc.
S. Felix, interc.
S. Fortunate, interc.
S. Vigili, interc.
S. Sisini, interc.

S. Martyri, interc.
S. Alexander, interc.
S. Cassiane, interc.
S. Thecla, interc.
S. Agnes, interc.
S. Pelagia, interc.
S. Catharina, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus.
℟. Et miserere nobis.
ter.

K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui es mirabilis in operibus, justus in judiciis, largus in donis, multiplica super nos gratiam tuam: et, quia tu nobis es bonorum causa meritorum, custodi quod tribuis, ut invenias quos corones. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Non despexisti multum misericors in tribulatione clamantes ad te per Genitricem tuam. Sed nunc advenisti ad salvandum populum tuum, rex ad captivos, medicus ad infirmos, pastor ad errantes, vita desperatis, Ideoque clamamus ad te: Reple Domine, gaudio animas nostras et miserere nobis.

Ant. II. Propitiare, Domine, creaturæ tuæ; quia de terra facti sumus, plasma tuum suscepimus, sanguine tuo redempti sumus. Ecce precamur: Sancte omnipotens, in tempore angustiæ subveni et miserere.

Ant. III. Dum indignaretur Dominus populo suo, multum flendo non cessavit Moyses. Exclamavit voce magna et dixit: Si jam, Domine, dimittis peccata populo tuo, dimitte; si non, dele me de libro quem scripsit manus tua.

Ant. IV. Super flumina Babylonis sedimus et flevimus, dum recordaremur tui, Sion. Hymnum cantemus Deo: Domine, inclina cœlos et descende. Libera nos de

aquis multis et de manu eorum qui nos persequuntur, Domine Deus noster.

K., *sexies*.

℣. Agnus Dei, etc., *p. 178*.

AD VESPERAS.

Omn. de Fer. IV. Hebdom. I, p. 178, præt. sequent.

Oratio I.

Præsta nobis, quæsumus, Domine: ut, salutaribus jejuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per Dominum, etc.

Oratio II.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente serviamus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *a Diac.* I. Domine, defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus consummati sunt. * Libera me de manibus inimicorum meorum.

℣. Illumina faciem tuam super servum tuum et salvum me fac in tua misericordia: * Libera me

℟. II. Deus meus confundor levare faciem meam ad te, quoniam facinora mea conduplicata sunt super me; * Quia peccavi tibi.

℣. Miserere mei, Domine, quoniam conculcavit me homo; tota die bellans tribulavit me: * Quia peccavi tibi.

℟. III. Vide humilitatem meam et laborem meum, Domine, et dimitte omnia peccata mea, * Deus meus, quia te sustinui tota die.

℣. Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. * Deus meus.

Orat. III. Opitulare, Deus, *p. 179*.

℟. *in Bapt., et Orat. IV, ibid.*

Ant. In tua justitia.

Psalmi 30 ℣. 4.

In te, Domine, spera-

vi: * non confundar in æternum.

In tua justitia libera me * et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera, ut eripias me.

Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Gloria Patri, etc.

Ant. In tua justitia libera me, Domine.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67., et reliq., p. 180.*

FERIA V.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. V. Hebdom. I, p. 180, præt. ea quæ sequunt.

Oratio I.

Da quæsumus, Domine, Rex æterne cunctorum: ut, sacro nos purificante jejunio, sinceris mentibus ad tua sancta ventura facias pervenire lætantes. Per Dominum, etc.

Oratio II.

Deus, de cujus gratiæ rore descendit ut ad mysteria tua purgatis sensibus accedamus, præsta quæsumus: ut in eorum traditione solemniter honoranda competens deferamus obsequium. Per Dominum, etc.

℞. *in Bapt. et Orat. III, p. 181.*

Ant. Verbo Domini.

Psalmi 32 ℣. 4.

Gaudete, justi, in Domino: * rectos decet collaudatio.

Confitemini Domino in cithara: * in psalterio decem chordarum psallite ei.

Cantate ei canticum novum, * bene psallite ei in jubilatione.

Quia rectum est verbum Domini, * et omnia opera ejus in fide.

Gloria Patri, etc.

Ant. Verbo Domini cœli firmati sunt.

Psalm. direct. Qui habitat., *p. 67, et reliq., p. 181.*

FERIA VI.

Litan. post. Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui omnem animam confitentem tibi magis vis emendare quam perdere; averte a nobis iram indignationis tuæ, et dimitte omnia peccata nostra. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Impetum inimicorum ne timueritis; memores estote quomodo salvi facti sunt patres nostri in Mari Rubro. Nunc ergo proclamemus ad Dominum, et miserebitur nostri.

Ant. II. Peccata nostra diviserunt inter nos et Deum nostrum; et iniquitates nostræ averterunt faciem ejus, ne videret nos. Et ideo supplices et extremi servuli tui ad te clamamus dicentes: Parce, Domine, populo tuo et miserere nobis.

Ant. III. Propitiare, Domine, populo tuo, quia peccavit tibi; et omnes iniquitates eorum ne memineris, sed da eis misericordiam; exaudi eos in quibus invocaverunt te, *Domine.*

Ant. IV. In tribulatione nostra invocamus te, Domine. Libera nos propter nomen tuum, et super tribulantes nos mitte manum tuam.

Kyrie eleison.
Domine miserere.
℣. Christe, lib. nos:
℟. Salvator, lib. nos. } *ter.*

Sancta MARIA, intercede pro nobis.

S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Stephane, interc.
S. Mauriti, interc.
S. Victor, interc.
S. Quirice, interc.
S. Vite, interc.
S. Antonine, interc.
S. Vitalis, interc.
S. Agricola, interc.
S. Thecla, interc.
S. Dionysi, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis. } *ter.*
K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, apud quem nemo per se est innocens, nemo de suis meritis gloriosus, concede propitius: ut, cum nostra opera prodesse non possunt, gloriosius tua misericordia succurrat indignis. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Petite, et accipietis: quærite Dominum, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis.

Ant. II. Nolite timere, quoniam Deus in proximo veniet, ut misereatur et præsit civitati et populo flenti et gementi nimis, effundenti lacrymas ante Dominum Deum nostrum.

Ant. III. Deprecamur te, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira *tua* a civitate ista et a domo sancta tua; quoniam peccavimus tibi. K. eleis., *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 178.*

AD VESPERAS.

Lucern. Dirigatur oratio, etc., *p. 184.*

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* Oravit Jacob et dixit: Domine, qui dixisti mihi: Revertere in terram nativitatis tuæ; ‡ Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo.

℣. Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei, qui docuisti me a juventute mea; ‡ Erue me.

Reliq. ut in Fer. VI. Hebdom. I, p. 184.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Hymn. Audi, benigne Conditor, *p. 168.*

℟. *in choro.* De profundis clamavi ad te, Domine: ‡ Domine, exaudi orationem meam.

℣. Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine: * Domine, exaudi.

Ant. Benedictus Dominus.

Psal. ipse. Qui docet, *cum reliq.*

Psalm. et Ant. de Sabb., p. 58.

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut dignitas conditionis humanæ, quæ per immoderantiam fuerat sauciata, medicinalis parsimoniæ studio reformetur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ego gloriam meam non quæro; est qui quærat et judicet. K. k. k.

Oratio II.

Adesto, quæsumus, Domine, propitius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent respuentes, tuorum potius repleantur dilectionibus mandatorum. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt., Orat. III, Psalmell. et reliq., p. 63.*

DOMINICA IV
in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. In multitudine magnitudinis ejus laudate Dominum; In sono tubæ laudate Deum.

Hymn. Ex more docti, *p. 170.*

℟. *in choro.* Clamavi ad te de profundis: exaudi me, Domine: * Aures tuæ sint apertæ in orationem meam.

℣. Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine: * Aures tuæ.

Psalm. Dixit Dominus, *et reliq. Psalm. Dom., p. 30.*

Ad Psalm. In exitu, *Ant.* Tu credis in Filium Dei? Credo, Domine. Et procidens adoravit eum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui homini ad imaginem tuam condito

ideo das temporalia ut largiaris æterna, Ecclesiam tuam spiritali fœcunditate multiplica; ut, qui sunt generatione terreni, fiant regeneratione cœlestes. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est: dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Deus, in cujus præcipuis mirabilibus est humana reparatio, solve opera diaboli et mortifera peccati vincula disrumpe: ut, destructa malignitate, quæ nocuit, vincat potius misericordia, quæ redemit. Per Dominum, etc.

Psall. I. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. A sæculo.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Ne derelinquas me, Domine, Pater et Dominator vitæ meæ, ut non corruam in conspectu adversariorum meorum: ‡ Ne gaudeant de me inimici mei.

℣. Pone, Domine, custodiam ori meo, et circa labia mea signaculum certum, ut non cadam et lingua mea perdat me: ‡ Ne, etc.

Orat. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Et clamor meus.

Psalmi 101 ℣. 4.

Domine, exaudi orationem meam, * et clamor meus ad te perveniat.

Ne avertas faciem tuam a me; * in quacumque die tribulor, inclina aurem tuam ad me.

In quacumque die invocavero te, * cito exaudi me.

Quoniam defecerunt, sicut fumus, dies mei; * et ossa mea, sicut in frixorio, confrixa sunt.

Gloria Patri, etc.

Ant. Et clamor meus ad te perveniat, Domine.

Compl. I. Regnum tuum., *p. 171.*

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Exaudi, *p. 35.*

Psall. II. Ille homo qui

dicitur Jesus lutum fecit ex sputo, linivit oculos meos, et modo video.

Orat. Os nostrum, etc., *p. 36.*

FERIA II.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. II. Hebd. I, p. 173, præt. sequent.

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, observationes sacras annua devotione recolentes, et corpore tibi placeamus et mente. Per Dominum, etc.

Oratio II.

Deprecationem nostram, quæsumus, Domine, benignus exaudi; et, quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt., ed Orat. III, p. 174.*

Ant. Deus meus.

Psalmi 34 ℣. 4.

Judica, Domine, nocentes me, * expugna impugnantes me.

Apprehende arma et scutum * et exurge in adjutorium mihi.

Effunde frameam * et conclude adversus eos qui me persequuntur.

Dic animæ meæ: * Salus tua ego sum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Deus meus et Dominus meus in causam meam.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67, et reliq., p. 174.*

FERIA III.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. III. Hebdom. I, p. 175 præt. sequent.

℟. *in choro.* Videns Jacob vestimenta Joseph, scidit vestimenta sua cum fletu, et dixit: * Fera pessima devoravit filium meum Joseph.

℣. Congregatis autem cunctis liberis ejus, ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem re-

cipere, sed ait: ✠ Fera pessima, etc.

Oratio I.

Miserere, Domine, populo tuo; et continuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Respice, Domine, humilitatem meam. K. k. k.

Oratio II.

Præsta nobis, omnipotens Deus; ut, quia vitiis subjacet nostra mortalitas, tua nos et medicina purificet, et potentia tueatur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *In Bapt., et Orat. III, p. 175.*

Ant. Spera in Domino.

Psalmi 36 ℣. 4.

Noli æmulari inter malignantes, * neque æmulatus fueris facientes iniquitatem.

Quoniam tamquam fœnum velociter arescent, * *et sicut olera herbarum cito decident.*

Spera in Domino, et fac bonitatem; * et inhabita terram, et pascéris in divitiis ejus.

Delectare in Domino; * et dabit tibi petitiones cordis tui.

Gloria Patri, etc.

Ant. Spera in Domino et fac bonitatem.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67, et reliq., p. 176.*

FERIA IV.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio:

Exaudi nos, Deus salutaris noster, et æternitatis tuæ nobis dona concede: ut, qui te totis sensibus confitemur, nulla fraude diaboli capiamur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Convertimini, *et reliq., Ant. ut in Fer. IV. Hebdom. I, p. 176.*

Kyrie eleison.
Domine, miserere.
℣. Christe, lib. nos:
℟. Salvator, lib. nos. } *ter.*

IA, intercede
obis.
ıel, interc.
iel, interc.
ael, interc.
ıes, interc.
ıh, interc.
, interc.
', interc.
ea, interc.
ıba, interc.
ıane, interc.
ıalo, interc.
interc.
itiane. interc.
ıeri, interc.
, interc.
'ne, interc.
ırgi, interc.
ıles, interc.
si, interc.
/si, interc.
liciane, interc.
ri, interc.
.e, interc.
niane, interc.
'i, interc.
interc.
ıi, interc.
, interc.
ne, interc.
interc.
a. interc.
ne, interc.
e, interc.
'osi, interc.
ancti, interce-
o nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras. *ter.*
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis.
K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Domine Deus omnipotens, in cujus judicio misericordia semper obtinet principatum, tribue indulgentiam reis: ut, majestatis tuæ parcente jam dextera, non judicium, sed indulgentiam sentiamus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Si fecissemus præcepta, *cum reliq. ut sup., p. 178.*

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. IV. Hebdom. I, p. 178.

Psalm. et Ant. de Fer. IV., p. 44, excepto ut infra.

Ant. Benedicat te Dominus.

Psalm. Beati omnes, *p. 44.*

Ant. Benedicat te Dominus ex Sion: et vi-

deas, quæ bona sunt Jerusalem.

Oratio I.

Deus, qui et justis præmia meritorum et peccatoribus per jejunium veniam præbes, miserere supplicibus tuis: ut reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per Dominum.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut, quos jejunia votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta lætificet: ut, terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *a Diac.* I. In te speravi: libera me, Domine; ✠ Ab omnibus persequentibus me tu eripe me.

℣. Ne quando rapiat, ut leo, animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat; ✠ Ab omnibus.

℟. II. In tribulatione mea, Deus meus, responde pro me, ut non insultent in me ✠ Inimici mei.

℣. Confundantur et revereantur simul qui gratulantur malis meis; induantur confusione et reverentia ✠ Inimici mei.

℟. III. Domine Deus, virtus salutis meæ, obumbra caput meum ✠ In die belli.

℣. Non tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori. Cogitaverunt adversum me: non me derelinquas ✠ In die belli.

Orat. III, et ℟. in Bapt. et Orat. IV, ut in Fer. IV. Hebdom. I, p. 179.

Ant. Sana animam.

Psalmi 40 ℣. 4.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem * In die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum et vivificet eum, * et beatum faciat eum super terram.

Et non tradat eum in manibus inimicorum ejus; Dominus adjuvet

n super lectum do-
is ejus: * universum
atum ejus versasti in
rmitate ejus.

Ego dixi: Domine,
serere mei: * sana a-
nam meam, quia pec-
vi tibi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Sana animam me-
, Domine, quia pec-
vi tibi.

Psalm. direct. Qui ha-
at, *p. 67 et reliq.,*
180.

FERIA V.

AD VESPERAS.

Hymn. ut in Fer. V.
bdom. I, p. 180, præ-
sequent.

Oratio I.

eus, qui ineffabilibus
undum renovas sacra-
ntis, præsta, quæsu-
s: ut Ecclesia tua æ-
nis proficiat institu-
, et temporalibus non
stituatur auxiliis. Per
minum, etc.

Oratio II.

opuli tui, Deus, insti-
tor et rector, peccata
quibus impugnatur ex-
pelle: ut semper tibi sit
placitus et tuo muni-
mine sit securus. Per
Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. et Orat. III,*
p. 181.

Ant. Tu es Deus meus.

Psalmi 42 ℣. 4.

Judica me, Deus, et
discerne causam meam *
de gente non sancta.

Ab homine iniquo et
doloso * eripe me.

Quia tu es, Deus, for-
titudo mea; * quare me
repulisti?

Quare tristis incedo,
dum affligit me inimi-
cus? Emitte lucem tu-
am et veritatem tuam: *
ipsa me deduxerunt et
adduxerunt in montem
sanctum tuum et in ta-
bernacula tua.

Gloria Patri, etc.

Ant. Tu es, Deus me-
us, fortitudo mea.

Psalm. direct. Qui ha-
bitat, *p. 67, et reliq.,*
p. 181.

FERIA VI.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. Propitiare, *Ant.* Tu, vir Dei, *cum reliq, ut in Fer. VI. Hebdom. I, p. 182.*

Kyrie eleison.
Domine, miserere.
℣. Christe, lib. nos: *ter.*
℟. Salvator, lib. nos.
S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Stephane, interc.
S. Lazare, interc.
S. Eusebi, interc.
S. Gerunti, interc.
S. Benigne, interc.
S. Senator, interc.
S. Magne, interc.
S. Dati, interc.
S. Auxane, interc.
S. Honorate, interc.
S. Joannes, interc.
S. Antonine, interc.
S. Ampelli, interc.
S. Mansuete, interc.
S. Benedicte, interc.
S. Natalis, interc.
S. Zeno, interc.
S. Procule, interc.
S. Gaudenti, interc.
S. Bernarde, interc.
S. Thecla, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.
℣. Exaudi Christe,
℟. Voces nostras. *ter.*
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis.
K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. Deus, qui confitentium. *Ant. I.* Populus meus, *cum reliq. u[t] sup., p. 183.*

AD VESPERAS.

Omnia ut in Fer. VI Hebdom. I, p. 184

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu

Hymn. Audi, benign[e] Conditor, etc., *p. 168.*

℟. *in choro.* Clama[vi] ad te de profundis: ex[...] audi me, Domine; * A[u...] res tuæ sint apertæ i[n] orationem meam.

℣. Quia apud te pr[o...]

pitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine; ‡ Aures tuæ, etc.

Psalm. et Ant. de Sabb. commun., p. 58.

Oratio I.

Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis quam irasci, da nobis digne flere mala quæ fecimus; ut consolationis tuæ gratiam invenire mereamur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est: dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Fiat, Domine, quæsumus, per gratiam tuam fructuosus nostræ devotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta jejunia, si tuæ sint placita pietati. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. Orat. III, Psalmell. et reliq., p. 63.*

DOMINICA V
in Quadragesima.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Ego ad Dominum clamavi: et exaudivit me vespere, mane et meridie.

Hymn. Ex more docti, *p. 170.*

℟. *in choro.* Domine, Domine, virtus salutis meæ obumbra caput meum ‡ In die belli.

℣. Non tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori. Cogitaverunt adversum me: non me derelinquas ‡ In die belli.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. et Ant. de Dom., p. 30, excepto ut infra.

Ant. Ad monumentum.

Psalm. Laudate pueri, *p. 32.*

Ant. Ad monumentum Lazari clamat Jesus, dicens: Lazare, veni foras.

Ant. Domine, si fuisses hic.

Psalm. In exitu Israel *p. 33.*

Ant. Domine si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. K. k. k.

Oratio I.

Da cordibus Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, desideria terrenæ conditionis abscindere, et cœlestis vitæ spiritum sensibus ejus largus infunde; nec prævaleat auctor ille qui perdidit, sed vincat potius qui redemit: ut, a vetustatis lege mundata proficiat et ad æternam perveniat tuo munere novitatem. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Pater, gratias tibi ago propter populum qui circumstat; quia audisti me. K. k. k.

Oratio II.

Deus qui licet salutem hominum semper opereris, nunc tamen populum tuum gratia abundantiore lætificas, respice propitius ad electionem nostram: et paternæ protectionis auxilium et regenerandos muniat et renatos. Per Dominum, etc.

Psal. I. Lazarus amicus noster dormit: vadam ut resuscitem eum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Lazarus, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, Domine. Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: ‡ Et salvum me fecit dextera tua.

℣. In quacumque die invocavero te, exaudi me, Domine. Multiplicabis in anima mea virtutem tuam: ‡ Et salvum.

Orat. Fortitudo fidelium, *p. 35.*

Ant. Martha, surget frater.

Psalmi 69 ℣. 4.

Deus, in adjutorium meum intende: * Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur et revereantur omnes * qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum et confundantur * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Gloria Patri, etc.

Ant. Martha, surget frater tuus. Scio, Domine, quia resurget in resurrectione in novissimo die.

Compl. I. Regnum tuum, *p. 171.*

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Exaudi, *p. 35.*

Psall. II. Lazarum de monumento quatriduanum resuscitasti, ut in Trinitate te magnificemus, Domine.

Orat. Os nostrum, *p. 36.*

FERIA II.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. II. Hebdom. I, p. 173, præt. sequent.

Oratio I.

Quæsumus, omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice: ut, te largiente, regatur in corpore; et, te servante, custodiatur in mente. Per Dominum, etc.

Oratio II.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui nostræ infirmitatis conscii de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℣. *in Bapt. et Orat. III, ut sup. p. 174.*

Ant. Deus noster.

Psalmi 45 ℣. 4.

Adjutor in tribulationibus * quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum conturbabitur terra * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt et turbatæ sunt aquæ ejus; * turbati sunt montes a fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei; * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Deus noster, refugiam et virtus.

Psalm. direct. Qui habitat. *p. 67 et reliq., p. 174.*

FERIA III.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. III.

Hebdom. I, p. 175, præt. sequent.

Oratio I.

Nostra tibi, quæsumus, Domine, sint accepta jejunia: quæ nos et expiando gratia tua dignos efficiant et ad remedia perducant æterna. Per Dominum.

Oratio II.

Afflictionem familiæ tuæ, quæsumus, Domine, intende placatus: ut, indulta venia peccatorum, de tuis semper beneficiis glorietur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. et Orat. III, ut sup., p. 175.*

Ant. Psallite Deo.

Psalmi 46 ℣. 4.

Omnes gentes, plaudite manibus, * jubilate Deo in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis, * et Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis * et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nos hæreditatem suam, * speciem Jacob, quam dilexit.

Gloria Patri, etc.

Ant. Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite.

Psalm. direct. Qui habitat., *p. 67 et reliq., p. 176.*

FERIA IV.

Litan., post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, cui nihil est impossibile, nihilque difficile, concede propitius: ut ad omnipotentiæ tuæ beneficia dignæ conversationis provocémur, obsequio. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Convertamur unusquisque a via nostra mala. Quis novit si miserebitur Deus, aut avertat iram suam a nobis, et non pereamus?

Ant. II. Quem deprecemur, qui te mitiget, omnium Domine, nisi ministros tuos, misericors, Michael principem Angelorum, Gabriel nun-

cium Virginis? Angelorum chorus, Justorum animæ, intercedite pro nobis, dicentes: Miserere, Deus, tuæ plasmæ; tuam imaginem ne despicias, Deus.

Ant. III. In te speraverunt patres nostri, Domine; speraverunt, et liberasti eos; ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt et non sunt confusi.

Ant. IV. Media vita in morte sumus. Quem quærimus adjutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte Misericors, Salvator, amaræ morti ne tradas nos.

Ant. V. Anima mea, cessa jam peccare: cogita de subitanea transpositione ad æterna tormenta: ibi enim non suscipitur pœnitentia, nec lucrifaciunt lacrymæ. Dum tempus adest, convertere; clama dicens: Deus, Deus meus, miserere mei.

Ant. VI. Peccavimus Domine: peccatum nostrum contra nos est. Petimus deprecantes te, remitte nobis, Domine; ne simul perdas nos cum peccatis nostris; quoniam tu es Deus pœnitentium.

Ant. VII. Aufer iram tuam a nobis deprecantibus te: non sustinemus iram gloriæ tuæ. Sancto Spiritu tuo tu creasti omnia: quia populi tui sumus et opera manuum tuarum, Domine, libera nos.

Ant. VIII. Peccavimus, peccavimus ante faciem tuam, Deus: cœli, terra, mare testimonium dicunt adversus peccata nostra. Ne festines, Domine, perdere imaginem tuam, quam dilexisti cum Patre super omnia.

Ant. IX. Domine, si inquiras cordis nostri secreta, rea est ante te omnis conscientia; et si respexeris in nobis plasma tuum, cito flecteris, ut Deus, ad misericordiam. Et ideo clamat ad te omnis terra: Peccavimus, peccavimus tibi, dona nobis indulgentiam.

Ant. X. In te, Domine, speramus, non confundamur in æternum; in tua justitia libera nos et eripe nos, ut non pereamus.

Kyrie eleison. Domine miserere. } *ter.*
℣. Christe, lib. nos.
℟. Salvator, lib. nos.
S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Jacobe, interc.
S. Joannes, interc.
S. Philippe, interc.
S. Bartholomæe, interc.
S. Thoma, interc.
S. Matthæe, interc.
S. Jacobe, interc.
S. Simon, interc.
S. Thadæe, interc.
S. Matthia, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S. Luca, interc.
S. Stephane, interc.
S. Thecla, interc.
S. Pelagia, interc.
S. Catharina, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.
℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi, Deus, } *ter.*
℟. Et miserere nobis.
K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Conserva in nobis, quæsumus, Domine, majestatis tuæ consuetudinem miserendi: ut sicut, humanitatem nostram sine merito redemisti, ita redemptionis tuæ opera per nostram non patiaris cassari offensam. Qui vivis, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I Domine, non sumus digni aspicere altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum nostrarum; ne perdas nos in finem cum peccatis nostris.

Ant. II. Domine, si iratus fueris adversum nos, quem adjutorem

quæremus? aut quis miserebitur infirmitatibus nostris? Chananæam et Publicanum vocasti ad pœnitentiam, et Petrum lacrymantem, Domine, suscepisti: et nostram pœnitentiam suscipe, Misericors, et salva nos, Salvator mundi.

Ant. III. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos, Domine: et armis tuæ potentiæ protege nos semper: libera, Deus Israel, clamantes ad te.

Ant. IV. Exaudi, Domine, voces servorum tuorum clamantium ad te et dicentium: Domine miserere nobis.

Ant. V. Peccavimus, Domine, peccavimus; parce peccatis nostris et salva nos: qui gubernasti Noe super undas diluvii, exaudi nos: et Jonam de abysso verbo revocasti, libera nos; qui Petro, dum mergeretur, manum porrexisti, auxiliare nobis, Christe, Fili Dei.

Ant. VI. Erigat nos dextera tua, quos peccatorum pondus *inclinat; et qui ad terram corruimus*, tua, Domine, misericordia sublevemur.

Ant. VII. Domine, inclina aurem tuam et audi: respice de cœlo et vide gemitum nostrum, et de manu mortis, Domine, libera nos.

K., *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 178.*

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. IV. Hebdom. I, p. 178, præt. sequent.

Oratio I.

Exaudi, quæsumus, Domine, gemitum populi supplicantis: ut, qui de meritorum qualitate diffidimus, non judicium, sed misericordiam consequi mereamur. Per Dominum.

Oratio II.

Sanctificato hoc jejunio, Deus, tuorum corda fidelium miserator illustra: et quibus devotionis præstas affectum, præbe supplicantibus pium benignus auditum. Per Dominum, etc.

℟. *a Diac.* I. Discerne, Domine, causam meam de gente non sancta, et ab homine iniquo et doloso libera me; ✝ Quia tu es, Deus, salutaris meus.

℣. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus. Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum, quoniam confitebor illi: ✝ Quia, etc.

℟. II. Dominus mecum est, tamquam bellator fortis: propterea persecuti sunt me et intelligere non potuerunt. Domine, proba renes et corda: ✝ Tibi revelavi causam meam.

℣. Exurge, Domine, intende judicium meum, Deus meus et Dominus meus: ✝ Tibi, etc.

℟. III. Judica causam meam, Domine, defensor meus. Tu nosti cogitationes illorum adversum me: ✝ Defende et judica.

℣. Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo et doloso ✝ Defende et judica.

Orat. III. ℟. in Bapt. Orat. IV., p. 179.

Ant. Et invocabimus.

Psalmi 74 ℣. 4.

Confitebimur tibi, Deus, confitebimur tibi * et invocabimus nomen tuum.

Narrabo omnia mirabilia tua: * cum accepero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra et omnes inhabitantes in ea: * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolite inique agere: * et delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Gloria Patri, etc.

Ant. Et invocabimus nomen tuum, Domine.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67, et reliq., p. 180.*

FERIA V.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Fer. V Hebdom. I, p. 180, præ sequent.

℟. *in choro.* Incline Domine, aurem tuam exaudi me: ✝ Quonia egenus et pauper su ego.

℣. Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te; miserere mihi, Domine: ‡ Quoniam, etc.

Oratio I.

Jejunia, quæsumus, Domine, quæ sacris exequimur institutis: et nos a reatibus nostris semper expediant, et tuam nobis justitiam faciant esse placatam. Per Dominum.

Oratio II.

Esto, quæsumus, Domine, propitius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent respuentes, tuorum potius repleantur dilectionibus mandatorum. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. et Orat., III, p. 181.*

Ant. Vovete.

Psalmi 75 ℣. 4.

Notus in Judæa Deus; * in Israel magnum nomen ejus.

Factus est in pace locus ejus, * et habitatio *ejus in Sion.*

Ibi confregit potestates * arcum, scutum, gladium et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis; turbati sunt omnes insipientes corde: * dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Gloria Patri, etc.

Ant. Vovete et reddite Domino Deo nostro.

Psalm. direct. Qui habitat, *p. 67 et reliq., p. 181.*

FERIA VI.

Litan. post Tert.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et sperantes in tua misericordia, intercedente beata Dei Genitrice Maria cum omnibus Sanctis tuis, cœlesti protege benignus auxilio. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Dei Genitrix, quæ Archangeli gaudi-

Ant. VI. Respice in servos tuos et in opera tua, Domine.

Ant. VII. Exurge, libera nos, Deus, de manu mortis, et ne inferuus rapiat ut leo animas nostras.

Ant. VIII. Ascendant ad te, Domine, preces nostræ; et ad aures misericordiæ tuæ supplicantium vota perveniant.

Ant. IX. Christe, tuis famulis subveni, quos magno pretio redemisti; cœlesti defende protectione, quia pius es.

Ant. X. Miserere nobis, Domine, miserere nobis; quia multum apud te propitiatio est.

Ant. XI. Non est aliud refugium nisi in te sperare, Christe: precibus Sanctorum tuorum libera nos, Domine.

Ant. XII. Ne obliviscaris, Domine, voces famulorum tuorum: intende et libera quos redemisti sanguine tuo.

Ant. XIII. Deus, qui conteris bella, adjutor et protector esto nobis, et confringe inimicos nostros.

Ant. XIV. **Liberati serviamus Domino Deo nostro in sanctitate.**

K., eleis., *sexies.*

℣. Agnus Dei, etc., *p. 178.*

℣. Benedicat et exaudiat nos Deus:

℟. Amen.

℣. Procedamus cum pace:

℟. In nomine Christi.

℣. Benedicamus Domino:

℟. Deo gratias.

AD VESPERAS.

Lucern. Dirigatur oratio, *ut in Fer. VI. Hebdom. I, p. 184.*

Hymn. Audi, benigne, *p. 168.*

℟. *in choro.* Precamur, Domine, ut audias voces servorum tuorum et obliviscaris iniquitates nostras: * Et peccatum nostrum ne recorderis.

℣. Nos quoque oramus, servi Dei Patris tui, ut deleas iniquitatis nostras: * Et peccatum.

Psalm. et Ant., p. 53.

Orat. ut in Fer. VI Hebdom. I, p. 184.

ymboli.
s.
am tu.
enigne,
omine,
salutis
caput
belli.
ne, Do-
io meo
iverunt
on me
In die
audivi-
lus me-
* incli-
ram in
rabolis
ar pro-
tio.
nus et
* et pa-
iverunt
ltata a
gene-
es Do-

mini et virtutes ejus * et mirabilia ejus, quæ fecit.

Et suscitavit testimonium in Jacob, * et legem posuit in Israel:

Quæ mandavit patribus nostris, ut nota facerent ea filiis suis, * ut cognoscat generatio altera.

Filii, qui nascentur, exurgent * et narrabunt ea filiis suis;

Ut ponant in Deo spem suam, et non obliviscantur operum Dei * et mandata ejus exquirant.

Ne fiant sicut patres eorum, genus pravum et peramarum; * genus quod non direxit cor suum, nec est creditus cum Deo spiritus ejus.

Filii Ephraim, intendentes et mittentes arcum, * conversi sunt in die belli,

Non custodierunt testamentum Dei * et in lege ejus noluerunt ambulare,

Et obliti sunt benefactorum ejus * et mirabilium ejus quæ ostendit ejus.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in

terra Ægypti, * in campo Taneos.

Interrupit mare et perduxit eos; * statuit aquas quasi in utre:

Et deduxit eos in nube diei, * et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petram in deserto * et adaquavit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra * et deduxit tamquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei, * et exacerbaverunt Excelsum in siccitate.

Et tentaverunt Deum in cordibus suis * ut peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de Deo et dixerunt: * Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Quia percussit petram, et fluxerunt aquæ, * et torrentes inundaverunt,

Numquid et panem poterit dare, * aut parare mensam populo suo?

Ideo audivit Dominus *et* distulit; et ignis accensus est in Jacob, * et ira ascendit in Israel;

Quia non crediderunt in Deum * nec speraverunt in Salutare ejus.

Et mandavit nubibus desuper, et januas cœli aperuit, * et pluit illis manna, ut manducarent.

Panem cœli dedit eis * panem Angelorum manducavit homo.

Frumentationem misit eis in abundantia, et excitavit Austrum de cœlo, * et induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes, * et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum * circa tabernacula eorum.

Et manducaverunt et saturati sunt nimis, * et desiderium eorum attulit eis.

Non sunt fraudati a desiderio suo: * adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, et ira Dei ascendit in eos.

Et occidit plurimos eorum, * et electos Israel impedivit.

In omnibus his peccaverunt adhuc * et non

crediderunt in mirabilibus ejus.

Et defecerunt in vanitates dies eorum, * et anni eorum cum festinantia.

Cum occideret eos, tunc quærebant eum; * et convertebantur ante lucem et veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia Deus adjutor eorum est, et Deus excelsus liberator eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo, * et lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo, * nec fides habita est illis in testamento ejus.

Ipse autem est misericors et pius, et propitius fiet peccatis eorum* et non disperdet.

Et abundavit ut averteret iram suam, * et non accendit omnem iram suam.

Et rememoratus est quia caro sunt, * spiritus vadens et non rediens.

Quoties exacerbaverunt eum in deserto? * in iram concitaverunt eum in terra sine aqua?

Et conversi sunt et tentaverunt Deum * et Sanctum Israel exacerbaverunt.

Non sunt rememorati manus ejus * qua die liberavit eos de manu tribulantium.

Sicut posuit in Ægypto signa sua * et prodigia sua in campo Taneos.

Et convertit in sanguinem flumina eorum * et pluviales aquas eorum ne biberent.

Immisit in eos muscam caninam, et comedit eos; * et ranam, et exterminavit eos.

Et dedit ærugini fructus eorum, * et labores eorum lucustæ.

Et occidit in grandine vineas eorum, * et moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini jumenta eorum, * et possessiones eorum in ignem.

Immisit in eos iram indignationis suæ; * indignationem, iram et tribulationes, immissiones per angelos malos.

Viam fecit semitæ iræ suæ, et non pepercit a morte animabus eorum, * et jumenta eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, * primitias omnis laboris ipsorum in tabernaculis Cham.

Et abstulit sicut oves populum suum, * et perduxit eos tamquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe, et non timuerunt; * et inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, * montem hunc quem acquisivit dextera ejus.

Et ejecit a facie eorum gentes, * et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum * Tribus Israel.

Et tentaverunt et exacerbaverunt Deum excelsum, * et testimonia ejus non custodierunt.

Et averterunt se et non observaverunt pactum, * quemadmodum patres eorum.

Et conversi sunt in arcum perversum; in iram concitaverunt eum in collibus suis, * et in sculptilibus suis æmulati sunt eum.

Et audivit Deus et sprevit, * et ad nihilum redegit nimis Israel.

Et repulit tabernaculum Silo, * tabernaculum in quo habitavit inter homines.

Et tradidit in captivitatem virtutes eorum, * et pulchritudines eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum, * et hæreditatem suam sprevit.

Juvenes eorum comedit ignis, * et virgines eorum non sunt lamentatæ.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, * et viduæ eorum non ploraverunt.

Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, * tamquam potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos in posteriora, * opprobrium sempiternum dedit eis.

Et repulit tabernaculum Joseph, et Tribum Ephraim non elegit; * sed elegit Tribum Juda,

Montem Sion, quem dilexit; et ædificavit sicut unicornium sanctificationem suam in terra * quam fundavit in sæcula.

Et elegit David servum suum, et sustulit eum de gregibus ovium, * et de post fœtantes accepit eum.

Pascere Jacob servum suum, * et Israel hæreditatem suam.

Et pavit eos sine malitia cordis sui, * et in sensu manuum suarum deduxit eos.

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam reformator, propitiare populis adoptivis, et novo Testamento sobolem novæ prolis adscribe: ut filii promissionis, quod non potuerunt assequi per naturam, gaudeant se recepisse per gratiam. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Pater, gratias tibi ago propter populum qui circumstat; quia audisti me. K. k. k.

Oratio II.

Da nobis observantiam, Domine, legitima devotione perfectam: ut, cum refrænatione, carnalis alimoniæ, sancta tibi conversatione placeamus. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt., Orat. III.*

Psalmell., et reliq., p. 63.

DOMINICA Olivarum.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis,

non sunt abscondita a filiis eorum in generatione altera.

Hymnus.

Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium,
Qua Vita mortem pertulit,
Et morte vitam reddidit.
Figunt cruenti Numinis
Clavi manus, vestigia;
Redemptionis gratia
Hic immolatur hostia.
Post vulneratus impiæ
Mucrone diro lanceæ;
Ut nos lavaret crimine,
Manavit unda et sanguine.
Impleta sunt quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.
Arbor decora et fulgida
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata, cujus brachiis
Salus pependit sæculi:
Statera facta est corporis,
Tulitque prædam Tartari.
O Crux, ave, spes unica,
Hoc Passionis tempore,
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.
Te, summa cœli Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quos per Crucis mysterium
Salvas, tuere jugiter.
Amen.

℟. *in choro.* Exaudi me, Domine, in tua justitia: * Et non intres in judicium cum servo tuo.

℣. Eripe me de inimicis meis, Deus meus, quia ad te confugi; doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus: * Et non intres, etc.

Ant. De inimicis meis.

Psalmus 58.

Eripe me de inimicis meis, Deus, * et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem, * et e viris sanguinum libera me.

Quia ecce captaverunt animam meam, * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: * sine iniquitate cucurri et direxi.

Exurge in occursum mihi et vide: * et tu, Domine Deus virtutum, Deus Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: * non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Convertentur ad vesperum, et famem patientur ut canes, * et circuibunt civitatem.

Ecce ipsi loquentur ore suo, et gladius in labiis eorum: * quoniam quis audivit?

Et tu, Domine, deridebis eos, * et pro nihilo habebis omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia, Deus, susceptor meus es: * Deus meus, misericordia ejus præveniet me.

Deus meus, ostende me inter inimicos meos * et ne occideris eos; * nequando obliviscantur legis tuæ.

Disperge illos in virtute tua, * et destrue eos, protector meus Domine.

Delicta oris eorum, sermones labiorum ipsorum, * et comprehendantur in superbia sua, et de execratione et mendacio compellentur.

In consummatione, in ira consummationis, et non erunt: * et scient quia Deus dominatur Jacob et finium terræ.

Convertentur ad vesperum, et famem patientur ut canes, * et circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum; * si vero non saturabuntur, et murmurabunt.

Ego autem cantabo virtutem tuam, * et exaltabo mane misericordiam tuam:

Quia factus es susceptor meus et refugium meum * in die tribulationis meæ.

Adjutor meus, tibi

psallam, quia tu Deus, susceptor meus es; * Deus meus, misericordia mea.

Psalm. Ecce nunc, *et*

Psalm. Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. De inimicis meis, Deus, eripe me: ab insurgentibus in me libera me, Domine. K. k. k.

Oratio I.

Populum tuum, quæsumus, Domine, ad te toto corde converte: quia, quos defendis etiam delinquentes, majori pietate tueris sincera mente devotos. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Mittens hæc mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. K. k. k.

Oratio II.

Ascendant ad te, Domine, supplicum preces: ut, qui diu pro nostris offensionibus castigati sumus, miserationis tuæ veniam sentiamus. Per Dominum, etc.

Psall. I. Obstrue, Domine, os loquentium iniquitatem; quia in vanum quærunt animam meam.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Obstrue, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Custodi me, Domine, de manu peccatoris, et ab hominibus iniquis libera me, ‡ Qui cogitaverunt supplantare gressus meos.

℣. Exaudi, Domine, vocem orationis meæ; quia acuerunt ut gladium linguas suas. Venenum aspidum sub labiis eorum; ‡ Qui, etc.

Oratio III.

Tueatur, quæsumus, Domine, dextera tua populum supplicantem, et purificatum dignanter erudiat: ut consolatione præsenti ad futura bona proficiat. Per Dominum, etc.

Ant. Ab insurgentibus.

Psalmi 58 ℣. 4.

Eripe me de inimicis meis, Deus, * et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem,* et de viris sanguinum libera me.

Quia ecce captaverunt animam meam, * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: * sine iniquitate cucurri et direxi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Ab insurgentibus in me libera me, Domine.

Compl. I. Regnum tuum, *p. 171.*

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Da nobis, quæsumus, Domine, tua digne semper tractare mysteria: ut miserationibus tuis congruo tibi respondeamus obsequio, et fiducialius impetranda poscamus. Per Dominum.

Psall. II. Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? Multi insurgunt adversum me: exurge, salva me, Deus meus.

Orat. *Os nostrum*, *p. 36.*

FERIA II

in Hebdom. Authentica.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Isa. 50.

Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus, faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus in me.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ne perdas cum impiis, Deus.

Iter. Ne perdas cum impiis, Deus, * Animam meam.

℣. Et cum viris sanguinum vitam meam.

℟. Animam meam.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ne perdas cum impiis, Deus, * Animam meam.

Cap. Eripe me de inimicis meis, Deus meus: * Et ab insurgentibus in me libera me. Laus tibi, Domine. K. k. k.

Preces, p. 16.

Oratio.

Da, quæsumus, omnipotens Deus : ut, qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente pro nobis unigeniti Filii tui Passione, respiremus. Qui tecum vivit.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Jer. 11.

Domine, demonstrasti mihi, et cognovi; tunc ostendisti mihi studia eorum: et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Eripe me de inimicis meis.

Iter. Eripe me de inimicis meis, * Deus meus.

℣. Et ab insurgentibus in me.

℟. Deus meus.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Eripe me de inimicis meis, * Deus meus.

Cap. Custodi me, Domine, de manu peccatoris, * Et a viro iniquo *libera me.* Laus tibi, Do*mine.* K. k. k.

Preces, p. 21, Orat. Da, quæsumus, *ut sup.*

AD NONAM.

Epistolella.

Jer. 11.

Tu autem, Domine Sabaoth, qui judicas juste et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis: tibi enim revelavi causam meam.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Custodi me, Domine.

Iter. Custodi me, Domine, * De manu peccatoris.

℣. Et a viro iniquo libera me.

℟. De manu, etc.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Custodi me, Domine, * De manu peccatoris.

Cap. Eripe me, Domine, de persequentibus me; * Quoniam prævaluerunt super me. Laus tibi, Domine. K. k. k.

Preces, p. 26, sed cum Psalm. Miserere. *Orat. de Vesp. ut infra.*

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, p. 96.

Hymn. Vexilla Regis, *p. 230.*

℟. *in choro.* Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris: * Cutis mea aruit et contracta est. Memento, Domine, quia ventus est vita mea.

℣. Quoniam non revertetur oculus meus ut videat bona, nec aspiciet me visus hominis: * Cutis mea, etc.

Ant. Apprehende.

Psalm. 34. Judica, Domine, *ut infra in princip. Noct. III Defunct. In fine hujus Psalm. statim dicit.* Gloria Patri, etc., *sine Psalm.* Ecce nunc, *et* Laudate.

Ant. Apprehende arma et scutum, et exurge in adjutorium mihi. K. k. k.

Idipsum servat. in duab. Fer. prox. sequent.

Oratio I.

Adjuva nos, Deus salutaris noster: et ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per Dominum.

℣. *Dominus vobiscum. Kyrie eleis., duodecies.*

℣. Benedicat, *et reliq. de Vesp.*

Idipsum servat. in duab. Fer. prox. sequent.

In Hebdom. Authent. non dicit. Off. Defunct.

FERIA III.

In Hebdom. Authentica.

Ad Horas epistol., et ℟. *ut in Fer. II.*

Ad Tert. et Sext. dicit. sequens

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis ita Dominicæ Passionis sacramenta peragere: ut indulgentiam delictorum percipere mereamur. Per eumdem Dominum.

Ad Non. vero dicit. Orat. de Vesp., ut infra.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, *p. 36.*

Hymn. Vexilla Regis, *p. 230.*

℟. *in choro.* Paucitas dierum meorum finitur brevi: relaxa ergo mihi, Domine, * Plangam pau-

lulum dolorem meum, antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine.

℣. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te perveniat. ⁑ Plangam, etc.

Ant. Ab insurgentibus.

Psalmus 17.

Diligam te, Domine, virtus mea: * Dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus.

Deus meus, adjutor meus * et sperabo in eum.

Protector meus, et cornu salutis meæ * et susceptor meus.

Laudans invocabo Dominum: * et ab inimicis meis salvus ero.

Circumdederunt me gemitus mortis, * et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Dolores inferni circumdederunt me, * prævenerunt me laquei mortis.

Et, cum tribularer, invocavi Dominum * et ad Deum meum clamavi.

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam: * et clamor meus in conspectu ejus, introivit in aures ejus.

Commota est et contremuit terra; fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt; * quoniam iratus est eis Deus.

Ascendit fumus in ira ejus, * et ignis a facie ejus exardescit;

Carbones succensi sunt ab eo: et inclinavit cœlos et descendit: * et caligo sub pedibus ejus.

Et ascendit super Cherubim et volavit; * volavit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum: * in circuitu ejus tabernaculum ejus.

Tenebrosa aqua in nubibus aeris; * præ fulgore in conspectu nubes ejus transierunt.

Grando et carbones ignis; et intonuit de cœlo Dominus, * et Altissimus dedit vocem suam.

Misit sagittas suas et dissipavit eos; * fulgura multiplicavit et conturbavit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, * et revelata sunt fundamenta orbis terræ:

Ab increpatione tua, Domine, * ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Misit de summo et accepit me, * et assumpsit me de multitudine aquarum.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab his qui oderunt me; * quia confortati sunt super me.

Prævenerunt me in die afflictionis meæ: * et factus est Dominus protector meus.

Et produxit me in latitudinem; * liberavit me, quoniam voluit me.

Et retribuit mihi Dominus secundum justitiam meam, * et secundum innocentiam manuum mearum retribuet mihi:

Quoniam custodivi vias Domini, * nec impie gessi a Deo meo:

Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo sunt semper, * et justitias *ejus non repuli me.*

Et ero immaculatus cum eo, * et observabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam * et secundum innocentiam manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Cum justo justus eris, et cum viro innocente innocens eris; * et cum electo electus eris, et cum perverso subvertéris.

Quoniam tu populum humilem salvum facies, * et oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: * Deus meus, illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a tentatione, * et in Deo meo transgrediar murum.

Deus meus, impolluta via ejus; eloquia Domini igne examinata: * protector est omnium sperantium in eum.

Quoniam quis Deus, præter Dominum? * aut quis Deus, præter Deum nostrum?

Deus, qui præcinxit

me virtute * et posuit immaculatam viam meam;

Qui perficit pedes meos tamquam cervi, * et super excelsa statuit me.

Qui docet manus meas ad prælium, * et posuisti ut arcum æreum brachia mea;

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, et dextera tua suscepit me; * et disciplina tua stabilivit me in finem, et disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me; * et non sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos et comprehendam illos, * et non convertar donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt stare; * cadent subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum, supplantasti omnes insurgentes in me subtus me, * et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti.

Clamaverunt, nec erat *qui salvaret;* * ad Dominum, nec exaudivit eos.

Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti; * ut lutum platearum delebo eos.

Eripies me de contradictionibus populi, * constitues me in caput gentium.

Populus quem non cognovi servivit mihi; * obauditu auris obedivit mihi.

Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveteraverunt * et claudicaverunt a semitis suis.

Vivit Dominus, et benedictus Deus meus; * et exaltetur Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindictam mihi, * et subdidisti populos sub me:

Liberator meus de gentibus iracundis: et ab insurgentibus in me exaltabis me, * a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, * et nomini tuo psallam.

Magnificans salutare regis ipsius et faciens misericordiam Christo suo David * et semini ejus usque in æternum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo libera me, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Tua nos misericordia, Deus, et ab omni subreptione vetustatis expurget et capaces sanctæ novitatis efficiat. Per Dominum, etc.

℟. Dominus vobiscum. Kyrie eleison, *duodecies.*

℣. Benedicat. *et reliq. de Vesp.*

FERIA IV.

In Hebdom. Authentica.

Ad Horas Epistol., et ℟. *br. ut in Fer. II.*

Ad Tert. et Sext. dicit. sequens

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui nostris excessibus incessanter affligimur, per unigeniti Filii tui Passionem liberemur. Qui tecum, etc.

Ad Non., Orat. de Vesp. ut infra.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, *p. 36.*

Hymn. Vexilla Regis, *p. 230.*

℟. *in choro.* Desiderium meum, Omnipotens, audi, ‡ Et tribue mihi auditorem, qui æquitatem proponat contra me, ut perveniat ad victoriam judicium meum.

℣. Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina: ‡ Et tribue mihi.

Ant. Deus, ne elonges.

Psalmus 70.

Deus, in te speravi, * non confundar in æternum.

In tua justitia * libera me et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam * et salva me.

Esto mihi in Deum protectorem et in locum munitum, * ut salvum me facias.

Quoniam firmamen-

tum meum et refugium meum es tu: Deus meus, libera me de manu peccatoris * et de manu contra legem agentis et iniqui;

Quoniam tu es patientia mea, Domine: * Domine, spes mea a juventute mea.

In te confirmatus sum ex utero; * de ventre matris meæ tu es meus protector.

In te decantatio mea semper: tamquam prodigium factus sum multis; * et tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude tua, * ut possim cantare gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam.

Ne projicias me in tempore senectutis; cum defecerit virtus mea: * Deus ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi; * et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum,

Dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite *eum, * quia non est qui eripiat eum.*

Deus, ne elonges a me; * Deus meus, in auxilium meum respice.

Confundantur et deficiant detrahentes animæ meæ; * operiantur confusione et pudore qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper in te sperabo * et adjiciam super omnem laudem tuam.

Os meum pronunciabit justitiam tuam, * tota die salutem tuam.

Quia non cognovi negotiationem: * introibo in potentias Domini.

Domine, memorabor justitiæ tuæ solius: * Deus, qui docuisti me a juventute mea.

Et usque nunc pronunciabo mirabilia tua: * et usque in senectam et senium, Deus, ne derelinquas me.

Donec annunciem brachium tuum generationi venturæ, * potentiam tuam et justitiam tuam.

Deus, usque in excelsis quæ fecisti magnalia? * Deus, quis similis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas

et malas! * et conversus vivificasti me, et de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Multiplicasti justitiam tuam super me et conversus exhortatus es me, * et de abyssis terræ iterum reduxisti me.

Et ego confitebor tibi in populis, Domine, * et in vasis psalmorum veritatem tuam, Deus.

Psallam tibi in cithara, Sanctus, Israel: exultabunt labia mea cum cantavero tibi, * et anima mea quam redemisti.

Insuper et lingua mea meditabitur justitiam tuam, * cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Deus, ne elonges a me: Deus meus, in auxilium meum respice.

K. eleis.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

..., qui pro nobis ... tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: ut Resurrectionis ejus gratiam consequamur. Per eumdem Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. eleis., *duodec.* ℣. Benedicat *et reliq. de Vesp.*

FERIA V

in Cœna Domini.

Ad Horas. Epistol., ℟. *br. ut in Fer. II. Ad Tert. dicit. sequens*

Oratio.

Deus a quo et Judas reatus sui pœnam, et confessionis suæ Latro præmium sumpsit, concede nobis tuæ propitiationis effectum: ut, sicut in Passione sua Jesus Christus Dominus noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum, ita nobis, ablato vetustatis errore, Resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum vivit, etc.

Ad Sext. et Non. Orat. duæ ult. de Vesp.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Hymnum canamus supplices,
Laudes Deo cum cantico,
Nostrum genus qui noxium
Suo redemit sanguine.
Caligo noctem duxerat,
Noctem cruentam crimine:
Cum venit ad cœnam ferus
Christi sacratam proditor.
Jesus futura nunciat
Apostolis cœnantibus;
Morti Magistrum perfidus
Conviva tradet cœlicum
Judas, pudoris immemor,
Christi genis dat osculum;
Pium sed Agnus innocens
Negare nescit osculum.
Tunc vilis argenti nitor
Lucem pependit sæculi;
Mercator axis pessimus
Solem tenebris vendidit.
Præses Pilatus inscium
Jesum fatetur criminis,
Undáque palmas abluens,
Plebis furori tradidit.
At turba sævi perdita
Vitam latronis præferens
Damnat supernum Judicem,
Crucique Regem déstinat.
Vinclis Barabbas solvitur,
Quem culpa morti addixerat;
Et Vita mundi cæditur,
Per quam resurgunt mortui.
Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℟. *in choro.* Omnes vos scandalum patiemini in me hac nocte, dicit Dominus. Scriptum est enim: ‡ Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.

℣. Sic? non potuistis una hora vigilare, qui exhortabamini mori mecum? Vel Judam videte quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judæis. Surgite, eamus; appropinquavit enim hora, sicut scriptum est: ‡ Percutiam pastorem.

Ant. Illi patrifamilias.

Psalmus 69.

Deus, in adjutorium meum intende: * Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur et revereantur omnes * qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum et confundantur * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et lætentur in te omnes qui quærunt te, Domine, * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus et pauper sum; * Deus, *adjuva me.*

*Adjutor meus et liberator meus es tu: * Domine, ne tardaveris.*

Psalm. Ecce nunc *et* Laudate Dominum, *p.68.*

Ant. Illi patrifamilias euntes dicite: Magister dicit: Apud te facio Pascha cum discipulis meis. K. k. k.

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: sic nos ab epulis abstinere carnalibus, ut a vitiis irruentibus pariter jejunemus. Per Dominum.

Oratio II.

Parce nobis, omnipotens Deus: ne nos, sicut meremur, affligas, sed ad bonum potius tua pietate convertas. Per Dominum.

Oratio III.

Concede credentibus nobis, misericors Deus, salvum de Christi Passione remedium: ut humanæ fragilitatis præteritæ culpæ laqueos,

æternæ suffragio pietatis absolvas. Per eumdem.

Oratio IV.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vitam humani generis, pro nobis Filio tuo moriente, salvasti, præsta, quæsumus: ut in hac populi tui devotione fructus proveniat gaudiorum. Per eumdem.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k.

℣. Benedicat, etc.

FERIA VI

in Parasceve.

AD TERTIAM.

Hymn. Jam surgit hora tertia, *p. 11.*

Epistol. ℟. *br. ut supra in Fer. II, p. 233.*

Oratio.

Respice, quæsumus, Domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentum *et crucis subire* tormen*tum. Qui tecum.*

Ad Sext. et ad alias Horas, usq. ad Non. Sabb. Sancti inclusive, non dicit. Deus, in adjutorium, *nec* Gloria Patri, *nec* Gloria tibi, Domine, *neq.* Præsta Pater, *neq.* Laus tibi, Domine, *neq.* K. eleis., *neq.* Dominus vobiscum *sed, loco* Deus, in adjutorium *et loco* Dominus vobiscum, *semp. dicit.* Benedictus Dominus, qui vivit, *ut infra.*

AD SEXTAM.

Benedictus Dominus, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Hymn. Rector potens, *absq.* Præsta Pater.

Psalm. ut in Ordinario, absq. Gloria. *Epist. ut in Fer. II.*

℟. *br.* Eripe me de inimicis meis.

It. Eripe me de inimicis meis, * Deus meus.

℣. Ab insurgentibus in me,

℟. Deus meus.

℣. Eripe me de inimicis meis.

℟. Deus meus.

Cap. ut in Fer II. Preces ut in Ordinario.
℣. Benedictus Dominus, etc.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens et misericors Deus: ut sicut in condemnatione Filii tui salus omnium fuit piaculum perfidorum, ita per misericordiam tuam communis sit cultus iste credentium. Per eumdem.
℣. Benedictus Dominus, etc.
℣. Benedicamus Domino.

AD NONAM.

℣. Benedictus Dominus, etc.
Hymn. Rerum Deus.
℣. Præsta, Pater
Psalm. ut in Ordinario
℣. Gloria *Epistol. ut Fer. II.*
br. Custodi me Domine.
Custodi me Domine. De manu peccatoris.
Et a viro iniquo libera me.
℟. De manu peccatoris.
℣. Custodi me, Domine.
℟. De manu peccatoris.
Cap. ut in Fer. II. Preces ut in Ordinario. Orat. Largire *de Vesp. infra.*

AD VESPERAS.

℣. Benedictus Dominus, etc.
Hymn. Hymnum canamus, *p. 242, sine,* Patri simulque Filio.
℣. Benedictus Dominus, etc.
℟. *in choro.* Animæ impiorum fremebant adversum me, et gravatum est super eos cor meum, pro eo quod statuerunt pretium meum, ✠ Triginta argenteos, quo appretiatus sum ab eis.
℣. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem; ✠ Triginta.
℣. Benedictus Dominus, etc.
Ant. Diviserunt sibi.

Psalmus 21.

Deus, Deus meus, respice in me: * quare me dereliquisti?

Longe a salute mea * verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem ad te, nec exaudies; * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, laus Israel; in te speraverunt patres nostri: * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt et salvi facti sunt; * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis et non homo, * opprobrium hominum et abjectio plebis.

Omnes qui conspiciebant me, aspernabantur me; * locuti sunt labiis et moverunt caput.

Speravit in Domino: eripiat eum; * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui abstraxisti me de ventre: * spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex utero; * de ventre matris meæ Deus meus *es tu.*

Ne discedas **a me, quoniam tribulatio proxima est; * quoniam non est** qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi; * **tauri pingues obsederunt me.**

Aperuerunt in me os suum, sicut leo **rapiens** et **rugiens; * sicut aqua** effusa sunt et **dispersa** sunt omnia **ossa mea.**

Factum est **cor meum** tanquam cera **liquescens** * in medio **ventris mei.**

Exaruit **tamquam testa** virtus mea, **et lingua** mea adhæsit faucibus meis, * et in **pulverem** mortis deduxisti me;

Quoniam **circumdederunt** me canes **multi; *** concilium **malignantium** obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos, * **dinumeraverunt** omnia **ossa** mea.

Ipsi vero **consideraverunt** et conspexerunt **me**, diviserunt sibi **vestimenta** mea* et super **vestem** meam miserunt **sortem.**

Tu autem, **Domine,** ne elongaveris **auxilium** tuum a me; * **ad defensionem** meam **inspice.**

Eripe a framea ani-

mam meam, * et de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis; * in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum; * universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel; * quoniam non sprevit, neque despexit deprecationes pauperum,

Neque avertit faciem suam a me, * et cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mihi in ecclesia magna; * vota mea Domino reddam in conspectu timentium eum.

Manducabunt pauperes et saturabuntur, * et laudabunt Dominum, qui requirunt eum.

Vivent corda eorum in sæculum sæculi; * reminiscentur et convertentur ad Dominum universi *fines terræ.*

Et adorabunt in conspectu ejus omnes patriæ gentium, quoniam Domini est regnum; * et ipse dominabitur gentium.

Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terræ; * in conspectu ejus procident omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet * et semen meum serviet ipsi.

Et annunciabitur Domino generatio ventura: * et annunciabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate Dominum: *sine* Gloria Patri, *p. 68.*

Ant. Diviserunt sibi vestimenta mea; et super vestem meam miserunt sortem.

℣. Benedictus Dominus.

Oratio.

Largire sensibus nostris, summe Reparator omnipotens Deus: ut temporalem Filii tui mortem, per opera san-

cta, vitam perpetuam esse credamus. Qui tecum, etc.

℣. Benedictus Dominus.

℟. *a Diac.* I. Eram quasi agnus innocens: ductus sum ad immolandum et nesciebam. Consilium fecerunt inimici mei adversum me, dicentes: * Venite, mittamus lignum in panem ejus et conteramus eum de terra viventium.

℣. Exurge, Domine, præveni eos et subverte illos qui cogitaverunt adversum me, dicentes: * Venite.

℟. II. Jerusalem, luge et exue te vestibus jucunditatis, induere cinere cum cilicio; * Quia in te est occisus Salvator Israel.

℣. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum; * Quia.

℟. III. Velum templi scissum est, et omnis terra tremuit. Latro de cruce clamabat dicens: * Memento méi, Domine, *dum veneris in regnum tuum.*

℣. *Miserere mei, Deus,* miserere mei, quoniam in te confidit anima mea: * Memento mei.

℣. Benedictus Dominus.

℣. Benedicat et exaudiat nos Deus:

℟. Amen.

℣. Procedamus cum pace:

℟. In nomine Christi.

℣. Benedicamus Domino:

℟. Deo gratias.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos, Deus salutaris noster, etc.

℣. Benedictus Dominus, qui vivit, etc.

Hymn. Lux alma, Christe, mentium, *p. 65, absq.* Deo Patri.

Psalmi de Compl. absq. Gloria Patri.

Hymn. Te lucis ante terminum, *absq.* Præsta, Pater, *Epistol. et* ℟. *br. ut in Ordinario Compl., sine* Gloria Patri, *sine* Laus tibi, etc., *et sine* ℣. Dominus vobiscum, *cujus loco ante et post Orat. dicit*: ℣. Benedictus Dominus, qui vivit, etc.

Non dicit. Ant. Salve, Regina.

SABBATO SANCTO.

AD PRIMAM.

℣. Benedictus Dominus, qui vivit, etc.

Hymn. Jam, lucis orto sidere, *sine* Deo Patri. *p. 1.*

Psalm. ut in Ordinario absq. Gloria Patri.

AD TERTIAM.

℣. Benedictus Dominus qui vivit, etc.

Hymn. Nunc, Sancte nobis Spiritus, *absq.* Præsta. Pater piissime, *p. 12.*

Psalm. ut in Ordinario absq. Gloria.

Epistolella.

Is. 53.

Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit; et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum a Deo et humiliatum.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Sanctum nomen Domini.

Iter. Sanctum nomen Domini, * In cruce exaltatum est.

℣. Confessio ejus super cœlum et terram.

℟. In cruce exaltatum est.

Iter. Sanctum nomen Domini.

℟. In cruce exaltatum est.

Cap. Velum templi scissum est. * Et omnis terra tremuit: Sanctorum dormientium resurrexerunt corpora.

Preces, p. 16.

Oratio.

Reminiscere miserationum tuarum, Domine: et famulos tuos æterna protectione sanctifica, pro quibus Jesus Christus Filius tuus per suum cruorem nobis instituit paschale mysterium. Qui tecum, etc.

℣. Benedictus Dominus qui vivit, etc.

℣. Benedicamus Domino.

Quo ordine dicunt etiam Sext. et Non.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Is. 53.

Vulneratus est propter peccata nostra, afflictus

est propter scelera nostra; sicut ovis ad occisionem ductus est.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Inclinato capite, Jesus.

Iter. Inclinato capite, Jesus * Reddidit spiritum.

℣. Et terra tremuit.

℟. Reddidit spiritum.

Iter. Inclinato capite, Jesus.

℟. Reddidit spiritum.

Cap. Posuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: * Jesus Nazarenus, Rex Judæorum.

Preces, p. 21.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Christi tui beata Passione nos reparas, conserva in nobis opera misericordiæ tuæ: ut, hujus celebritate mysterii, perpetua devotione vivamus. Per eumdem, etc.

AD NONAM.

Epistolella.

Is. 53.

Cum iniquis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit et pro transgressoribus rogavit.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Cum accepisset acetum.

Iter. Cum accepisset acetum, * Dixit: Consummatum est.

℣. Et inclinato capite, reddidit spiritum.

℟. Dixit: Consummatum est.

Iter. Cum accepisset acetum.

℟. Dixit: Consummatum est.

Cap. Exurge, quare obdormis, Domine? * Exurge et ne repellas nos usque in finem.

Preces, p. 26 cum Psalm. Miserere, *sine* Gloria Patri.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vitam humani generis, pro nobis Filio tuo moriente, salvasti, præsta, quæsumus: ut in hac populi tui devotione fructus proveniat gaudiorum. Per eumdem.

Hod. ad Vesp. incipit Off. ritu æstivo, et deinceps usq. ad Dom. I Octobr.

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. Hallelujah.
℣. Dominus illuminatio mea. * Et salus mea: Quem timebo?
Iter. Hallelujah.
℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Hic est dies verus Dei,
Sancto serenus lumine,
Quo diluit Sanguis sacer
Probrosa mundi crimina.
Fidem refundens perditis,
Cæcosque visu illuminans,
Quem non gravi solvit metu
Latronis absolutio?
Qui, premium mutans cruce,
Jesum brevi quæsiit fide,
Justosque prævio gradu
Prævenit in regnum Dei.
Opus stupent et Angeli,
Pœnam videntes corporis,
Christoque adhærentem reum,
Vitam beatam carpere.
Mysterium mirabile!
Ut abluat mundi luem,
Peccata tollat omnium,
Carnis vitia mundans caro.
Quid hoc potest sublimius
Ut culpa quærat gratiam?
Metumque solvat charitas,
Reddatque mors vitam novam?
Hamum sibi mors devoret,
Suisque se nodis liget:
Moriatur vita omnium,
Resurgat vita hominum.
Cum mors per omnes transeat,
Omnes resurgant mortui:
Consumpta mors ictu suo

Perisse se solam gemat.
Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et Almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

℟. *in choro*. Hall. hall. hall. hall.

℣. Omnis terra adoret te et psallat tibi. ‡ Hall.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Hallelujah.

Cant. Magnif., *p. 34*.

Ant. Hall. hall. hall. hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Perveniant ad te, Domine, supplicum preces: ut quibus tuam clementiam nosse tribuisti, hanc eis facias jugiter non deesse. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 36*.

Ad Complet. initio dicit. Hymn. Te lucis, *p. 65; deinde, omissis precib. recitat. in fine Ant. B. V. M.* Regina cœli, lætare, *p. 73*.

Non flectunt genua toto temp. Pasch.

Ad Horas Epistol. ℟. br., Cap. et Orat. sequent. usq. ad Pentec. exclusive (nisi fiat de Sanctis), exceptis dieb. Invent. S. Crucis, Ascens. et Litaniar. Trid.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Rom. 6.

Fratres. Christus, resurgens a mortuis jam non moritur: mors illi ultra non dominabitur.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Resurrexit tamquam dormiens Dominus.

Iter. Resurrexit, etc. * Hall., hall.

℣. Tamquam potens crapulatus a vino.

℟. Hall., hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Resurrexit, etc. * Hallelujah, hallelujah.

Cap. Cito euntes, dicite discipulis ejus: * quia surrexit Dominus. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. toto temp. Pasch.

a, misericors Deus: ut
n Resurrectione Domini
nostri Jesu Christi percipiamus
veraciter portionem. Per eumdem.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Fratres. Rom. 14. In hoc Christus mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Noli flere, Maria.

Iter. Noli flere, Maria. * Hall., hall.

℣. Resurrexit Dominus.

℟. Hall., hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Noli flere, Maria. * Hall., hall.

Cap. Maria, noli me angere: * Nondum enim scendi ad Patrem mem. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. toto Temp. Pasch.

Paschalia nobis, Domine, gaudia, quæsumus, ituræ salutis æternitate nfirma. Per Dominum.

AD NONAM.

Epistolella.

Fratres. Col. 3. Cum Christus apparuerit, vita nostra; tunc et vos apparebitis cum illo in gloria.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Resurrexit Dominus vere.

Iter. Resurrexit, etc. * Hall., hall.

℣. Et apparuit Petro.

℟. Hall., hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Resurrexit, etc. * Hall., hall.

Cap. Undecim discipuli in Galilæa, * Videntes Dominum, adoraverunt. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. toto Temp. Pasch.

Deus, qui nos fecisti Paschalia festa celebrare: fac nos, quæsumus, in cœlesti regno gaudere. Per Dominum, etc.

AD VESPERAS.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Hallelujah.

℣. Dominus illumina-

tio mea, et salus mea. Quem timebo?

Iter. Hallelujah.

℣. Dominus vobiscum.

Ant in choro. Crediderunt in verbis ejus, hallel., et cantaverunt laudes ejus. Hall.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Hic est dies verus Dei, *p. 251.*

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Resurrexit tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino. ‡ Hall. hall.

℣. Pascere Jacob populum suum, et Israel hæreditatem suam. ‡ Hall.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. In exitu Israel de Ægypto: domus Jacob de populo barbaro.

Psalm. ipse. Facta est Judæa, *p. 33.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate Dominum, *p. 68.*

In fine Hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum devicta morte reserasti, erige ad te fidelium corda: ut, a terrenis cupiditatibus liberati, ad cœlestia desideria transeamus. Per eumdem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Scio quod Iesum quæritis.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Scio quod Jesum quæritis crucifixum: surrexit. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Da, misericors Deus: ut in resurrectione Domini nostri Jesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per eumdem.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. 1. Cito euntes, dicite Discipulis ejus, quia surrexit Dominus. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Cito euntes, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. cum Infant.* Hall.

℣. Venite, exultemus in Domino, jubilemus Deo salutari nostro. Hall.

Oratio III.

Deus, qui credentes in te fonte Baptismatis innovasti, hanc renatis in Christo concede custodiam: ut nullo erroris incursu gratiam tuæ benedictionis amittant. Per eumdem, etc.

Ant. Beati quorum remissæ sunt iniquitates.

Psalmi 31 ℣. 4.

Et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in ore ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte * gravata est super me manus tua.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. I. Regnum tuum, *p. 35.*

Compl. II. Benedictus es, *p. 35.*

Oratio IV.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui Resurrectionis Dominicæ solemnia colimus, innovatione spiritus a morte animæ resurgamus. Per eumdem, etc.

Psall. II. Hall. hall. hall. hall. hall.

℣. Gloria, etc.

Iter. Hall., etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Deus, qui nos fecisti paschalia festa celebrare: fac nos, quæsumus, in cælesti regno gaudere. Per Dominum, etc.

FERIA II.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.

℣. Dominus illuminatio, mea. * Et salus mea; quem timebo?

Iter. Hallelujah.

Ant. in choro. Hall. Magnificemus resurrectionem Salvatoris nostri. Hall.

Hymn. Hic est dies verus Dei, *p. 251.*

℟. *in choro.* Sic in Sancto apparui tibi, Domine Deus meus, ut vi-

derem virtutem tuam et gloriam tuam. ✝ Hall. hall.

℣. Quia melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. ✝ Hallel.

Ant. Deus, in nomine tuo salvum me fac.

Psalm. ipse. Et in virtute tua, *p. 1.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate Dominum, *p. 68.*

Ant. Hall. K. k. k.

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut hujus pascalis festivitatis mirabile sacramentum et temporalem nobis tranquillitatem tribuat, et vitam conferat sempiternam. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Maria, noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui, in solemnitate paschali, mundo remedia contulisti, populum tuum, quæsumus, Domine, cœlesti dono prosequere: ut et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiternam. Per Dominum, etc.

Psall. I. Hall. Resurrexit Dominus, hall., et visus est a Simone. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall., etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. cum Infant.* Hallelujah.

℣. Præveniamus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus illi, ✝ Hall.

Orat. III. Deus, qui credentes, *p. 255.*

Ant. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.

Psalmi 121 ℣. 4.

In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri * in atriis tuis, Jerusalem.

Jerusalem quæ ædificatur ut civitas, * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Do-

mini; * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.
Gloria Patri, etc.
Ant. Hall. hall. hall.
Compl. I. Regnum tuum.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, etc., *p. 255.*
Psall. II. Hall., hall. hall., hall.
℣. Gloria, etc.
Iter. Hall., etc.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.
Orat. V. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

FERIA III.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.
℣. Dominus illumina- mea * Et salus mea; m timebo?
er. Hallelujah.
nt. in choro. Hall. itabor in mandatis quæ dilexi nimis,
*
mn. Hic est dies, Dei, *p. 251.*
choro. Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.
‡ Noli flere, Maria: resurrexit Dominus. Hall. hall.
℣. Venit Maria plorans videre sepulchrum. Dicit ei Angelus: ‡ Noli flere.
Ant. Hallelujah.
Psalm. Beatus vir, *p. 31.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate Dominum, *p. 68.*
Ant. Hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui populum tuum unigeniti Filii tui sanguine redemisti, solve opera diaboli, rumpe vincula peccati: ut, qui æternam vitam in confessione tui nominis sunt adepti, nihil debeant mortis auctori. Per eumdem, etc.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Nonne sic oportuit pati Christum et intrare in gloriam suam? Hall. K. k. k.

Oratio II.

Exaudi nos, misericors

n. ambr.

Deus: et redemptionis nostræ subsidia, devota nos effice semper mente tractare. Per Dominum, etc.

Psall. I. Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem ambulantes, et estis tristes? Hall, hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Qui sunt, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. cum Infant.* Hall.

℣. Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem et præcinxit se virtutem. ⁑ Hall.

Orat. III. Deus, qui credentes, *p. 255.*

Ant. Domini est terra et plenitudo ejus.

Psalmi 23 ℣. 4.

Orbis terrarum et universi qui habitant in eo.

Ipse super maria fundavit eum, * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hallelujah.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, etc., *p. 255.*

Psall. II. Hall. hall. hall. hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall., etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. V. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

FERIA IV.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.

℣. Dominus illuminatio mea, * Et salus mea: quem timebo?

Iter. Hallelujah.

Ant. in choro. Hall. Dominus memor fuit nostri et benedixit nos, hall.

Hymn. Hic est dies verus Dei, p. 251.

℟. *in choro.* Narrate, hall., in progenie altera: ‡ Quia hic est Deus noster qui nos regit in sæcula. Hall.

℣. Ponite corda vestra in virtute ejus et distribuite gradus ejus, ut enarretis in progenie altera: ‡ Quia hic, etc.

Ant. Hallelujah.

Psalmus 40.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum et vivificet eum * et beatum faciat eum super terram,

Et non tradat eum in manibus inimicorum ejus: Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine, miserere mei; * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus; * congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras et loquebatur in idipsum: adversum me susurrabant omnes inimici mei, * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum statuerunt adversum me: * numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quem speravi, qui edebat panes meos, * adampliavit adversum me supplantationem.

Tu autem, Domine, miserere mei et resuscita me: * et retribuam illis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me, * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem, propter innocentiam meam, suscepisti, * et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel * a sæculo et in sæculum: fiat, fiat.

Psalm. Ecce nunc, et Laudate Dominum, p. 68.

Ant. Hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui nos Resurrectionis dominicæ annua solemnitate lætificas, concede propitius: ut per temporalia festa quæ agimus, ad æterna gaudia pervenire mereamur. Per eumdem.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Surrexit Dominus vere et apparuit Petro. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui resurgens a mortuis, Passione cassata, potentiorem te tuis Discipulis reddidisti, concede propitius: ut nos quoque, Resurrectionis tuæ mysteria celebrantes, præsentiæ divinæ beneficia consequamur. Qui vivis, etc.

Psall. I. Hall. Agnitus est Dominus, hall., in fractione panis Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall. Agnitus, etc.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Concede, etc. *p. 255.*

Psall. II. Cito euntes, dicite Discipulis ejus quia surrexit Dominus. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Cito euntes, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

Commem. S. Ambrosii.

Psall. Exaltent eum in Ecclesia plebis, et in Cathedra seniorum laudent eum. Hallel.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Exaltent, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Deus, qui, propter Ecclesiæ tuæ gubernacula disponenda, sic ejus principes sublimasti, ut minimos quosque non deseras, præsta quæsumus: ut Apostolicæ Fidei doctrinæque vestigia vel longe sequamur imitando, quæ licet infirmo

comitamur officio. Per Dominum, etc.

Eod. die, in Eccles. ubi fit de S. Ambrosio, dicunt. Vesp. sequent.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.

℣. Dominus illuminatio mea, et salus mea. Quem timebo?

Iter. Hallelujah.

Ant. in choro. Hall. Dominus memor fuit nostri et benedixit nos. Hall. hall.

Hymn. Hic est dies verus Dei, *p. 251.*

℟. *cum Infant.* De ore prudentis procedit mel et lac, hall. Dulcedo mellis est sub lingua ejus, hall.: ‡ Favus distillans labia ejus Hall. hall.

Iter. De ore prudentis, etc.

℣. Gustate et videte quam suavis est Dominus; Beatus vir qui sperat in eum. ‡ Favus, etc.

Ant. Hallelujah.

Psalm. In exitu Israel de Ægypto, *p. 33.*

Psalm. Ecce nunc *et* Laudate Dominum, *p. 68.*

In fine. Hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui propter, *ut sup., p. 260.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Scio quod Jesum quæritis crucifixum: surrexit. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Sancti Ambrosii nos, quæsumus, Domine, jugiter prosequatur oratio ut, quod petitio nostra non impetrat, ipso pro nobis interveniente, præstetur. Per Dominum nostrum, etc.

Psall. Cito euntes, dicite discipulis ejus quia surrexit Dominus, Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Cito euntes.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. Deus qui nos fecisti, *p. 255.*

FERIA V.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.

℟. Dominus illuminatio mea, et salus mea. Quem timebo?

Iter. Hallelujah.

Ant. in choro. Hall. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Hall.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Demonstrans mihi Angelus fontem aquæ vivæ, dixit mihi, hall. ‡ Hic Deum adora. Hall. Hall. hall.

℣. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Solve corrigiam calceamenti tui: locus enim in quo tu stas terra sancta est. ‡ Hic Deum adora. Hall. hall. hall.

Ant. Exultate Deo adjutori nostro.

Psalm. ipse 80.

Jubilate Deo Jacob.

Sumite psalmum et date tympanum, * psalterium jucundum cum cithara.

Canite in initio mensis tuba, * in die insignis solemnitatis vestræ.

Quia præceptum in Israel est. * et judicium Deo Jacob.

Testimonium in Joseph posuit eum, * dum exiret de terra Ægypti.

Linguam, quam non noverat, audivit; * divertit ab oneribus dorsum ejus.

Manus ejus in cophino servierunt: * in tribulatione invocasti me, et liberavi te.

Exaudivi te in abscondito tempestatis, * probavi te ad aquas contradictionis.

Audi, populus meus et testificabor tibi, * Israel, si me exaudias:

Non erit in te Deus recens, * neque adorabis Deum alienum:

Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: * dilata os tuum, et adimplebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam, * et Israel non intendit mihi.

Et dimisi illos secundum desideria cordis eorum; * et ibunt in voluntatibus suis.

Si plebs mea audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, * ad nihilum inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini men-

titi sunt ei: * et erit tempus eorum in æternum.

Cibavit eos ex adipe frumenti, * et de petra melle satiavit eos.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate Dominum, *p. 68.*

Gloria Patri, etc.

Ant. Hallelujah. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui nobis ad celebrandum paschale sacramentum, liberiores animos præstitisti: doce nos et metuere quod irasceris, et amare quod præcipis. Per Dominum nostrum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Undecim Discipuli in Galilea videntes Dominum, adoraverunt. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui ad æternam vitam in Christi Resurrectione nos reparas, erige nos ad consedentem ad dexteram tuam nostræ salutis Auctorem: ut qui propter nos judicandus advenit, pro nobis judicaturus mitis appareat. Qui tecum vivit, etc.

Psall. I. Hall. Resurrexit Dominus, hall., et visus est a Simone. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall. Resurrexit.

℟. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. cum Infant.* Hall.

℣. Ædificans Jerusalem, Dominus dispersiones Israel congregabit. * Hall.

Orat. III. Deus, qui credentes, *p. 255.*

Ant. Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion.

Psalmi 147 ℣. *4.*

Quia confortavit seras portarum tuarum, * benedixit filios tuos in te:

Qui ponit fines tuos pacem, * et adipe frumenti satiat te:

Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, etc. p. 255.

Psall. II. Hall. hall. hall. hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall., etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. V. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

FERIA VI.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.

℣. Dominus illuminatio mea, et salus mea. Quem timebo?

Iter. Hallelujah.

Ant. in choro. Laudabo Dominum in vita mea, hall.; psallam Deo meo quamdiu ero. Hall.

Hymn. Hic est dies verus Dei, *p. 251.*

℟. *in choro.* Congratulamini mihi, omnes qui timetis Dominum; quia quem quærebam apparuit mihi, et dum flerem ad monumentum, vidi Dominum meum. ‡ Hall. hall.

℣. Dicit ei Angelus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Surrexit enim, sicut dixit. ‡ Hall. *hall.*

Ant. Hallelujah.

Psalmus 103.

Benedic, anima mea, Dominum: * Domine Deus meus, magnificatus es valde.

Confessionem et speciem induisti; * circumamictus es lumine sicut vestimento.

Extendens cœlum sicut pellem: * qui tegit in aquis superiora ejus;

Qui ponit nubem ascensum suum; qui ambulat super pennas ventorum;

Qui facit Angelos suos spiritus, * et ministros suos ignem ardentem:

Qui fundavit terram super stabilitatem ejus; * non inclinabitur in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestimentum, opertorium ejus: * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient, * a voce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes, et descendunt campi, * in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti, quem non præteribunt, *

neque avertentur operire terram.

Qui emittit fontes in convallibus: * inter medium montium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri, * et expectabunt onagri in siti sua.

Super ipsa volatilia cœli inhabitabunt, * de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus suis: * a fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum pecoribus * et herbam servituti hominum.

Ad producendum panem de terra; * et vinum lætificat cor hominis:

Ut exhilaret vultum in oleo, * et panis cor hominis confirmet.

Satiabuntur ligna campi, * et cedri Libani quas plantavit.

Ibi passeres nidificabunt; * sturni domus ducatum eis præbet.

Montes excelsi cervis, * petra refugium herinaciis.

Fecit lunam in tempora, sol agnovit occasum suum: posuisti tenebras, et facta est nox; * in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvarum.

Catuli leonum rugientes rapere * et quærere a Deo escam sibi.

Ortus est sol, et congregati sunt, * et in cubilibus suis cubabunt.

Exiet homo ad opus suum et ad operationem suam * usque ad vesperum.

Quam magnificata sunt opera tua, Domine! * omnia in sapientia fecisti; repleta est terra creatura tua.

Hoc mare magnum et spatiosum; * ibi repentia quorum non est numerus,

Animalia pusilla cum majoribus: * illic naves perambulant;

Draco hic quem finxisti ad illudendum ei: omnia a te expectant; * ut des escam illis in tempore opportuno.

Dante autem te sibi, colligent: * aperiente te manum tuam, adimplebuntur jucunditate.

Avertente autem te fa-

ciem tuam, turbabuntur: * auferes spiritum ipsorum, et deficient; et in pulverem suum convertentur.

Emittes spiritum tuum, et creabuntur; *et renovabis faciem terræ.

Sit gloria Domini in æternum; * lætabitur Dominus in operibus suis:

Qui aspicit super terram et facit eam tremere; * qui tangit montes, et fumigabunt.

Cantabo Domino in vita mea, * psallam Deo meo quandiu ero.

Suavis sit ei disputatio mea, * ego vero delectabor in Domino.

Deficiant peccatores a terra, et injusti ita ut non sint: * benedic anima mea, Dominum.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate Dominum,*p.68*.

Ant. Hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti, da mentibus nostris: ut, quod professione celebramus imitemur effectu. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34*.

Ant. Gavisi sunt Discipuli, viso Domino. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Da nobis Domine, quæsumus: ut paschalia gaudia, quæ lætanter exequimur, perpetua virtute nos tueantur et salvent. Per Dominum.

Psall. I. Hall. Agnitus est Dominus, hall., in fractione panis.Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall. Agnitus, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt. cum Infant.* Hallelujah.

℣. Venite, exultemus in Domino, jubilemus Deo salutari nostro. ‡ Hall.

Orat. III. Deus qui, credentes, *p. 255*.

Ant. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro jucunda sit laudatio.

Psalmi 146 ℣. 4.

Ædificans Jerusalem Dominus * et dispersiones Israel congregabit.

Qui sanat contritos corde, * et álligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum, * et omnibus eis nomina vocans.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, *p. 255.*

Psall. II. Hall. hall. hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall., etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. V, Deus qui nos fecisti, *p. 255.*

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Hallelujah.

℣. Dominus illuminatio mea, et salus mea. Quem timebo?

Iter. Hallelujah.

Ant. in choro. Hall. Ecce hæreditas Domini, filii; merces fructus ventris. Hall.

Hymn. Hic est dies verus Dei, *p. 251.*

℟. *in choro.* Suxerunt mel de petra, hall., et oleum de firma petra, hall. ‡ Perduxit eos Dominus in virtute terræ. Hall. hall. hall.

℣. Dominus solus ducebat eos, et non erat cum eis deus alienus. ‡ Perduxit.

Psalm. In exitu *p. 33.*

Psalm. Ecce nunc *et* Laudate, *p. 68.*

In fine. Hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui paschalia festa venerando egimus, per hæc pertingere ad gaudia æterna mereamur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34*

Ant. Scio quod Jesum quæritis crucifixum: surrexit. Hall. K. k. k.

inum, quoniam bo-
est psalmus. Hall.

mn. Hic est dies ve-
Dei, p. 251.
.in choro. Adduxi
per desertum qua-
inta annis ego Do-
is: non sunt attrita
menta vestra: *
ia de cœlo plui vo-
et obliti estis me.

Popule meus, quid
ibi, aut quid mole-
fui? Responde mihi.
inna, etc.
ł. et psalm. ritu
., ut in Psalt. p. 30.

Oratio I.

esta, quæsumus, o-
otens Deus: ut qui
i paschalia peregi-
, hæc, te largiente,
ibus et vita tenea-
. Per Dominum, etc.
nt. Magnif., p. 34.
it. Quia vidisti me,
ma, credidisti: beati
non viderunt et
iderunt. Hall. K. k.k.

Oratio II.

is, innocentiæ resti-
r *et amator,* dirige
ad te tuorum corda fa-
mulorum; ut, quos de
infidelitatis tenebris li-
berasti, numquam a tuæ
veritatis luce discedant.
Per Dominum, etc.

Psall. I. Misi digitum
meum in fixuram cla-
vorum, et manus meas
in latus ejus. Dixi: Do-
minus meus et Deus
meus. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Misi digitum.

Compl. I Regnum tu-
um.

Compl. II. Benedictus
es.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, o-
mnipotens Deus: ut, qui
gratiam dominicæ Re-
surrectionis agnovimus,
ipsi per amorem spiritus
a morte animæ resur-
gamus. Per eumdem, etc.

Psall. II. Stetit Domi-
nus in medio Discipulo-
rum suorum et dixit eis,
hall.: Pax vobis: vi-
dete quia ego sum. Hall.
hall,

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Stetit Dominus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus
es.

Orat. IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

Toto temp. pasch., usq. ad Pentec. in fine omn. Respons., Ant. et Psall., tam de Sanctis quam de quibuscumq. aliis, addit. Hall. *(præterq trid. Litaniar.).*

FERIA II.

Hebdom. I post Albas.

Ad Horas, ut sup. in die Pasch., p. 252; nec dicunt. Preces Tempore Paschali, præterquam triduo Litaniar.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio, *p. 36.*

Hymn. Hic est dies verus Dei, *p. 251.*

℟. *in choro.* Eructavit cor meum verbum bonum. Hall.

℣. Lingua mea calamus scribæ velociter stribentis. Hall.

Ant. In diebus meis.

Psalm, Dilexi, *et reliq. ritu Pasch., p. 36.*

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut hujus paschalis festivitatis mirabile sacramentum et temporalem nobis tranquillitatem tribuat, et vitam conferat sempiternam. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Perfice, Domine, benignus in nobis paschalium munerum votiva commercia; ut, a terrenis affectibus liberati, ad cœleste desiderium transferamur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Hall. hall.

℣. Propter honorem nominis tui, Domine, libera nos et propitius esto peccatis nostris. * Hall.

Oratio III.

Da, quæsumus, omnitens Deus: ut Ecclesia tua et suorum firmitate membrorum et nova semper fœcunditate lætetur. Per Dominum, etc.

Ant. Miserere mei De-

us: miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Psalmi 56 ℣. *4.*

Et in umbra alarum tuarum sperabo,* donec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum, * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cœlo et liberavit me,* dedit in opprobrium conculcantes me.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui, paschalis festivitatis solemnia colimus, in tua semper sanctificatione vivamus. Per Dominum.

FERIA III.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Cantate Domino canticum novum. *Hall.*

℣. Cantate Domino, benedicite nomen ejus bene annunciate de die in diem. Hallelujah.

Ant. Fiat pax, Domine.

Psalm. Lætatus sum, *cum reliq., p. 40, addit.* Hall. *in fine singul. Ant.*

Oratio I.

Concede nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui peccatorum nostrorum pondere premimur, a cunctis malis imminentibus per hæc paschalia festa liberemur. Per Dominum, etc.

Ant. Magnificat anima mea Dominum.

Cant. ipsum. Et exultavit, *p. 34.*

In fine Hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui conspicis familiam tuam omni humana virtute destitui: paschali interveniente solemnitate, tui eam brachii protectione custodi. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Hallelujah.

℣. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Hall.

Oratio III.

Deus, conditor totius creaturæ, famulos tuos, quos fonte Baptismatis renovasti, quosque gratiæ tuæ plenitudine solidasti, in adoptionis tuæ sorte facias dignanter adscribi. Per Dominum.

Ant. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Psalmi 121 ℣. 4.

Stantes erant pedes nostri * in atriis tuis, Jerusalem.

Jerusalem quæ ædificatur ut civitas, * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, * testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall. hall.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Tridue, quæsumus, omnipotens Deus: ut illuc tendat christianæ devotionis affectus, ubi tecum est nostra substantia. Per Dominum, etc.

FERIA IV.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Laudate Dominum ‡ In chordis et organo. Hall.

℣. Laudate eum in tympano et choro, laudate eum ‡ In chordis, etc.

Ant. Nisi tu, Domine.

Psalm. Nisi Dominus *cum reliq., p. 44, addit.* Hall. *in fine singul. Ant.*

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui resurgens a mortuis, Passione cassata, potentiorem te tuis Discipulis reddidisti, concede propitius: ut nos quoque, Majestatis tuæ mysteria celebrantes, præsentiæ divinæ beneficia consequamur. Qui vivis.

Cant. Magnif., *p. 34*.

Ant. Quia fecit mihi magna qui potens est. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui nos per paschalia festa lætificas, concede propitius: ut ea quæ devote agimus, te adjuvante, fideliter teneamus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Psallam Deo meo ‡ Quamdiu fuero. Hall. hall.

℣. Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita mea. ‡ Quamdiu, etc.

Oratio III.

Da nobis, Domine, quæsumus: ut paschalia gaudia, quæ lætanter exequimur, perpetua virtute nos tueantur et salvent. Per Dominum.

Ant. Lauda, anima mea, Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quamdiu ero.

Psalmi 145 ℣. 4.

Nolite confidere in *principibus*, * neque in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus et revertetur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus est; spes ejus in Domino Deo ipsius, * qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut nova proles Ecclesiæ sempiterna retributione percipiat quod magnis est mysteriis assecuta. Per Dominum, etc.

FERIA V.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Hic est dies, *p. 251*.

℟. *in choro.* Eructavit cor meum verbum bonum. Hall.

℣. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Hall.

Ant. Memento, Domine, David.

Psalm. ipse, p. 47; cum reliq.; addit. Hall. *in fine singul. Ant.*

Oratio I.

Deus, qui ad æternam vitam in Christi Resurrectione nos reparas, erige nos ad consedentem ad dexteram tuam nostræ salutis Auctorem: ut, qui propter nos judicandus advenit, pro nobis judicaturus mitis adveniat. Qui tecum vivit.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Recordare, Domine, misericordiæ tuæ. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut festa paschalia, quæ venerando colimus, etiam vivendo teneamus. Per Dominum, etc.

℣. *Dominus* vobiscum.

℟. *in Bapt.* Laudabo Dominum in vita mea. ‡ Psallam Deo meo. Hall.

℣. Suavis sit ei disputatio mea: ego vero delectabor in Domino. ‡ Psallam, etc.

Oratio III.

Deus, qui credentes in te populos gratiæ tuæ largitate multiplicas, respice propitius ad electionem nostram: ut, qui sacramento Baptismatis sunt renati, regni cœlestis mereantur introitum. Per Dominum, etc.

Ant. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro jucunda sit laudatio.

Psalmi 146 ℣. 4.

Ædificans Jerusalem Dominus, * et dispersiones Israel congregabit:

Qui sanat contritos corde * et álligat contritiones eorum:

Qui numerat multitudinem stellarum * et omnibus eis nomina vocans.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Clementiam tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut Ecclesiam tuam, quam sacro Baptismate renovare dignatus es, per hæc paschalia festa ad æternæ vitæ gaudia pervenire concedas. Per Dominum.

FERIA VI.

AD VESPERAS.

Lucern. Dominus illuminatio.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Cantate Domino, canticum novum. Hall.

℣. Cantate Domino, benedicite nomen ejus, bene nunciate de die in diem. Hall.

Ant. Opera manuum.

Psalm. Confitebor tibi, *p. 53, cum reliq; et addit.* Hall. *in fine singul. Ant.*

Oratio I.

Adesto, quæsumus, Domine, familiæ tuæ et dignanter impende: ut, *quibus fidei gratiam con*tulisti, et coronam largiaris æternam. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui per Unigenitum tuum æternitatis nobis aditum, devicta morte reserasti, perfice desiderium nostrum ex tua inspiratione conceptum: ut, in quo renati sumus, in ipso consortium resurrectionis habeamus. Qui tecum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Hallelujah.

℣. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Hall.

Oratio III.

Deus, qui nobis paschalia festa annua celebritate concedis: fac nos Unigeniti Filii tui Domini nostri resurrectionis gloriam misericorditer consequi. Qui tecum, etc.

Ant. Lauda, Jerusalem, Dominum: lauda Deum tuum, Sion.

Psalmi 147 ℣. 4.

Quia confortavit seras portarum tuarum, * benedixit filios tuos in te:

Qui ponit fines tuos pacem, * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ; * velociter currit sermo ejus.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall.

Compl. Benedictus es.

Oratio IV.

Solita, quæsumus, Domine, quos salvasti pietate custodi; ut qui tua Passione sunt redempti, tua Resurrectione lætentur. Qui vivis, etc.

SABBATO.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Hall. hall. hall.

℣. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. Hall.

Ant. Benedictus Dominus.

Psalm. ipse cum reliq., p. 58; et addit. Hall. *ad singul. Ant.*

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, quem docente Spiritu Sancto, paterno nomine invocare præsuminus, effice in nobis filiorum corda fidelium: ut hæreditatem promissam mereamur ingredi per debitam servitutem. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui paschale sacramentum vera fide et devota mente exequimur, æternæ vitæ gaudia percipere mereamur. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in Bapt.* Hall. hall.

℣. Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. ✠ Hall.

Oratio III.

Deus, innocentiæ restitutor et amator, erige ad te tuorum corda famulorum: ut, quos de infidelitatis tenebris liberasti, numquam a veritatis tuæ luce discedant. Per Dominum, etc.

Ant. Exaudiat te Dominus in die tribulationis; protegat te nomen Dei Jacob.

Psalmi 19 ℣. 4.

Mittat tibi auxilium de Sancto, * et de Sion suscipiat te.

Memor sit omnis sacrificii tui, * et holocaustum tuum pingue flat.

Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, * et omne consilium tuum confirmet.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hall. hall. hall.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Tribue, quæsumus, Domine: ut, in confessione tui nominis et sacro Baptismate *renovati, sempiternam beatitudinem* consequamur. Per Dominum, etc.

DOMINICA II.

post Pascha.

Ant. in choro. Hall. Magnificemus Resurrectionem Salvatoris nostri. Hall.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Hymnum cantate nobis. Hall. Quomodo cantabimus canticum Domini ‡ In terra aliena? Hall. hall.

℣. In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra; quia illic interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos ‡ In terra, etc.

Ant. et Psalm. ritu pasch., p. 30.

Oratio I.

Misericors Domine, fidelium tuorum consolator et doctor, auge in Ecclesia tua desideria quæ dedisti, et de intelligenda altitudine promissionum tuarum, sperantium in te corda confirma: ut omnes ado-

ptionis filii lumen, quod nondum ostendis, fidei oculis incunctanter intueantur et patienter expectent. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall. hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam: ut, quos a perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui sempiternis. Per eumdem.

Psall. I. Inclina ad me aurem tuam et salva me. Hall. hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Inclina, etc.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, spiritualibus gaudiis nos repleri: ut, quod actu gerimus, mente sectemur. *Per Dominum*, etc.

Psall. II. **Joannes præcursor vidit Dominum et ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hall. hall.**

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Joannes.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

FERIA II.

Hebd. II. post Octavam Paschæ.

In hac et in sequent. Hebdom. usq. ad Pentec., cum fit de Fer., dicit. Off. ut in Hebdom. præced.

DOMINICA III post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Hall. Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. Hall.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* In voce cataractarum tuarum abyssus abyssum invocat. Memor ero tui, Do-

mine, de terra Jordanis, ut desideret te anima mea. ‡ Hall.

℣. Apud me oratio Deo vitæ meæ. Dicam Deo: Susceptor meus es. ‡ Hall.

Ant. et Paslm. rit. pasch., p. 30.

Oratio I.

Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis: ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui misericordiæ januam fidelibus patere voluisti, respice in nos et miserere nostri: ut qui voluntatis tuæ viam, te donante, sequimur, a vitæ numquam tramite deviemus. Per Dominum, *etc.*

Psall. I. Inclina ad me aurem tuam et salva me. Hall. hall. hall.

Oratio III.

Tribue, quæsumus, omnipotens Deus: ut illuc redeat christianæ devotionis affectus, ubi tecum est nostra substantia. Per Dominum.

Psall. II. Hall. hall. hall. hall. hall.

Oratio IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

DOMINICA IV
post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Hall. Dominus memor fuit nostri et benedixit nos. Hall.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* Hymnum cantate nobis, Hall. Quomodo cantabimus canticum Domini ‡ In terra aliena? Hall. hall.

℣. In salicibus, in medio ejus, suspendimus organa nostra; quia illic

interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos: ✝ In terra, etc.

Ant. et Psalm. rit. pasch., p. 30.

Oratio I.

Deus, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur et illa respuere quæ huic inimica sunt nomini, et ea quæ sunt apta sectari. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra operatio et oratio a te semper incipiat et per te cœpta finiatur. Per Dominum, etc.

Psall. I. Inclina ad me aurem tuam et salva me. Hall. hall. hall.

Oratio III.

Da misericors Deus: ut in Resurrectione Domini nostri Jesu Christi percipiamus veraciter portionem. Per eumdem Dominum, etc.

Psalm. I. Hall. hall. hall. hall. hall.

Orat. IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

DOMINICA V
post Pascha.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Hall. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Hall. hall.

Hymn. Hic est dies, *p. 251.*

℟. *in choro.* In voce cataractarum tuarum abyssus abyssum invocat. Memor ero tui, Domine, de terra Jordanis, ut desideret te anima mea. ✝ Hall.

℣. Apud me oratio Deo vitæ meæ. Dicam Deo: Susceptor meus es. ✝ Hall.

Ant. et Psalm. rit. Pasch., p. 30.

Oratio I.

Deus, qui hoc nobis confers gratia, ut justi

ex impiis et beati efficiamur ex miseris, adesto operibus tuis, adesto muneribus: ut, quibus in est fidei justificatio, non desit perseverantiæ fortitudo. Per Dominum, etc,

Cant. Magnif. *p. 34.*

Ant. Hall. hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Auxiliare, Domine, temporibus nostris: ut, tua nos ubique dextera protegente, religionis integritas et christiani nominis securitas reparata consistat. Per Dominum, etc.

Psall. I. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Hall.

Oratio III.

Adesto, quæsumus, Domine, familiæ tuæ et dignanter impende: ut, quibus fidei gratiam contulisti et coronam largiaris æternam. Per Dominum nostrum, etc.

Psall. II. Hall. hall. hall. hall. hall.

Orat. IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

IN ASCENSIONE DOMINI.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro, Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Hall. hall,.

Hymnus.

Optatus orbis gaudio
Sacratus illuxit dies,
Quo nostra Christus spes *Deus*
Ovans adivit æthera.

Ad astra Christus dum redit,
Sedem revisit propriam:
Cœli triumphant cardines,
Quod victor intrat sidera.

Magni triumphum prælii!
Mundi perempto principe,

Offert cruentæ nobilem
Carnis Parenti gloriam.
Patris inde dexteram
Sedet Redemptor omnium.
Portas recludens cœlicas,
Quas Protoplastus clauserat.
O grande cunctis gaudium!
Cum Natus almæ Virginis,
Post sputa, flagra, post crucem,
Sedem paternam possidet.
Agamus ergo gratias
Deo salutis vindici,
Nostrum poli micantibus,
Corpus quod astris intulit.
Sit Cœlitum lætantibus.
Commune terris gaudium,
Ut astra vultu recreat
Jesus, nec orbem deserit.
Nune provocatis actibus
Christum opperiri nos decet;
Vitaque tali vivere,
Quæ possit axem scandere.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui victor in cœlum redis.
Cum Patre et Almo Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

℟. *in choro.* Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus, hall., Dominus Deus benedictus. * Prosperum iter facit. Hall. hall.
℣. Regna terræ, cantate Domino; cantate Deo, qui ascendit super cœlos cœlorum ad orientem. * Prosperum, etc.

Ant. Parata sedes.

Psalmus 92.

Dominus regnavit, decorem induit: * induit Dominus fortitudinem et præcinxit se virtutem.
Etenim firmavit orbem terræ, * qui non commovebitur.
Parata sedes tua, Deus: * ex tunc a sæculo tu es.
Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flu-

ıa voces suas, * a
:ibus aquarum mul-
ım.
lirabiles elationes
ris; * mirabilis in al-
Dominus.
'estimonia tua credi-
.a facta sunt nimis: ‡
num tuam decet san-
lcatio, Domine, in
gitudinem dierum.
'*salm.* Ecce nunc, *et*
ıdate Dominum, *p. 68.*
I*nt.* Parata sedes tua
ıs. Hall. hall. hall.
k. k.

Oratio I.

ɔus, qui, ad decla-
da tuæ miracula Ma-
,atis post resurrectio-
n a mortuis, hodie in
los, Apostolis adstan-
ıs, ascendisti, concede
ɔis tuæ pietatis auxi-
n: ut, secundum pro-
ssionem tuam, et tu
ɔiscum semper in ter-
, et nos tecum in
lo vivere mereamur.
i vivis, etc.
I*nt.* Ascendit Deus.

Psalmus 46.

mnes gentes, plaudite
.nibus * jubilate Deo
voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis * et Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis, * et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nos hæreditatem suam, * speciem Jacob quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilatione, * et Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite; * psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam rex omnis terræ Deus; * psallite sapienter.

Regnavit Dominus super omnes gentes; * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populi convenerunt cum Deo Abraham; * quoniam dii fortes terræ nimium elevati sunt.

Gloria Patri; etc.

Ant. Ascendit Deus in jubilatione. Hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui, ad cœlos ascendens, Discipulis tuis

Spiritum Sanctum collaturum te dignatus es polliceri, præsta, quæsumus: ut, sicut Apostoli tui multifaria doctrinæ cœlestis munera perceperunt, ita nobis quoque spiritualia dona concedas. Qui vivis et regnas, etc., in unitate ejusdem, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi. Hall. hall. K. k. k.

Oratio III.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: ut sicut humani generis Salvatorem consedere tecum in tua Majestate confidimus, ita usque ad consummationem sæculi manere nobiscum, quemadmodum est pollicitus, sentiamus. Qui tecum, etc.

Psall. Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, Dominus Deus benedictus. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Ascendisti, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus *es.*

Oratio IV.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus. Per eumdem, etc.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Act. 1.

Vos eritis mihi testes in Jerusalem et in omni Judæa et Samaria et usque ad ultimum terræ. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum,

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ascendit Deus in jubilatione.

Iter. Ascendit, etc. * Hall. hall.

℣. Et Dominus in voce tubæ.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ascendit, etc. * Hall. hall.

Cap. Ascendens in al-

ı, Dominus * Capti-
ı duxit captivitatem,
it dona hominibus.
l. K. k. k.

Oratio.

ıus, qui Ecclesiam tu-
evangelicæ doctrinæ
ortatione, quæ sur-
ı sunt jubes sapere,
ıd eamdem se altitu-
em, ad quam mundi
vator ascendit, eri-
e; da populis tuis in-
ectu capere, quod
lti viderunt conspe-
: ut, in secundo Me-
toris adventu, diten-
donis qui promis-
:rediderunt. Per eum-
n, etc.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Act. I.
iri Galilæi, quid ad-
·amini aspicientes in
lum ? Quemadmo-
n vidistis eum eun-
ı in cœlum, ita ve-
t.
ı. Deo gratias.
ı. *br.* Ascendens in
ım, captivam duxit
·tivitatem.

Iter. Ascendens, etc. * Hall. hall.
℣. Dedit dona hominibus.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Ascendens, etc. * Hall. hall.
Cap. Excelsus super omnes gentes Dominus * Et super cœlos gloria ejus. Hall, K. k. k.

Oratio.

Exaltationem conditionis humanæ substantiæ conditor respice, Deus: ut, tua dignatione mundati sacramentis magnæ pietatis aptemur. Per Dominum, etc.

AD NONAM.

Epistolella.

Eph. 4.
Fratres. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Excelsus super omnes gentes Dominus.
Iter. Excelsus, etc. * Hall. hall.
℣. Et super cœlos gloria ejus.

℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Excelsus, etc. * Hall. hall.
Cap. Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum; * Deum meum et Deum vestrum. Hall. K. k. k.
Orat. Da, quæsumus, *ut infra Vesp. II.*

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Hall.
Hymn. Optatus orbis, *p. 281. Reliq. de Vesp. I, except. sequent.*
Psall. I. Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. Hall. hall.
Gloria Patri, etc.
Iter. Ascendo, etc.
Compl. I. Regnum tuum.
Compl. II. Benedictus es.
Orat. Concede, quæsumus, *p. 284.*
Psall. II. Ascendisti in altum, cepisti captivitatem; Dominus Deus benedictus. Hall.
Gloria Patri, etc.
Iter. Ascendisti, etc.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Da, quæsumus, omnipotens Deus: illuc tuorum subsequi membra fidelium, quo Caput nostrum Principiumque præcessit. Qui tecum.
Singul. sequent. Fer. usq. ad Pentec. (præter. Trid. Litaniar. et dieb. Fest. Sanctor.) fit Off. ut in Fer. paschal., Hebdom. post Albas, pro ratione Fer.

DOMINICA
post Ascensionem.

Ad Horas Epistol. et reliq., ut in die Sancto Paschæ.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Laudabo Dominum in vita mea, hall. psallam Deo meo, quamdiu ero, hall.
Hymn. Hic est dies, p. 251.

℟. *in choro.* Hymnum cantate nobis. Hall. Quomodo cantabimus canticum Domini ✱ In terra aliena? Hall. hall.

℣. In salicibus, in medio ejus suspendimus organa nostra: quia illic interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos ✱ In terra aliena. Hall. hall.

Ant. et Psalm. ritu Pasch., p. 30.

Oratio I.

Implorantes, Domine, misericordiam tuam populos fideles propitius intuere: ut, qui præter te alium non noverunt, tuis beneficiis glorientur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ego sum via, veritas et vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Hall. hall. hall. hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Sancti nominis tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum; quia numquam tua gubernatione destituis quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum, etc.

Psalm. I. Clarifica me, Pater, claritate quam habui priusquam mundus fieret. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Clarifica me, etc.

Oratio III.

Tribue, quæsumus, omnipotens Deus: ut illuc redeat christianæ devotionis affectus, ubi tecum est nostra substantia. Per Dominum, etc.

Psall. II. Hall. hall. hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hall., etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV. Deus, qui nos fecisti, *p. 255.*

FERIA II IN LITANIIS.

Primo die Litaniarum.

Hoc. Trid., qui non intersunt Processionib. stationalib. Litaniar. post Tert. dicant Ant., Litan. *et* Orat. ut in Fer. de

Except., prout in sing. Fer. dispositæ sunt, p. 96 et sequent.

Non dicit hoc Trid. Off. Defunct.

Ad Horas omn. de Fer. commun., ut in Psalt. Et sic etiam servat. in duab. Fer. sequent.

AD VESPERAS.

℟. *in choro.* Appropinquet oratio nostra ‡ In conspectu tuo, Domine.

℣. Intret postulatio nostra. ‡ In conspectu tuo, Domine.

Reliq. de Fer. Commun., ut in Psalt., sed, dicta Orat. post Magnif.. *finiunt. Vesp. cum duodecim* K., eleis: *tum subdit.* Benedicat, etc.

FERIA III

IN LITANIIS.

Secundo die Litaniarum.

Post Tert., qui non inters. Processionib., dicant. Ant. Litan. et Orat. de Fer. III. de Except., p.101.

AD VESPERAS.

℟. *in choro.* Fiant aures *tuæ* ‡ Intendentes in orationem servi tui, Domine.

℣. De profundis clamavi ad te, Domine; sint aures tuæ ‡ Intendentes.

Reliq. de Fer. Commun., ut in Psalt., sed dicta Orat. post Magnif., *finiunt. Vesp. cum duodecim* K., eleis., *deinde subdit.* Benedicat, etc.

FERIA IV

IN LITANIIS.

Tertio die Litaniarum.

Post Tert. qui non intersunt Processionib. dicant Ant., Litan. et Orat. de Fer. IV de Except., p. 105.

AD VESPERAS.

Omn. de Fer. commun., p. 43. Sed, dicta Orat. post. Magnificat, *finiunt Vesp. cum trib.* K., eleis.

Hod. Vesp. non dicunt mane. sed a prandio, hora consueat, etiamsi fiat de Fer.

Si cum his Vesp. concurrant Vesp. I alicujus Sancti, dicunt. Vesp. de Sancto.

PERAS I.
ıs vobiscum.
)uoniam tu.
ıs vobiscum.

ınus.

ŀus astra a-
ʼat,
; unde ve-

ıendùm mu-

laturus Spi-

ʼgebat dies,
tico septem-

utus septies
ta tempora:
hora tertia
nundus in-

orantibus
ıire nunciat.
ərgo lumine
gnis advenit,
Christi pe-

ʼbi compleat.
ıdent viscera
ancto Spi-

Vocesque diversas sonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogitur
Græcus, Latinus, Barbarus;
Simulque demirantibus,
Linguis loquuntur omnium.
Judæa tunc incredula,
Vesana torvo spiritu,
Madere musto sobrios
Christi fideles increpat.
Sed, editis miraculis,
Occurrit et docet Petrus,
Falsum profari perfidos,
Joele teste, comprobans.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In sæculorum sæcula.
Amen.

℣. Dominus vobiscum.
℟. *in choro.* Hall. hall. hall. hall.
℣. Omnis terra adoret te et psallat tibi. Hall.

℣. Dominus vobiscum.
Ant. Spiritu.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Spiritu principali confirma nos, Domine. Hall. hall. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui credentium in te primitias tui Spiritus adventu mirifico decorasti: da nobis de tua Majestate præsumere, non de nostris meritis superbire. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem, etc.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eph. 4.

Fratres. Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.
Iter. Emitte, etc. * Hall. hall.
℣. Et renovabis faciem terræ.
℟. *Hall.* hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Emitte, etc. * Hall. hall.
Cap. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto: * Et cœperunt loqui variis linguis. Hall. K. k. k.

Oratio.

Deus, qui Discipulis tuis Spiritum Sanctum Paracletum in ignis fervore tui amoris mittere dignatus es, da populis tuis in unitate fidei esse ferventes: ut, in tua semper dilectione permanentes, et in fide inveniantur stabiles, et in opere efficaces. Qui vivis et regnas, etc., in unitate ejusdem, etc.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Act. 2.

Apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tamquam ignis: seditque supra singulos eorum Spiritus Sanctus.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.

Iter. Repleti, etc. * Hall. hall.

℣. Et cœperunt loqui variis linguis.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Repleti, etc. * Hall. hall.

Cap. Loquebantur variis linguis Apostoli * Magnalia Dei. Hall. K. k. k.

Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui paschale sacramentum quinquaginta dierum voluisti mysterio contineri, præsta: ut gentium facta dispersio divisione linguarum, ad unam confessionem tui nominis cœlesti munere congregetur. Per Dominum, etc.

AD NONAM.

Epistolella.

Sap. 5.

Spiritus Domini replevit orbem terrarum: et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Loquebantur *variis linguis Apostoli*.

Iter. Loquebantur, etc.* Hall. hall.

℣. Magnalia Dei.

℟. Hall. hall.

Gloria Patri, etc.

℟. Loquebantur, etc. * Hall. hall.

Cap. Pacem relinquo vobis. * Pacem meam do vobis. Hall. K. k. k.

Oratio.

Deus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. Hall. hall.

Hymn. Jam Christus, *p. 289*.

℟. *in choro*. Apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tamquam ignis, hall.: ‡ Seditque supra singulos eorum Spiritus Sanctus. Hall. hall. hall.

℣. Et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis: ✠ Seditque.

Ant. et Psalm. ritu pasch., p. 30, except. ut infra.

Ad Psalm. Beatus vir.

Ant. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter dicentes. Hall.

Ad Psalm. Laudate, pueri.

Ant. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto et cœperunt loqui variis linguis. Hall. hall. hall. hall. hall.

Ad Psalm. In exitu.

Ant. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei. Hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui sacramento festivitatis hodiernæ universam Ecclesiam tuam in omni gente et natione sanctificas, in totam mundi latitudinem Spiritus tui dona multiplica: ut, quod inter ipsa evangelicæ prædicationis exordia operata est divina dignatio, nunc quoque per credentium corda diffundat. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Spiritus Sanctus docebit vos, hall., quæ oporteat dicere. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui tuæ Majestatis effectu per Filii tui mirabile sacramentum, cooperante Sancto Spiritu, sunt renati, cœlestis vitæ flant conversatione perpetui. Per eumdem, etc., in unitate ejusdem', etc.

Psall. I. Pacem meam do vobis, hall., pacem meam relinquo vobis. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Pacem meam, etc.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Illo nos igne, quæsumus, Domine, Spiritus Sanctus inflammet: quem Dominus noster Jesus

Christus misit in terram et voluit vehementer accendi. Qui tecum vivit, etc., in unitate ejusdem.

Psalm. II. Jesus præcepit eis dicens, ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Jesus præcepit, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Singul. dieb. Octav. fit ut in die Pentec., præter ... ent.

FERIA II.

Sol. Dom.

AD VESPERAS.

In choro. Repleti omnes Spiritu Sancto *cœperunt*, loqui prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. ‡ Et convenit multitudo dicentium. Hall.

℣. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei. ‡ Et convenit, etc.

Ant. Dum complerentur.

Psalmus 32.

Gaudete, justi, in Domino: * rectos decet collaudatio.

Confitemini Domino in cithara, * in psalterio decem chordarum psallite ei.

Cantate ei canticum novum, * bene psallite ei in jubilatione.

Quia rectum est verbum Domini; * et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam, et judicium Dominus; * misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini cœli firmati sunt, * et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris, * ponens in thesauris abyssos.

Timeat Dominum

mnis terra; * ab ipso autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, et facta sunt; * ipse mandavit, et creata sunt.

Dominus dissipavit consilia gentium, reprobat autem consilia populorum, * spernit consilia principum.

Consilium autem Domini manet in æternum; * cogitationes cordis ejus a generatione et progenie.

‡ Beata gens cujus est Dominus Deus eorum; * populus quem elegit in hæreditatem sibi.

De cœlo respexit Dominus * et vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo suo * respexit super omnes qui inhabitant terram.

Qui fingit singillatim corda eorum * qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multitudinem virtutis suæ; * et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

Falsus equus ad salutem; * in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce oculi Domini super timentes eum * et in eis qui sperant super misericordia ejus:

Ut eripiat de morte animas eorum * et alat eos in fame.

Quia anima nostra sustinet Dominum; * quoniam adjutor et protector noster est.

Quia in ipso lætabitur cor nostrum, * et in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat, Domine, misericordia tua super nos, * sicut speravimus in te.

Psalm. Ecce nunc; *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter dicentes. Hall. K. k. k.

Reliq. de Vesp. II. Pentec., p. 292.

FERIA III.

Sol. Dom.

AD VESPERAS.

Omn. de Vesp. *II. Pentec.*, p. 291 præt. sequent.

t. Repleti sunt o-
Spiritu Sancto et
runt loqui variis
is. Hall. hall. hall.
hall.
lm. Benedic, anima
, *p. 264.*
lm. Ecce nunc, *et*
ate, *p. 68.*

FERIA IV.

Sol. Dom.

ıtuor temporum.

AD VESPERAS.

in choro. Repleti
omnes, *p. 293.*
t. Dum compleren-

lm. Gaudete, justi,
3.
lm. Ecce nunc, *et*
ate, *p. 68.*
t. Dum compleren-
.ies Pentecostes, e-
omnes pariter di-
s. Hall. K. k. k.
iq. de Vesp. II Pen-
p. 292.

FERIA V.

Sol. Dom.

AD VESPERAS.

in choro. Apparue-
Apostolis, p. 291.

Ant. Repleti sunt o-
mnes.
Psalm. Benedic, anima
mea, *p. 264.*
Psalm. Ecce nunc, *et*
Laudate, *p. 68.*
Ant. Repleti sunt o-
mnes Spiritu Sancto: et
cœperunt loqui variis
linguis. Hall. hall. hall.
hall. hall. K. k. k.
Reliq., de Vesp. II Pen-
tec., p. 292.

FERIA VI.

Sol. Dom.

Quatuor temporum.

AD VESPERAS.

℟. *in choro.* Repleti
sunt omnes, *p. 293.*
Ant. Dum compleren-
tur.
Psalm. Gaudete, justi.
p. 293.
Psalm. Ecce nunc *et*
Laudate, *p. 68.*
Ant. Dum compleren-
tus dies Pentecostes e-
rant omnes pariter di-
centes. Hall. K. k. k.
Reliq. de Vesp. II Pen-
tec., p. 292.

Omnipotens, famulos tuæ Majestati subjectos, per unicum Filium tuum, in virtute Sancti Spiritus, benedic et protege: ut, ab omni hoste securi, in jugiter laude læten-tur. Per eumdem, etc., in unitate ejusdem.

DOMINICA I

post Pentecosten.

in qua celebrat. Fest.

SS. TRINITATIS.

Ad Horas, Epistol. et ℟. *de Dom. commun. exceptis Orat., ut in Vesp. sequent., nimirum: Ad Tert.* Omnipotens sempiterne Deus. *Ad Sex.* Domine Deus, *Ad Non.,* Concede ,quæsumus.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu. *Ant. in choro.* Deus misereatur nobis et benedicat nos illuminet vultum suum super nos.

Hymnus.

Terræ polique *Conditor,*
Pater parentem nesciens,
Fœcunda cujus comparem
Gignit sibi mens Filium;
Summi Parentis Unice,
Matrisque Fili Virginis,
Sumpta medens mortalium
In carne carni noxiæ;
Tu, Spiritus cœlestium
Largitor alme munerum,
Tuis rigentes pectorum
Fibras adurens ignibus;
Salva precantes, Trinitas,
Defende, simplex Unitas,
Cum Patre Proles cœlica,
Et utriusque Spiritus.
Amen.

℟. *in choro.* Domine Deus, miserator et misericors: * Patiens et multum misericors et verax, respice in nos et miserere nobis.

℣. Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia, tu es Deus solus: * Patiens.

Ant. Dixit Dominus.

Psalm. ipse et reliq. Dom., p. 30.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere et in potentia majestatis adorare Unitatem, quæsumus: ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus muniamur adversis. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum et Spiritus Sanctus; et hi tres Unum sunt. K. k. k.

Oratio II.

Domine Deus, Pater omnipotens, famulos tuæ Majestati subjectos per unicum Filium tuum, in virtute Sancti Spiritus benedic et protege: ut ab omni hoste securi, in tua jugiter laude lætentur. Per Dominum, *etc., in* unitate ejusdem.

Psall. I. Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Cum venerit, etc.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Perveniant ad te, Domine supplicum preces: et, qui te in Personis Trinum et in Essentia Unum adorant, eos tibi soli fac jugiter deservire. Per Dominum.

Psall. II. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Euntes docete.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut sicut te Unum ac Trinum confitemur, ita divinita-

; tuæ perpetuo frua-
ur aspectu. Per Domi-
im, etc.

Commem. Dominicæ.

Psall. Salva nos, Do-
ine, Deus noster, salva
s et congrega nos de
tionibus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Salva nos.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus

Oratio.

s nostrum, Domine,
udio repleatur: et in
a misericordia semper
ultet. Per Dominum.

FERIA II.

*Omn. dicunt. de Fer.
mmun. usq. ad Adv.,
si fiat de Sanctis: dicit.
am Off. Defunct. ad
sp. singul. Fer., excepto
bb.*

FERIA V.

Celebrat. Sol. SS. Corp. Chr. Dom.; in cuj. diei sol. si aliquando vel Nativ. S. Joan. Bapt., aut Fest. S. Barnabæ Ap., aut. Ss. Mm. Protasii et Gervasii incurrant, eor Off. transfert. in seq. diem cum commem. Octav. Si vero infra Octav. incurrerint, non transfert. Off., sed fit de illis cum commem. Octav. Idemq. servet. in Festo Ss. Petri et Pauli, nec non S. Thomæ Ap. Alior. vero Ss. sol. aut propr. Off. habentium festa, si vel in sol. ipsam Corpor. Dom., vel infra Octav., vel in diem Octav. inciderint, eorund. Off. transfert. in Fer. post Octav. De aliis non sol. propr. non habentib. fit commem. tantum in Octav.

moria Passionis ejus, mens impletur gratia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur! Hallel.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. O sacrum.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, de cujus gratiæ rore descendit, ut ad Mysteria tua purgatis sensibus accedamus, præsta, quæsumus: ut in honore Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi annua devotione solemnia celebrando, competens deferamus obsequium. Per eundem.

AD TERTIAM.

Si in Octav. fit de Sanctis, dicit. Hymn. Nunc, Sancte nobis Spiritus.

Epistolella.

1 Cor. 11.

Fratres. Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis: quoniam *Dominus* Jesus, in qua *nocte tradebatur*, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Accipite et manducate.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Panem cœli dedit eis.

Iter. Panem, etc.* Hall. hall.

℣. Panem Angelorum manducavit homo.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Panem, etc. * Hall. hall.

Cap. Hoc est Corpus meum, * Quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Ibid.

Fratres. Quotiescumque manducabitis Panem hunc, et Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Accipite, et comedite.

Iter. Accipite, etc. Hall. hall.

℣. Hoc est Corpus
eum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Accipite, etc. * Hall.
ll.
Cap. Cibavit eos ex a-
pe frumenti, * Et de
tra melle satiavit eos.
ill. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Ibid.
ratres. Quicumque
anducaverit Panem
inc, vel biberit Cali-
m Domini indigne, re-
erit Corporis et San-
uinis Domini.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Cibavit eos ex
ipe frumenti.
Iter. Cibavit, etc. *
ll. hall.
℣. Et de petra melle
iavit eos.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Cibavit, etc. * Hall.
ll.
Cap. Panis quem ego
bo, * Caro mea est pro
indi vita. Hall. K. k. k.
Orat. IV de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Qui
manducat meam Carnem
et bibit meum Sangui-
nem, in me manet et
ego in eo.
Hymn. Verbum super-
num, *p. 300.*
℟. *in choro.* Immola-
bit hædum multitudo fi-
liorum Israel ad vespe-
ram Paschæ: ‡ Et edent
carnes et panes azymos.
℣. Pascha nostrum im-
molatus est Christus. Ita-
que epulemur in azymis
sinceritatis et veritatis. ‡
Et edent carnes, etc.
Ant. Cibavit eos.
Psalm. Exultate Deo,
p. 262.
Psalm. Ecce nunc, *et*
Laudate, *p. 68.*
Ant. Cibavit eos Do-
minus ex adipe frumenti,
et de petra melle satia-
vit eos. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.
Ant. Memor sit Domi-
nus.

Psalmus 19.

Exaudiat te Dominus,
etc., *p. 157.*
Ant. Memor sit Do-
minus sacrificii nostri,

et holocaustum pingue fiat. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. O quam suavis, etc., *et Orat. III de Vesp. I.*

Psall. I. Communione Calicis, quo Deus ipse sumitur, non vitulorum sanguine, congregavit nos Dominus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Communione, etc.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui hodierna die Corporis et Sanguinis Filii tui solemnia recolunt, cœlestis vitæ fiant conversatione perpetui. Per eumdem, etc.

Psall. II. Angelorum esca nutrivisti populum tuum, et Panem de cœlo præstitisti eis. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Angelorum esca, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. IV de Vesp. I. Singul. Fer. Octav. fit Off. ut in die, nisi incidant festa supra notata.

DOMINICA II

post Pentecosten.

Off. fit de Dom., cum commem. Octav. In hac autem Dom. et in reliq. omnib. sequent. ad Horas omn. dicunt. ut in Psalter. præter illa quæ proprio loco notant. in unaquaq. Dom.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. In multitudine magnitudinis ejus laudate Dominum; in sono tubæ laudate eum.

℟. *in choro.* Ostende in me, Domine, bonitatem tuam, quoniam indignum me salvabis. ‡ Et laudabo te per omnes dies vitæ meæ.

℣. Quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, et tua est gloria in sæcula sæculorum. ‡ Et laudabo.

Ant. Psalm., et Orat., ut in Psalter.

Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Exultavit spiritus meus in Deo: respexit Dominus humilitatem meam.
Psall. I. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.
Psall. II. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me: antequam vulnera generent in me, sana me medicamento pœnitentiæ.
Commem. Octav. Corp. Dom.
Psall. Angelorum esca, *p. 304.*
Orat. Concede nobis, *p. 301.*

FERIA IV.

AD VESPERAS.

Omn. ut in Vesp. I. Sol. Corp. Dom., p. 300.

FERIA V.

AD VESPERAS.

Octav. Corp. Dom.
Omnia ut in die Corp. Dom.
Vesp. II. Octav., ut in Vesp. II. diei Corp. Christi, p. 303.

DOMINICA III
post Pentecosten.

In qua celebrat. Fest.
SS. CORDIS JESU
ut infra; quod si inciderit diebus 19, 24 aut 29 Junii, tunc Festum ipsum transfertur ad Dom. seq.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ego ad Dominum clamavi, et exaudivit me vespere, mane et meridie.
℟. *in choro.* Veniant mihi, Domine, miserationes tuæ, ut vivam; ✱ Quia lex tua meditatio mea est.
℣. Manus tuæ, Domine, fecerunt me et plasmaverunt me: da mihi intellectum; ✱ Quia lex.
Ant. Psalm. et Orat., p. 30.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Humilitatem meam respexit Dominus: anima mea, magnifica Deum. K. k. k.
Psall. I. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.
Psall. II. Pax in cœlo, pax in terra, pax in o-

mni populo, pax sacerdotibus ecclesiarum Dei.

IN FESTO SS. CORDIS JESU.

Si hæ Vesp. inciderint in Vesp. II S. Joannis Bapt. vel Ss. Apost. Petri et Pauli, tunc in Vesp. II eorund. Ss. fit tantum commem. sequent. Festi.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos: manete in dilectione mea.

Hymnus.

Summi Parentis Filio,
Patri futuri sæculi,
Pacis beatæ Principi
Promamus ore canticum.

Qui, charitatis victima,
Verbum Dei factum caro,
Mortale periturum genus
Fuso redemit sanguine.

Volens ferali ab arbore
En pendet Agnus innocens;
Animamque magnam dévovet,
Peccatu-
rens.

Manus pedesque vulnere
Grandi cruentum lanceæ
Late terebrat sæviens
Immane in exanguem furor.

Mortale jam chirographum,
Christo litante, scinditur;
Sanctoque pacis fœdere
Beata jam sedes patet.

Heu quantus ardor, quántaque
Vis Jesum amoris impulit,
Ut dira passus sanguine
Pœnas nocentum solveret,

Iramque Patris vindicem,
Nostri misertus flecteret,
Una expiandis omnium
Oblata noxis hosti

O Jesu, id unus qui
tes,
Largitor alme, desu
Immitte tu tepent
Amoris ignem co
bus.

Deo Patri sit glor

ıque soli Filio,
n Spiritu Paraclito,
ıc et per omne sæ-
;ulum.
Amen.
in choro. Propter
am charitatem suam
dilexit nos Deus, ‡
ɜndit abundantes di-
as gratiæ suæ.
. Ipse enim est pax
ɜtra, per quem habe-
ıs accessum ad Pa-
:m; ‡ Ostendit, etc.
Ant. Suavis Dominus.
Psal. Exaltabo te, *p. 59.*
Psalm. Ecce nunc, *et*
audate, *p. 68.*
Ant. Suavis Dominus
n omnibus, et misera-
iones ejus super omnia
ɔpera ejus. K. k. k.

Oratio I.

Fac nos, Domine Jesu,
ɜanctissimi Cordis tui
virtutibus indui et af-
ectibus inflammari: ut
:t imagini bonitatis tuæ
:onformes, et tuæ re-
lemptionis mereamur
:sse participes. Qui vivis
:t regnas cum Deo Pa-
re, etc.
Ant. Cor meum.
Psalm. Benedixisti,
›. *147.*

Ant. Cor meum et caro
mea exultaverunt in De-
um vivum. K. k. k.

Oratio II.

Domine Jesu, qui inef-
fabiles Cordis tui divitias
Ecclesiæ sponsæ tuæ sin-
gulari dilectionis bene-
ficio aperire dignatus es,
concede propitius: ut
gratiis cœlestibus ex hoc
dulcissimo fonte manan-
tibus corda nostra ditari
ac recreari mereantur.
Qui vivis et regnas etc.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Discite a me,
quia mitis sum et humi-
lis corde. Hall. K. k. k.

Oratio III.

Illo nos igne, quæsumus,
Domine, Spiritus San-
ctus inflammet: quem
Dominus noster Jesus
Christus e penetralibus
Cordis sui misit in ter-
ram et voluit vehemen-
ter accendi. Qui tecum
vivit et regnat in unitate
ejusdem, etc.
Psall. Videte qualem
charitatem dedit nobis
Deus Pater, ut filii Dei
nominemur et simus.
℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Videte qualem, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

*Compl.II.*Benedictus es.

Oratio IV.

Concede nobis corde contrito petentibus, misericordissime Deus, ut per Sacratissimi Cordis Filii tui mœrores quos nostri causa pertulit, veniam peccatorum consequamur ac tanto Christi amore incendamur: ut, voluntati tuæ in omnibus obsequentes, secundum Cor tuum inveniri mereamur. Per eumdem, etc.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eph. 1.

Deus prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Eripuit nos de potestate tenebrarum.

Iter. Eripuit nos, etc. Hall., hall.

℣. Et transtulit in regnum Filii dilectionis *suæ.*

℟. *Hall., hall.*

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Eripuit nos, etc. Hall., hall.

Cap. Consedere fecit in cœlestibus * In Christo Jesu. Hall. K. k. k.

Orat. I. de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eph. 2.

Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis convivificavit nos in Christo.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Consedere fecit in cœlestibus.

Iter. Consedere, etc. Hall. hall.

℣. In Christo Jesu.

℟. Hall., hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Consedere, etc. Hall. hall.

Cap. Ipse enim est pax nostra, * Qui fecit utraque unum. Hall. K. k. k.

Orat. II. de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Coloss. 19.

In ipso complacuit o-

n plenitudinem in-
are, et per eum re-
liare omnia in i-
ı, pacificans per san-
ım Crucis ejus sive
in terris sive quæ
ılis sunt.
Deo gratias.
br. Ipse est pax no-

. Ipse, etc. Hall.,

Qui fecit útraque
ı.
Hall., hall.
Gloria Patri, etc.
pse, etc. Hall., hall.
). Majorem hac di-
nem nemo habet *
ı ut animam suam
; quis pro amicis
Hall. K. k. k.
ıt. IV de Vesp. I.

D VESPERAS II.

ırn. Quoniam tu.
t. in choro. Lauda-
minum Jesum quo-
bonus est psalmus.
hall.
mn. Summi Paren-
lio, *et reliq. ut in*
I. p. 306.
ll. I. Christus pro
animam suam po-
et lavit nos a pec-
in sanguine suo.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. IV. de Vesp. I.

Psall. II. Videte qualem, *p. 307.*

Oratio V.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui, in Sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriantes præcipua in nos charitatis ejus beneficia recolimus, eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per eumdem, etc.

Commem. Dom. currentis.

DOMINICA IV
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Intende voci orationis meæ, Rex meus et Deus meus.

℟. *in choro.* Mira opera tua, Domine. * Et anima mea cognoscit valde.

℣. Tu formasti me et posuisti super me manum tuam; mirificata est scientia tua. * Et anima.

Ant. Psalm., et Orat., *p. 30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Fecit Dominus potentiam in brachio suo. K. k. k.

Psall. I. Populum humilem salvum facies, Domine, et oculos superborum humiliabis.

Psall. II. Fratres, sit nobis cor unum in Deo et anima una: Auctor pacis, Rex Æterne, ab omni malo tu nos defende.

DOMINICA V
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ad vesperum demoretur fletus, Domine; et ad matutinum lætitia.

℟. *in choro.* Erravi sicut ovis quæ perierat: * Require servum tuum, Domine.

℣. Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei: * Require.

Ant. Psalm. et Orat., *p. 30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus Christum Regem Dominum, qui superbos humiliat et exaltat humiles. K. k. k.

Psalm. I. Fac nobiscum, Domine, signum in bonum: ut videant qui oderunt nos, et confundentur.

Psall. II. Exurge, Domine, non prævaleat homo: tibi derelictus est egenus et pauper.

DOMINICA VI
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Salus vultus tui, Deus, suscepit me: et laudabo nomen Dei cum cantico et magnificabo eum in laude.

℟. *in choro.* Domine Deus miserator et misericors; * Patiens et multum misericors et verax, respice in nos et miserere nobis.

℣. Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia tu es Deus solus. * Patiens.

Ant., Psalm. et Orat., *p. 30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Recordatus m

Deus, fecit in me magna, qui potens est. K. k. k.

Psall. I. Tibi, Domine, derelictus est pauper: pupillo tu eris adjutor.

Psall. II. Nec observavimus, nec fecimus quæ præcepisti nobis, ut bene nobis esset: peccavimus, Domine, miserere nobis.

DOMINICA VII
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

℟. *in choro.* Ostende in me, Domine bonitatem tuam, quoniam indignum me salvabis: * Et laudabo te per omnes dies vitæ meæ.

℣. Quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, et tua est gloria in sæcula sæculorum; * Et laudabo.

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Fac, Deus, potentiam in brachio tuo: disperde superbos et exalta humiles. K. k. k.

Psalm. I. Inclina ad me aurem tuam et salva me esto mihi in Deum protectorem.

Psall. II. Peccata mea, *p. 305.*

DOMINICA VIII
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Deus misereatur nobis et benedicat nos: illuminet vultum suum super nos.

℟. *in choro.* Veniant mihi, Domine, miserationes tuæ, ut vivam; * Quia lex tua meditatio mea est.

℣. Manus tuæ, Domine, fecerunt me, et plasmaverunt me. Da mihi intellectum; * Quia, etc.

Ant. Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus, honoremus Regem cœli: quia omnes ambulantes in superbia potens est humiliare. K. k. k.

Psall. I. Salva nos, Domine Deus noster, salva

nos et congrega nos de nationibus.

Psalm. II. Pax in cœlo, *p. 305.*

DOMINICA IX
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. In multitudine, *p. 304*

℟. *in choro.* Mira opera tua, *p. 309.*

Ant. Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Sicut locutus es ad patres nostros, Domine, recordare misericordiæ tuæ. K. k. k.

Psall. I. Oculi mei, *p. 305.*

Psall. II. Fratres, *p. 310.*

DOMINICA X
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ego ad Dominum, *p. 305.*

℟. *in choro.* Erravi sicut ovis, *p. 310.*

Ant. Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., p. 34.

Ant. Abraham et semen ejus, usque in sæculum magnifica Dominum. K. k. k.

Psall. I. Populum humilem, *p. 310.*

Psall. II. Exurge, *ibid.*

DOMINICA XI
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Intende voci, *p. 309.*

℟. *in choro.* Domine Deus, *p. 310.*

Ant. Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Anima mea, magnifica Deum: quia respexit humilitatem meam. K. k. k.

Psall. I. Fac nobiscum, *p. 310.*

Psall. II. Publicanus a longe stans percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori.

DOMINICA XII
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ad vesperum, p. 310.

℟. *in choro.* Ostende n me, *p. 311.*

Ant. Psalm. et Orat.,). *30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Exultavit spiritus neus in Deo: respexit)ominus humilitatem neam. K. k. k.

Psalm. I. Tibi, Domie, derelictus est pau)er: pupillo tu eris adju- or.

Psall. II. Peccata mea,). *305.*

DOMINICA XIII
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Salus rultus tui, *p. 310.*

℟. *in choro.* Veniant nihi, *p. 311.*

Ant. Psalm. et Orat.,). *30.*

Cant, Magnif., *p. 34.*

Ant. Humilitatem meım respexit Dominus: ınima mea, magnifica Deum. K. k. k.

Psall. I. Inclina, *p. 311.*

Psall. II. Pax in cœlo,). *305.*

DOMINICA XIV
post Pentecosten.

AD VESPERAS

Ant. in choro. Laudans invocabo, *p. 311.*

℟. *in choro.* Mira opera, *p. 309.*

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Fecit Dominus potentiam in brachio suo. K. k. k.

Psall. I. Oculi mei, *p. 305.*

Psall. II. Fratres, *p. 310.*

DOMINICA XV
post Pentecosten.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Deus misereatur, *p. 311.*

R. *in choro.* Erravi sicut ovis, *p. 310.*

Ant. Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus Christum, Regem Dominum, qui superbos humiliat, ed exaltat humiles. K. k. k.

Psall. I. Populum humilem, p. 310.

Psall. II. Exurge, *p. 310.*

DOMINICA I
post Decollationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. In multitudine, *p. 304.*

℟. *in choro.* Domine Deus, *p. 310.*

Ant. Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Recordatus mei Deus, fecit in me magna qui potens est. K. k. k.

Psall. I. Fac nobiscum, *p. 310.*

Psall. II. Nec observavimus, *p. 311.*

DOMINICA II
post Decollationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ego ad Dominum, *p. 305.*

℟. *in choro.* Ostende in me, *p. 311.*

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Fac, Deus, potentiam in brachio tuo: *disperde superbos et exalta humiles.* K. k. k.

Psall. I. Tibi, Domine, *p. 311.*

Psall. II. Peccata mea, *p. 305.*

DOMINICA III
post Decollationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Intende voci, *p. 309.*

℟. *in choro.* Veniant mihi, *p. 311.*

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus. honoremus Regem cœli; quia omnes ambulantes in superbia potens est humiliare. K. k. k.

Psall. I. Inclina, *p. 311.*

Psall. II. Pax in cœlo, *p. 305.*

DOMINICA IV
post Decollationem.

Ant. in choro. Ad vesperum, *p. 310.*

℟. *in choro.* Mira opera tua, *p. 369.*

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Sicut locutus es ad patres nostros Do-

mine, recordare misericordiæ tuæ. K. k. k.

Psall. I. Salva nos, *p. 311.*

*Psall.II.*Fratres,*p.310.*

DOMINICA V
post Decollationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Salus vultus tui, *p. 310.*

℟. *in choro.* Domine Deus, *ibid.*

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Abraham et semen ejus, usque in sæculum magnifica Deum. K. k. k.

Psall. I. Oculi mei, *p. 305.*

Psall. II. Exurge, Domine, *p. 310.*

DOMINICA I
Octobris.

Ab hac Dom. incipit Off. hyemale, rituq. hyem. celebrat. usq. ad Pasch. Resurrect.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Laudans invocabo, *p. 311.*

℟. *in choro.* Ostende in me, *ibid.*

Ant., Psalm. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Humilitatem meam respexit Dominus; anima mea, magnifica Deum. K. k. k.

Psall. I. Populum humilem, *p. 310.*

Psall. II. Peccata mea, *p. 305.*

In hac Dom. celebrat. Fest. SS. Rosarii, cujus Off. transfert. in Fer, II. immediate sequent., ut in mense Octob. in Proprio Sanctor.

DOMINICA II
Octobris,

quæ dicit. ante Dedicat

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Deus misereatur, *p. 311.*

℟. *in choro.* Erravi sicut ovis, *p. 310.*

Psalm., Ant. et Orat., p. 30.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Nemo te condemnavit, mulier? Nemo, Domine. Nec ego te con-

demnabo: jam amplius noli peccare. K. k. k.

Psall. I. Inclinavit se Jesus, scribebat in terra: Qui sine peccato est mittat in eam lapidem.

Psall. II. Fratres, *p. 310*.

DOMINICA III
Octobris.
IN DEDICATIONE ECCLESIÆ MAJORIS.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jerusalem.

Hymnus.

Christe, cunctorum dominator alme,
Mente Supremi generate Patris,
Supplicum voces pariterque carmen
Cerne benignus.

Cerne, quod Templi, Deus, ad decorem,
Plebs tuam supplex resonet, per Ædem.
Annuo cujus redeunt colenda
Tempore festa.

Hæc Domus surgit tibi dedicata
Rite, ubi sumit populus sacratum
Corpus ex aris, bibit et beati
Sanguinis haustum.

Hic sacrosancti latices nocentum
Diluunt culpas, perimuntque noxas;
Chrismate invictum genus et creatur
Christicolarum.

Hic salus ægris, medicina fessis,
Lumen et cæcis datur: hic reatu,
Christe, nos solvis; timor atque mœror
Pellitur omnis.

Dæmonis sævi perit hic rapina:
Pervicax monstrum pavet et retentos
Deserens artus, fugit in remotas
Ocyus auras.

Hic Locus Regis vocitatur Aula.
Nempe cœlestis, rutilansque cœli
Porta, quæ vitæ Patriam petentes.
Accipit omnes.

Turbo quem nullus quatit, aut vagantes
Diruunt venti, penetrantque nimbi;
Hanc Domum tetris piceus tenebris
Tartarus horret.

Ergo Te votis petimus, sereno
Annuas vultu, famulos gubernes,
Qui tui summo celebrant amore
Gaudia Templi.

Nulla nos vitæ cruciet procella,
Sint dies læti placidæque noctes;
Nullus ex nobis, pereunte mundo,
Sentiat ignem.

Hic dies, in quo tibi consecratum
Conspicis Templum, tribuat perenne
Gaudium nobis, vigeatque longo
Temporis usu.

Laus poli summum resonet Parentem.
Laus Patris Natum, pariterque Sanctum
Spiritum dulci moduletur hymno
Omne per ævum.
Amen.

℟. *in choro.* Audiam, Domine, vocem laudis tuæ: ✠ Ut enarrem universa mirabilia tua.

℣. Domine, dilexi decorem domus tuæ et locum tabernaculi gloriæ tuæ: ✠ Ut enarrem.

Ant. Omnes gentes.

Psalm. Inclina, Domine, aurem tuam, *p. 26.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Omnes gentes, quascumque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui de vivis et electis lapidibus æternum nomini tuo condis habitaculum, da ædificationi huic incrementa justitiæ: ut ab omnibus hic invocantibus nomen tuum protectionis tuæ auxilium sentiatur. Per Dominum, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Domus mea, dicit Dominus, domus orationis vocabitur. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui, ad honorem

Iter. Hæc est, etc. Hall. hall.

℣. Et vocabitur nomen loci hujus, Aula Dei.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Hæc est, etc. Hall. hall.

Cap. Templum Domini sanctum est: * Dei cultura est, Dei ædificatio Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Bar. 3.

O Israel, quam magna est Domus Domini et ingens Locus possessionis ejus! Magnus, et non habet consummationem, excelsus et immensus.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Beati qui habitant in Domo tua, Domine.

Iter. Beati, etc. Hall. hall.

℣. In sæcula sæculorum laudabunt te, Domine.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. *Beati*, etc. Hall. hall.

Cap. Sanctum est Templum tuum, Domine. * Mirabile in æquitate. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam, tu.

Ant. in choro. Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Reliq. de Vesp. I, præt. ℟. in Bapt. et ℣. 4, qui omittunt.

Psall. II hoc rit. dicit. Templum Domini sanctum est; Dei cultura est, Dei ædificatio.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Templum Domini, etc.

Off. in Dedicat. Eccl. Min. ut infra in Commun. Dedicat.

DOMINICA I
post Dedicationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. In multitudine, etc., *p. 304*.

℟. *in choro*. Ostende in me, Domine, bonitatem tuam, quoniam in-

dignum me salvabis: ✠ Et laudabo te per omnes dies vitæ meæ.

℣. Quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, et tua est gloria in sæcula sæculorum: ✠ Et laudabo.

Ant. Psalm. et Orat., *p. 30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificemus, honoremus Regem cœli; quia omnes ambulantes in superbia potens est humiliare. K. k. k.

Psall. I. Salva nos, *p. 311.*

Psall. II. Pax in cœlo, *p. 305.*

DOMINICA II
post Dedicationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Ego ad Dominum, *p. 305.*

℟. *in choro.* Veniant mihi, Domine, miserationes tuæ, ut vivam; ✠ Quia lex tua meditatio mea est.

℣. Manus tuæ, Domine, fecerunt me et plasmaverunt me: da mihi intellectum; ✠ Quia lex tua.

Ant. Psalm. et Orat., *p. 30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Sicut locutus es ad patres nostros, Domine, recordare misericordiæ tuæ. K. k. k.

Psall. I. Oculi mei, *p. 305.*

Psall. II. Exurge, Domine, *p. 310.*

DOMINICA III
post Dedicationem.

AD VESPERAS.

Ant. in choro. Laudans, *p. 311.*

℟. *in choro.* Erravi sicut ovis quæ perierat: ✠ Require servum tuum, Domine.

℣. Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei. ✠ Require.

Ant., Psalm. et Orat., *p. 30.*

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Abraham et semen ejus, usque in sæculum magnifica Dominum. K. k. k.

Psalm. I. Fac nobiscum, *p. 310.*

Psall. II. Fratres, *p. 310.*

PROPRIUM DE SANCTIS.

De Ss. Off. sol. aut non sol. habentib. Vesp., tam I quam II non dicunt. in Sabb. de Adv., sed fiunt de eod. Sabb. Verum de Ss. Andrea Ap., Gabriele, Ambrosio, Præsentat. et Immac. Concept. B. V. M., S. Joseph ejus Sponso et Eccl. Cath. Patr. et Ss. Patr. Eccl. Vesp. cum Vesp. Sabb. de Adv. concurrentib. fiant de illis Ss., tam I quam II.

In Fer. VI et Sabb. Hebdom. IV et V. de Adv. et Fer. de Except. numq. fit de Ss., etiam sol. Off. habentib., nisi fiat de Ss. Patr. Eccl. et Immac. Concept. B. M. V., aut de prædicto s. Joseph.

FESTA NOVEMBRIS.

Die XI.

S. MARTINI
Ep. et Conf.
Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta, *De Commun. Pont. et Conf.*

Hymnus.

Virtute clarus bellica,
Martinus arma consecrans,
Levesque palmas abdicans,
Trophæa cœlo destinat.

Miles rogantem pauperem,
Diviso amictu, contegit:
Mox ipsa Jesus obvius
In veste splendens adstitit.

O grata cœlo munera!
Rex regum amictus gloria,
Qui vestit orbem, hac dextera
Donoque gaudet indui!

Exul timendus hostibus
Partes Arii despicit:
Accepta gestans vulnera
Pererrat instar Martyris.

Tum strata morbis corpora

Signo salutis érigit,
Minaxque pellit dæmones,
Victor malorum et tartari.
Ut lepra quondam abscederet
Jordane mersa est septies:
Ast illa tanti Præsulis
Uno fugatur osculo
Mors ipsa frustra sæviens,
Defleta jam cadavera
Jussu potentis dexteræ
Ter prompta luci reddidit.
Rogamus ergo supplices:
Tu nos ab alto dirige
Ad bella, ad aras, astraque,
Miles, Sacerdos, Pontifex.
Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℟. *cum Infant.* Vicarius Apostolis Martinus, decus Ecclesiæ, ‡ Orbem terræ sanctificans, divisa cum Christo veste. *Iter. Vicarius, etc.*

℣. Ex ore infantium et lactentium Martinus laudem Dei perfecit, ‡ Orbem terræ, etc.

Ant. Refloruit caro mea.

Psalmus 27.

Ad te, Domine, clamabo: * Deus meus, ne sileas a me.

Ne unquam sileas a me: * et ero similis descendentibus in lacum.

Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, * dum oro ad te,

Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul trahas me cum peccatoribus: * et cum operantibus iniquitatem ne perdideris me;

Cum his qui loquuntur pacem cum proximo suo: * mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera ipsorum, Domine, * et secundum nequitiam studiorum ipsorum;

Et secundum opera manuum eorum tribue illis; * redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intelle-

xerunt opera Domini, et in opera manuum ejus destrues illos, * nec ædificabis eos.

Benedictus Dominus; * quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.

Dominus adjutor meus et protector meus: * et in ipso speravit cor meum, et adjutus sum.

Et refloruit caro mea, * et ex voluntate mea confitebor illi.

Dominus fortitudo plebis suæ, * et protector salutarium Christi sui est.

Salva plebem tuam et benedic hæreditatem tuam; * et rege illos et extolle eos usque in æternum.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor Domino. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, solemnitatem diei hujus propitius intuere: et Ecclesiam tuam, intercessione Beati Martini Pontificis atque Confessoris tui, continua fac celebritate gaudere, omniumque in te credentium vota perfice. Per Dominum, etc.

Ant. Justitia ejus.

Psalm. Beatus vir, *p. 31.*

Ant. Justitia ejus manet in sæculum sæculi. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius: ut, intercessione Beati Martini Confessoris tui atque Pontificis, contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Oculis et manibus in cœlum semper intentus, invictum ab oratione spiritum non relaxabat. K. k. k.

Oratio III.

Deus, cujus cultui deputatur quidquid Sanctis honoris impenditur, intenta oratione abs te

poscimus: ut hunc diem, quem Sancti Martini Episcopi illustrat excessio, celebrem nobis et posteris indulgeas tribuasque; ut, cujus veneratores sumus, imitatores esse mereamur. Per Dominum, etc.

Psall. Dixerunt discipuli ad Beatum Martinum: Cur nos, pater, deseris? Aut cui nos desolatos relinquis? Invadent enim gregem tuum lupi rapaces.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Dixerunt, etc.

Compl. I. Sancti tui, *de Commun. unius Ap.*

Compl. II. Benedictus es. *Ibid.*

Oratio IV.

Adesto, quæsumus, Domine, plebi tuæ: et intercessione Beati Sacerdotis et Confessoris tui Martini confidentem tribue consequi, quod sperare donasti. Per Dominum.

AD TERTIAM

Epistolella.

I Tim. 3.

Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Dispersit, dedit pauperibus.

Iter. Dispersit, etc. * Hall. hall.

℣. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Dispersit, etc. * Hall. hall.

Cap. Gloria et divitiæ in domo ejus: * Et justitia ejus manet in sæculum sæculi. Hall. K. k. k.

Oratio.

Exaudi, Domine, populum tuum tota tibi mente subjectum, et Beati Martini Pontificis tui supplicatione custodi: ut corpore et corde protectus, quod pie credidit, appetat, et, quod juste sperat, obtineat. Per Dominum, etc.

AD SEXTAM.

Epistolella.

I Tim. 4.

Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei et bonæ doctrinæ quam assecutus es.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Gloria et divitiæ in domo ejus.

Iter. Gloria, etc. * Hall. hall.

℣. Et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Gloria, etc. * Hall. hall.

Cap. Refloruit caro mea: * Et ex voluntate mea confitebor Domino. Hall. K. k. k.

Oratio.

Præsta, quæsumus, Domine: ut sicut laudamus in Sancto Martino Confessore tuo atque Pontifice magnalia; sic indulgentiam tuam piis ejus precibus assequamur. Per Dominum.

AD NONAM.

Epistolella.

I Tim. 4.

Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est et futuræ.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Refloruit caro mea.

Iter. Refloruit, etc. * Hall. hall.

℣. Et ex voluntate mea confitebor Domino.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Refloruit, etc. * Hall. hall.

Cap. Dominus adjutor et protector meus: * Et in ipso speravit cor meum, et adjutus sum. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est. *et Ant. in choro.* Lætabitur *de Commun. Pont. et Conf.*

Hymn. de Vesp. I.

in choro. Beati Mar-
meritum factumque
amus. Pauperem
ım, chlamyde indu-
, audit Jesum clara
dicentem: ‡ Marti-
adhuc cathecume-
hac me veste con-
;.
Vere memor Do-
ıs dictorum suorum
ante prædixerat:
ndiu fecistis uni ex
mis istis, mihi fe-
;. ‡ Martinus, etc.
liq. de Vesp. I.
t. ad Magnif. Mar-
Abrahæ sinu lætus
pitur: Martinus, hic
er et modicus, cœ-
dives ingreditur,
ıis cœlestibus ho-
tur. K. k. k.
hæ Vesp. concurrunt
Vesp. Sabb. de Adv.,
iunt de Sancto, sed
ıbb. Adv.

Die XIII.

ANTONINI Mart.

Commun. Martyris.

Oratio I.

əstati tuæ *nos, quæ-*
s, Domine, Beati Martyris tui Antonini supplicatio veneranda conciliet: ut, qui incessanter actibus nostris offendimus, continuis ejus precibus expiemur. Per Dominum, etc.

Oratio II.

Adesto, Domine, precibus familiæ tuæ: et da ut, Beati Antonini Martyris tui, cujus hodie festa celebramus, meritis atque intercessionibus adjuvemur. Per Dominum, etc.

Si contigerit fieri Commem. S. Homoboni Conf. *Psall.* Erit justus, *etc., de Commun. unius Conf.*

Die XVIII.

S. ROMANI Mart.

AD VESPERAS.

De Commun. Martyris præt. sequent.

℟. *in choro.* Dominus, mihi dat linguam eruditionis, hall.: ‡ Ut sciam quando oporteat me dicere. Hall. hall.

℣. Benedictus Dominus Deus meus, qui dedit mihi linguam non

carnalem, sed spiritualem: ‡ Ut sciam.

Ant. Os meum.

Psalmus 48.

Audite hæc, omnes gentes; * auribus percipite, omnes qui habitatis orbem;

Quique terrigenæ et filii hominum, * simul in unum dives et pauper.

Os meum loquetur sapientiam, * et meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo ad similitudinem aurem meam, * aperiam in psalterio propositionem meam.

Ut quid timebo in die mala? * iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtute sua, * et in abundantia divitiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo repropitiationem suam * et pretium redemptionis animæ suæ;

Laboravit in æternum *et vivet in finem*, non *videbit interitum*, * cum viderit sapientes morientes.

Simul insipiens et stultus peribunt, * et relinquent alienis divitias suas.

Sepulchra eorum domus eorum in æternum, * tabernacula eorum in generatione et progenie.

Invocaverunt nomina eorum in terris ipsorum; et homo, in honore cum esset, non intellexit: * comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis.

Hæc via eorum scandalum ipsis: * et postea in ore suo bene prosperabuntur.

Sicut oves in inferno positi, mors depascet eos: et dominabuntur super eos qui recto sunt corde a matutino.

Et auxilium eorum veterascet in inferno, * et a gloria sua expulsi sunt.

Verumtamen Deus liberabit animam meam de manu inferi, * cum acceperit me.

Ne timueris cum dives factus fuerit homo, * aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.

Quoniam non, dum morietur, recipiet omnia; * neque simul descendet cum eo gloria domus ejus:

Quoniam anima ejus in vita ipsius benedicetur; * confitebitur tibi cum benedixeris ipsi.

Introibit usque in progenies patrum ejus, * et usque in æternum non videbit lumen.

Et homo, in honore cum esset, non intellexit: * comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam. K. k. k.

Oratio I.

Plebs tua, Domine, Beati Martyris tui Romani te glorificatione magnificet: et, eodem semper precante, te mereatur habere rectorem. Per Dominum, etc.

Ant. Lingua mea.

Psalm. Deus, in te speravi, *p. 239.*

Ant. Lingua mea meditabitur justitiam tuam. K. k. k.

Oratio II.

Preces populi tui, quæsumus, Domine, clementer exaudi: ut Beati Martyris tui Romani meritis adjuvemur, in cujus annua celebritate lætamur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Si linguæ membrum abscideris, tacentem Deus audit. K. k. k.

Orat. III. de Commun. unius Mart.

Psall. Exultabunt labia mea dum cantavero tibi, et anima mea, quam redemisti, Domine.

Reliq. de Commun. unius Mart.

Die XIX.

S. PONTIANI

Pp. et Mart.

De Commun. Mart. et Pont.

Die XX.

S. BENIGNI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont.

Die XXI.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS B. MARIÆ V.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*

℟. *cum Infant.* Exiet virga de radice Jesse; ✠ Et implebit terram majestas Domini.

Iter. Exiet virga, etc.

℣. Et qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt: et flos de radice ejus ascendet: ✠ Et implebit.

Ant. De radice.

Psalm. Deus, in nomine tuo, *p. 1.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. De radice Jesse exiet virga, et regni ejus non erit finis. K. k. k.

Oratio I.

Supplicationem servorum tuorum, Deus miserator exaudi: ut, qui *in Præsentatione* Dei Genitricis *et Virginis* Mariæ congregamur, ejus intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem.

Ant. Beata progenies.

Psalm. Eructavit, *ut in Vesp. I de Commun. Virg. et Mart.*

Ant. Beata progenies unde Christus natus est. Quam gloriosa est Virgo, quæ cœli Regem genuit! K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui virginalem aulam Beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es, da, quæsumus: ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse festivitati. Qui vivis, etc.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei Genitrix, intercede pro nobis. K. k. k.

Oratio III.

Famulis tuis, quæsumus, Domine, cœlestis

gratiæ munus impartire: ut, quibus Beatæ Virginis Mariæ Partus extitit salutis exordium, Præsentationis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum, etc.

Psall. Erit radix Jesse: et qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Erit radix.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ad Beatæ Mariæ semper Virginis gaudia æterna pertingere: de cujus nos veneranda Præsentatione tribuis annua solemnitate gaudere. Per Dominum.

Commem. s. Benigni.

Psall. Ecce sacerdos, *ut in Commun. Pont. et Conf.*

AD TERTIAM.

Epistolella.

Cant. 6.

Viderunt eam filiæ Sion et beatissimam prædicaverunt, et reginæ laudaverunt eam.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ave, Virgo Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Iter. Ave, etc. * Hall. hall.

℣. Benedicta tu inter mulieres.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ave, etc. * Hall. hall.

Cap. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix: * Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Hall. K. k. k.

Oratio I de Vesp.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Cant. 6.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

Iter. Ora, etc. * Hall. hall.

℣. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Ora, etc. * Hall. hall.
Cap. Diffusa est gratia in labiis tuis: * Propterea benedixit te Deus in æternum. Hall. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccl. 24.

Ab initio et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Diffusa est gratia in labiis tuis.
Iter. Diffusa, etc,* Hall. hall.
℣. Propterea benedixit te Deus in æternum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Diffusa, etc. Hall. hall.
Cap. Specie tua et pulchritudine tua, * Intende prospera et regna. Hall. *K. k. k.*
Orat. IV de Vesp I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Lætamini, cœli, simul cum eo; et adorent eum omnes Angeli Dei.
Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*
℟. *in choro.* Exiet virga, *ut sup. in Vesp. I, sed sine Infant.*
Psalm. Dilexi, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68*
Ant. De Radice Jesse exiet virga: et regni ejus non erit finis. K. k. k.
Orat. I. et reliq. de Vesp. I præt. seq.
Psall. Virgo Verbum concepit, Virgo permansit, Virgo genuit Regem omnium regum.
Commem. S. Cæciliæ.
Psall. Cantantibus, organis *ut infra.*
Orat. I. de propr.

Die XXII.

S. CÆCILIÆ

Virg. et Mart.

De Commun. Virg. et Mart. præt. seq.

AD VESPERAS.

℟. *in choro.* Domine Jesu Christe, Pastor bone, Seminator casti consilii, suscipe seminum fructus, quos in Cæcilia seminasti: * Cæcilia famula tua, quasi ovis tibi augmentosa deservit. ℣. Nam sponsum, quem quasi leonem ferocem accepit, ad te quasi agnum mansuetissimum destinavit: * Cæcilia, etc.

Oratio I.

Deus, cui Beata Cæcilia ita devotione placuit castitatis, ut sponsum Valerianum affinemque Tiburtium tibi fecerit con-[s]ecrari, tribue, quæsu-[m]us: ut, ea intercedente [p]ro nobis, beneficia tui [m]uneris percipere me-[re]amur. Per Dominum.

Oratio II.

[Co]ncede, quæsumus, o-[mni]potens Deus: ut in festivitate Beatæ [Mar]tyris tuæ Cæciliæ, [qu]ad cœlestia meruit [... glo]ri præmia, conjunctis sibi Tiburtio et V[a]leriano, eorum merit[is] et suffragiis adjuvemur. Per Dominum.

Psall. Cantantibus organis, Cæcilia Domino decantabat, dicens: Fiat cor meum immaculatum, ut non confundar.

Die XXIII.

S. CLEMENTIS Pp. et Mart.

Sol.

De Comm. Mart., Pont.

AD VESPERAS.

℟. *in choro.* Orante Sancto Clemente, apparuit ei Agnus Dei; sub cujus pede fons vivus emanavit. * Videntes populi laudem dicebant: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. ℣. Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ. * Videntes, etc.

Oratio I.

Beati Pontificis et Martyris tui Clementis, quæsumus, Domine, in conspectu divinæ majestatis tuæ pro nobis ascen-

dat oratio: cui beatam societatem cum tuis donari jussisti Apostolis et Martyribus. Per Dominum.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beati Pontificis et Martyris tui Clementis adjuvemur auxilio, cui in deserto, populus ut crederet, admirabilem contulisti potentiam, ut sitientibus, ex tumulis, quos eis natura negabat, fontium liquores produceret. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Vidi supra montem Agnum stantem, sub cujus pede fons vivus emanavit. K. k. k.

Oratio III.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis, da nobis in Beati Clementis annua solemnitate lætari: qui, Filii tui Martyr et Pontifex, quod *mysterio gessit*, testimo*nio comprobavit*, et quod *ore prædicavit*, confirmavit exemplo. Per eundem.

Psall. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei; et in medio ejus Dominus non commovebitur.

Oratio IV.

Beati Sacerdotis et Martyris tui Clementis natalitia veneranda, quæsumus, Domine, Ecclesia tua devote suscipiat: et magnæ glorificationis efficiatur amore devotior. Per Dominum.

Die xxiv.

S. PROTASII

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die xxv.

S. CATHARINÆ

Virg. et Mart.

Sol.

De Commun. Virg. et Mart.

Oratio I.

Deus, qui dedisti Legem Moysi in summitate montis Sinai, et in eodem

loco corpus Beatæ Catharinæ Virginis et Martyris tuæ, per Angelos tuos mirabiliter collocasti, præsta, quæsumus: ut ejus meritis et intercessione, ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus. Per eumdem.

Oratio II.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui corpus Beatæ Catharinæ Virginis et Martyris tuæ in montem Sinai deferri jussisti, concede, quæsumus ejus obtentu nos ad arcem virtutum provehi, ubi visionis tuæ claritatem sine fine mereamur intueri. Per Dominum.

Orat. III. Deus, qui nos per Beatam, *de Commun. Virg. et Mart.*

Orat. IV. Deus, qui inter cætera, *ibid.*

Die XXVIII.

S. JOANNIS DE DEO.

Confessoris.

Sol.

De Commun. Conf.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Joannem tuo amore succensum inter flammas innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole fœcundasti; præsta, ipsius suffragantibus meritis: ut igne charitatis tuæ vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

Die XXX.

IN FESTO

S. ANDREÆ AP.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est, *de Commun. Ap.*

Hymnus.

Apostolorum Principem
Germanus Andreas sequens
Beat salutis prospero
Truces Achæos nuncio.
Patræ revinctum carcere
Servant in arcto vincula;
Pœnis acerbis cæditur,
Tortor calet vesania.
Discerptus ictu plurimo,
Ligno crucis suspenditur;
Pergit superstes biduo

Fidem docere cœlicam.
Plebea vox attollitur
Charum reposcens Numini,
Jubetque pœnis éximi
Fuso cruentum sanguine.
Festinat ad crucem ferus
Velut solutum carnifex,
Hunc orat Andreas, cruce
Ne se beata detrahat.
Tum frater Ægeæ pius
Mentem reprendit impiam,
Injusta questus criminis
Tormenta ferre nescium.
Jam nunc cruore barbara
Pascas, Tyranne, pectora,
Crucis triumphus callidum
Devicit hostem Tartari.
Imploret ergo Numinis
Apostolus clementiam,
Possimus ut nos consequi
In fine sancta præmia.
Patri simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℟. *cum Infant.* Dum perambularet Dominus juxta mare secus litus Galilææ, vidit Petrum et Andream retia mittentes in mare; * Vocavit eos dicens: Venite post me; faciam vos piscatores hominum.

Iter. Dum perambularet, etc.

℣. Exaudi, Deus, deprecationem meam; intende orationi meæ. A finibus terræ, * Vocavit eos, etc.

Ant. Unus ex duobus.

Psalm. Omnes gentes, *ut in Vesp. I de Commun. unius Ap.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Unus ex duobus, qui secuti sunt Dominum, erat Andreas frater Simonis Petri. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui hunc diem Beati Apostoli tui Andreæ martyrio consecrasti, da nobis de ejus festivitate lætari: ut apud

misericordiam tuam et exemplis ejus adjuvemur et meritis. Per Dominum.

Ant. Justus homo.

Psalm. Domine, probasti, *p. 53.*

Ant. Justus homo et amicus Dei ducitur ad mortem. K. k. k.

Oratio II.

Da tuorum, quæsumus, Domine, habitator æterne Sanctorum: ut Beati Apostoli tui Andreæ pretiosa natalitia, non solum ministerio corporali, sed et mentis veneremur affectu. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Suscipe, beata Crux, humilem propter Deum; suscipe discipulum ejus, qui pependit in te. K. k. k.

Oratio III.

Da nobis, quæsumus, Domine Deus noster, Beati Apostoli tui Andreæ intercessionibus sublevari: ut, per quem Ecclesiæ tuæ superni muneris rudimenta donasti, per eum subsidia perpetuæ salutis impendas. Per Dominum.

Psall. Andreas Apostolus exclamavit, dicens: Salve, Crux, quæ diu fatigata requiescis expectans me; certissime enim scio pandere te: suscipe discipulum ejus qui pependit in te.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Andreas, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Exaudi, Domine, populum tuum cum Sancti Apostoli tui Andreæ patrocinio supplicantem; ut tuo semper auxilio secura tibi possit devotione servire. Per Dominum.

Commemoratio Baptismi S. Ambrosii.

Psall. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Inveni, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Deus, qui per sanctum Baptismum, Beatum Ambrosium tui nominis Confessorem esse signasti, præsta, quæsumus: ut ejus meritis protegamur, in cujus festivitate annua devotione lætamur. Per Dominum.

Ad Horas, omn. de Commun. unius Ap. præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est.

Ant. in choro. Videns admirabatur præsentium multitudo cœleste certamen et spiritale præmium, Apostolum Domini fuisse victorem: qui voce libera in agone suo fuit lætus, ac liber pugnavit et vicit.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro.* Hic est Beatus Andreas, qui per omnem Patram prædicavit verbum Domini propterea meruit patibulum crucis, ✠ Ut lætus ascenderet ad Dominum Jesum Christum.

℣. Expandit manus suas tota die in cruce ad populum, ✠ Ut lætus, etc.

Ant. Biduo vivens.

Psalm. Cœli enarrant, *de Commun. unius Ap.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Biduo vivens pendebat in cruce pro Christi nomine Beatus Andreas et docebat populum. K. k. k.

Reliq. de Vesp. I præt. seq. Ant. ad Magnif. Salve, Crux, quæ Corpori Christi dedicata es: suscipe me et redde me Magistro meo. K. k. k.

Commem. S. Castritiani nisi transferatur.

Psall. Ecce sacerdos, *ut in Commun. Pont. et Conf.*

Orat. Sanctus Sacerdos, *ut infra.*

FESTA DECEMBRIS.

Die I.

S. CASTRITIANI
Ep. et Conf.

Sol.

De Comm. Pont. et Conf.

Oratio I.

Sanctus Sacerdos et Confessor tuus Castritianus, quæsumus, Domine, pro nobis apud te sedulus supplicator existat: ut cunctis reatibus absolvamur, et ad vitam cum Sanctis et Electis tuis, te miserante, perducamur æternam. Per Dominum.

Oratio II.

Prætende super nos dexteram tuam, Domine Deus noster: et, per venerandam festivitatem gloriosi Pontificis tui Castritiani, suffragium nobis supernæ virtutis impende. Per Dominum.

Die II.

S. FRANCISCI XAV.
Conf. et Sac.

Sol.

De Commun. Conf. et Sac.

Oratio I.

Deus, qui Indiarum gentes, Beati Francisci prædicatione et miraculis, Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti, concede propitius: ut, cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui Beatum Franciscum Confessorem gloriæ tuæ propagatorem eximium effecisti, concede propitius: ut, eo intercedente, cœlestis gloriæ tuæ participes esse mereamur. Per Dominum.

Die III.

S. MIROCLIS

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Oratio I.

Concede famulis tuis, quæsumus, Domine, Beati Sacerdotis et Confessoris tui Miroclis festivitate gaudere: et ejus sancta deprecatione defendi. Per Dominum.

Oratio II

Misericordiam tuam, quæsumus, omnipotens Deus, nobis clementer impende: et Beati Sacerdotis atque Confessoris tui Miroclis nobis placare suffragiis. Per Dominum.

Orat. III. Deus, qui nos Beati, *de Comm. Pont. et Conf.*

Orat. IV. Beatus Confessor, *ibid.*

In Vesp. II commem. S. Barbaræ Virg. et Mart.

Die IV.

S. BARBARÆ

Virg. et Mart.

D Comm. Virg. et Mart.

Die V.

S. GABRIELIS ARCHANGELI

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Regis supremi Nuncio
Festum sacrèmus canticum,
Qui nos ab alto visitet,
Cœlique donis repleat.
Hic, jussa reddens Numinis,
Almam salutat Virginem,
Matrisque honorem deferens,
Cœlesti adimplet gratia.
Maria secum provida
Vocem revolvens Angeli,
Arcana Verbi cogitat
Turbata fatu mystico.
Mentem serenans Aliger
Velamen altum detegit,
Fideque firma muniens
Castum timorem discutit.
Ancilla fidens protinus

Votis supernis annuit,
Partus futuri præscia,
Salvo pudoris vinculo.
Functus decoro munere
Victor triumphat Gabriel,
Astrisque demum redditus
Felix reponit nuncium.
Nobis precator, quæsumus,
Adsis, Minister Spiritus,
Aures benignæ Virginis
Inflecte nostris vocibus.
Patri simul cum Filio
Ac Spiritu Paraclito,
Sicut fuit, sit gloria.
In sæculorum sæcula.
Amen.

℟. *cum Infant.* Descendit Gabriel Angelus ad Zachariam, dicens: * Ne timeas, quoniam exaudita est deprecatio tua; et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Joannem.

Iter. Descendit, etc.

℣. Et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum; ait autem ad illum Angelus: * *Ne timeas, etc.*

Ant. Ingresso Zacharia.

Psalm. Cœli enarrant, *ut in Commun. unius Ap.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ingresso Zacharia templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus, stans a dextris Altaris incensi. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui inter cæteros Angelos, ad annunciandum Incarnationis tuæ mysterium Gabrielem Archangelum elegisti, concede propitius: ut, qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in cœlis. Qui vivis.

Ant. Ego sum Gabriel.

Psalm. Domine Dominus noster, *ut in Commun. unius Mart. ad Vesp. II.*

Ant. Ego sum Gabriel Angelus, qui asto ante Deum, et missus sum loqui ad te. K. k. k.

Oratio II.

Supplices te rogamus,

omnipotens Deus: ut corda nostra, ab omni vitiorum labe purgata Spiritus Sancti rore perfundantur, quem Beatus Gabriel Archangelus in Unigeniti tui Matrem superventurum esse nunciavit. Qui tecum, etc., in unitate ejusdem, etc.

Ant. Gabriel Angelus.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Gabriel Angelus locutus est Mariæ dicens: Ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen ejus Jesum. K. k. k.

Oratio III.

Sancti Gabrielis Archangeli merita recolentes, quæsumus, Domine Deus noster: ut illius gratiæ participes esse mereamur, quam Beata Maria Virgo, eodem Angelo nunciante, apud te invenisse cognovit. Per Dominum.

Psall. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam *virum non* cognosco? Et *respondens* Gabriel Angelus *dixit ei*: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Dixit autem, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Vota populi tui, clementissime Pater, propitiatus exaudi: quia in ejus solemnitate tibi deferuntur, quem æternæ salutis Nuncium esse voluisti. Per Dominum.

Commem. S. Dalmatii de commun. Mart. et Pont.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beato Dalmatio Martyri et Pontifici tuo non solum credere Unigenito Filio tuo, sed etiam pro ipso pati posse tribuisti, concede propitius: ut misericordiam sempiternam, pro qua ipse feliciter dimicavit, nos quoque famuli tui percipere mereamur. Per eumdem.

Si Fest. S. Gabrielis cadit in Fer. II, tunc in

Vesp. Dom. IV Adv. fit commem. prædicta.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini, et docuit me: et locutus est mihi et dixit: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, et intelligeres. Dan. 9.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Stetit Angelus juxta aram templi.

Iter. Stetit Angelus, etc. * Hall. hall.

℣. Habens thuribulum aureum in manu sua.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Stetit Angelus, etc. * Hall. hall.

Cap. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini * De manu Angeli. Hall. K. k. k.

Oratio.

Deus, qui ineffabile Incarnationis mysterium per os Beati Gabrielis nobis revelare voluisti, concede propitius: ut, hujus Archangeli interveniente snffragio, ejusdem Incarnationis fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui tecum.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, ut finem accipiat peccatum, et impleatur visio et prophetia et ungatur Sanctus Sanctorum. Dan. 9.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

Iter. Ascendit fumus, etc. * Hall. hall.

℣. De manu Angeli.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ascendit fumus, etc. * Hall. hall.

Cap. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus; * Adorabo ad templum sanctum tu-

um et confitebor nomini tuo. Hall. K. k. k.

Oratio.

Tribue, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sicut Angelus Gabriel præ cæteris delectus fuit, qui Beatam Virginem salutaret, sic ad æternam nobis impetrandam salutem præcipuus apud te intercessor existat. Per Dominum, etc.

AD NONAM.

Epistolella.

Dan. 9.

Scito ergo, et animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem usque ad Christum Ducem, hebdomades septem et hebdomades sexaginta duæ erunt.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

Iter. In conspectu, etc. * Hall. hall.

℣. Adorabo ad templum sanctum tuum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℣. In conspectu, etc. * *Hall.* hall.

Cap. Adorate Deum, * Omnes Angeli ejus. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Respondens Angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, et missus sum loqui ad te, et hæc tibi evangelizare.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro.* Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum, et missus sum loqui ad te et hæc evangelizare: ‡ Ecce eris tacens et non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant.

℣. Pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur tempore suo. ‡ Ecce, etc.

Ant. Gabriel Angelus apparuit.

Psalmus 33.

Benedicam Dominum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: * audiant mansueti et lætentur.

Magnificate Dominum mecum, * et exaltemus nomen ejus in invicem.

Inquisivi Dominum, et exaudivit me, * et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum et illuminamini; * et vultus vestri non erubescent.

Iste pauper clamavit et Dominus exaudivit eum, * et ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum * et eripiet eos.

Gustate et videte quoniam suavis est Dominus: * beatus vir qui sperat in eum.

Timete Dominum omnes sancti ejus; * quoniam nihil deest timentibus eum.

Divites eguerunt et esurierunt: * inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

Venite, filii, audite me: * timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam * et cupit *videre dies bonos?*

Cohibe linguam tuam a malo; * et labia tua ne loquantur dolum.

Declina a malo et fac bonum; * inquire pacem, sequere eam.

Oculi Domini super justos, * et aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala, * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos, * et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, * et humiles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justorum: * et de omnibus iis liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum; * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: * et qui oderunt justum, delinquent.

Redimet Dominus animas servorum suorum: * et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Gabriel Angelus apparuit Zachariæ dicens: Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

Ant. Ego sum Gabriel

Psalm. Domine, Dominus noster, *ut in Commun. unius Mart. ad Vesp. II.*

Ant. Ego sum Gabriel Angelus, qui asto ante Deum, et missus sum loqui ad te. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

Ant. Suscipe verbum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Suscipe verbum, Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum Gabrielem transmissum est. K. k. k.

Orat. III, et reliq. ut in Vesp. I.

Die VI.

S. NICOLAI

Ep. et Conf.

De Comm. Pont. et Conf.

Oratio I.

Sempiterna beatitudine, misericors Deus, fidelium plebem ad te concurrentem confirma: et, quam pii Pastoris et Confessoris tui Nicolai celebritate fecisti devotam, ejus semper præsenti subsidio ab omni adversitate tuere. Per Dominum.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos, veneratione Beati Pontificis et Confessoris tui Nicolai, præsentis diei solemnitatem celebrare concedis, tribue, quæsumus: ut cum eodem ad cœlestis vitæ gaudia pervenire mereamur. Per Dominum.

Die VII.

IN FESTO ORDIN. S. AMBROSII

Ep., Conf., Doct. et Patr.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta *de Commun. Pont. et Conf.*

Hymnus.

Nostrum Parentem maximum

Canamus omnes, turbidas
Qui fluctuantis sæculi
Terris procellas expulit.
Puer quiescit; floreis
Apes labellis insident;
Mellis magistræ melleum
Signant ducem facundiæ.
Parvam, futuri præscius,
Dextram coli vult osculis;
Vix dum solutus fasciis
Quærit tiaræ tænias.
Infans locutus, Insubrum
Ambrosio fert infulam:
Hanc fugit: at semper fugam
Honos fefellit obvius.
Velat sacrata denique
Doctum tiara verticem;
Ceu tectus ora casside,
Bellum minatur Ario
Non sceptra concussus timet,
Non imperantem fœminam;
Temploque, clausis postibus,
Arcet cruentum Cæsarem.
Sordes fluentis abluit
Aurelii cœlestibus;
Fide coæquans Martyres.
Invenit artus Martyrum.
Jam nunc furentem Tartari
Lupum flagello submove;
Quem Pastor olim rexeris,
Gregem tuere jugiter.
Deo Patri sit gloria
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *cum Infant.* Disposui testamentum Electis meis, juravi David servo meo: * Præparabo et ædificabo in sæculum sæculi sedem tuam.

Iter. Disposui, etc.

℣. Pronunciabo veritatem tuam in ore meo, quoniam dixisti: * Præparabo, etc.

Ant. Tu es Sacerdos.

Psalm. Dixit Dominus, *p. 30.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Tu es Sacerdos in æternum secundum

ordinem Melchisedech. K. k. k.

Oratio I.

Deus, mundi auctor et conditor, qui hodiernæ festivitatis diem Beati Ambrosii Sacerdotis electione consecrasti, præsta populo tuo: ut, cujus annua celebritate devotis exultat obsequiis, ejus patrocinio tuæ pietatis consequatur auxilium. Per Dominum.

Ant. Ordinatione tua.

Psalm. In æternum, Domine, *p. 18.*

Ant. Ordinatione tua, Domine, permanet dies; quia omnia serviunt tibi. K. k. k.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Sacerdotis tui Ambrosii et Pontificatus officio et Fidei munere sublimasti, tribue supplicibus tuis: ut quidquid contagione peccati contractum est, ipso pro nobis intercedente, solvatur. Per Dominum.

Ant. Posui adjutorium.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi eum, dicit Dominus. K. k. k.

Oratio III.

Æterne omnipotens Deus, qui Beatum Ambrosium tui nominis Confessorem non solum huic Ecclesiæ, sed omnibus per mundum diffusis Ecclesiis Doctorem dedisti, præsta: ut, quod ille Divino afflatus Spiritu docuit, nostris jugiter stabiliatur in cordibus, et quem Patronum, te donante, amplectimur, eum apud tuam misericordiam defensorem habeamus. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem, etc.

Psall. Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Exaltent, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui Beatum Am-

brosium Pontificem Sanctorum meritis coæquasti, concede propitius: ut, qui Ordinationis ejus festa percolimus, vitæ quoque imitemus, exempla. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Fratres. Audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis; quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum. Eph. 3.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Inveni David servum meum.

Iter. Inveni, etc. * Hall. hall.

℣. Oleo sancto meo unxi eum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Inveni, etc. * Hall. hall.

Cap. Unxit te Deus, Deus tuus * Oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Unxit illum oleo sancto: factum est illi in testamentum æternum, fungi sacerdotio et habere laudem et glorificare populum suum in nomine suo. Eccl. 45.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Unxit te Deus, Deus tuus.

Iter. Unxit, etc. * Hall. hall.

℣. Oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Unxit, etc. * Hall. hall.

Cap. Beatus, quem elegisti et assumpsisti. * Ipse habitabit in atriis tuis. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM

Epistolella.

Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium Deo, incensum et bonum odorem, in me- Eccl. 45.

moriam placare pro populo suo: et dedit illi in præceptis suis potestatem.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Beatus, quem elegisti et assumpsisti. *Iter.* Beatus, etc.* Hall. hall.

℣. Inhabitabit in atriis tuis.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Beatus, etc. * Hall. hall.

Cap. Exaltent eum in ecclesia plebis: * Et in cathedra seniorum laudent eum. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est, *de Commun. Pont. et Conf.*

Ant. in choro. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, dicit Dominus: confortare populum meum, ne timeas: Ecce Dominus Deus tuus ante te est, et non te derelinquet.

Hymn. de Vesp. I.

℟, *in choro.* Dignum te Sacerdotem sibi omnipotens Deus elegit æterno pro nomine: et merito dignam gloriam ‡ In te contulit Christus Dominus.

℣. Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine: bonitatem et disciplinam et scientiam ‡ In te, etc.

Reliq., de Vesp. I.

Commememoratio.

Immac. Concept. B. M. V.

Psall. Hodie egressa est Virgo de radice Jesse; Hodie, sine ulla peccati labe, concepta est Maria: Hodie contritum est ab ea caput serpentis antiqui. Hall.

℣. Gloria Patri.

Iter. Hodie, etc.

Compl.I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, quæsumus: ut, qui ex morte ejusdem Filii tui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos, ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem.

Die VIII.

IN FESTO
IMMAC. CONCEPT.
B. M. V.
Sol.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Prov. 8.
Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Deus omnipotens præcinxit me virtute.

Iter. Deus, etc. * Hall. hall.

℣. Et posuit immaculatam viam meam.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Deus, etc. * Hall. hall.

Cap. In hoc cognovi quoniam voluisti me. * Quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Hall. K. k. k.

Oratio.

Deus, qui per Immaculatam, *etc. ut supra.*

AD SEXTAM.

Epistolella.

Ezech. 44.
Porta hæc clausa erit, non aperietur, et vir non intrabit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam: eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* In hoc cognovi quoniam voluisti me.

Iter. In hoc, etc. * Hall. hall.

℣. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

℟. Hall. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In hoc, etc. * Hall. hall.

Cap. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. * Nec delectasti inimicos meos super me. Hall. K. k. k.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui tantam Mariæ gratiam contulisti ad vincendum ex omni parte peccatum, ut ex ipso etiam Adam,

in quo omnes peccaverunt, sola sine labe generetur, nostrorum, quæsumus, ablue maculas peccatorum, et præsta: ut in posterum sancti et immaculati in conspectu tuo, in charitate inveniri mereamur. Per Dominum.

AD NONAM.

Epistolella.

Apoc. 12

Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta Sole, et Luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

℣. Deo gratias.

℟. *br.* Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me.

Iter. Exaltabo te, etc. * Hall. hall.

℣. Nec delectasti inimicos meos super me.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Exaltabo te, etc. * Hall. hall.

Cap. Immaculata Conceptio tua, Dei Genitrix *Virgo*, * Gaudium annunciavit universo mundo. Hall. h. h. h.

Oratio.

Bonorum omnium largitor Deus, qui Beatam Virginem Mariam, ut Mater esset Filii tui, in ipsa sua Conceptione, et serpentis caput contere-re, et gratia plenam esse dedisti, piissima ejus nobis intercessione concede: ut, de antiquo hoste semper triumphantes, in via immaculata jugiter ambulemus. Per eundem.

AD VESPERAS.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Deus enim creavit me in justitia, et apprehendit manum meam, et servavit me.

Hymnus.

O Virgo sole purior
Conceptu in ipso prodiens:
Sic Te salutat credita

Petro docenti Ecclesia.
Te ne cruentus læserit
Serpens veneno originis,
Trino dicatam Numini
Sponsam, Parentem, Filiam?
Non hoc sonant Altissimi
Coœva culpæ oracula:
Invicta surget Fœmina
Hostile quæ terat caput.
Recepta ab ævo in Virginem
Non hoc docent præsagia:
Arca salutis naufrago
Mundo superstes unica,
Rorans adusta in area
Vellus, ligustrum promicans
Inter rubeta, in montibus
Fundata sanctis civitas.
Sic labis omnis integram
Te sæcla tradunt conscia;
Sic Præsulum, sic gentium
Vota triumphant Dogmate.
Qua sol refulget, obsequens
Se flectit orbis Judici:
Assueta, Virgo, laureis
Hoc junge sertum pristinis.
Ab angue vinci nescia,
Defende ab angue filios;
Quacumque luctans ingruit
Victrice planta contere.
Jesu, Tibi, qui Virginis
Immaculatæ es Filius,
Cum Patre et Almo Spiritu,
Sit sempiterna gloria. Amen.

℟. *in choro.* Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. ‡ Emissiones tuæ Paradisus, o Maria.

℣. Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. ‡ Emissiones tuæ, etc.

Ant. Gloriosa dicta sunt.

Psalm. Fundamenta, ejus, etc., *de commun. unius Virg.*

Psalm. Ecce, nunc, et Laudate, *p. 68.*

Ant. Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei: fundavit te Dominus in montibus sanctis. K. K. K.

Oratio I.

Deus, qui per Immaculatam,etc., *ut sup., p. 350.*

Ant. Diffusa est gratia.

Psalm. Eructavit cor meum, etc., *de commun. unius Virg.*

Ant. Diffusa est gratia in Conceptione ejus; et speciosa apparuit inter filias hominum. K. k. k.

Oratio II.

Omnipotens, sempiterne Deus, etc., *ut sup. ad Sext.*

Cant. Magnificat, *p. 34.*

Ant. Tota pulchra es, Maria: et macula originalis non est in te. Hall. K. k. k.

Oratio III.

Totius misericordiæ Deus, qui, redempturus mundum, operationem tuam a Maria inchoasti, ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima, ac modo prorsus singulari fructum salutis hauriret ex pignore, concede propitius: ut, Immaculatam Genitricis tuæ Conceptionem venerantes, et ab omnium peccatorum maculis mereamur emundari, et per viam semper tibi placitam ad æternam valeamus salutem pervenire. Qui vivis, etc.

Psall. Hodie egressa est Virgo de radice Jesse, hodie sine ulla peccati labe concepta est Maria: hodie contritum est ab ea caput serpentis antiqui. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hodie, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl II. Benedictus es.

Oratio IV.

Bonorum omnium largitor Deus, etc., *ut sup. ad Non.*

Commem. S. Syri Pont. et Conf. nisi transferat.

Psall. Ecce Sacerdos, etc., *de Commun. Pont. et Conf.*

Oratio propr., ut infra.

MONITUM PRO I VESP. UBI OCCURRANT.

Si, vel ratione Diœc. a Mediol. diversæ, vel ra-

tione Titularis Eccl. propr. I Vesp. sint faciendæ, omn. sumant. ex II Vesp., sed sub dupl. advertentia: 1.° omittendi omnino Ant. in Choro post Lucern., (nam hæc non nisi II Vesp. convenit); 2.° iterandi ℟. *post Hymn. usq. ad* ℣, *ad modum* ℟. cum infantibus.

Die IX.

S. SYRI

Ep. et Conf.

De Commun. Pont. et Conf.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, tribue nos semper et ubique gloriosi Pontificis tui Syri muniri suffragiis: ut, ejus opitulantibus meritis, famulatus nostri placere tibi possint obsequia. Per Dominum.

Oratio II.

Populi tui precibus annue, quæsumus, clementissime Deus: et quos diei præsentis lætari fecisti pio cul[illegible] tistitis tui Syri supplicationibus exoratus, æterno fac Sanctorum tuorum interesse consortio. Per Dominum.

Die X.

S. MELCHIADIS

Pp. et Mart.

De Commun. Mart. et Pont.

Die XII.

S. JOSEPH

SPONSI B. V. M.

et Eccl. Cath. Patr.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est, *de Commun. Conf.*

Hymnus.

Dignum canentes Angeli
Carmen Josepho pangite,
Qui dormienti Numinis
Olim tulistis nuncia.
Regina cœli jungitur
Intacta Virgo Virgini,
Dotata Solis lumine,
Repleta Sancto Spiritu.
[illegible]ivinus Infans nascitur;

Gestit Parens coercitum
Vagire Verbum fasciis
Risumque flere Cœlitum

Fuga jubetur præpeti
Servare Numen, Angelo
Paret monenti, Ægyptiis
Lucem tenebris deferens.

Regum creatus sanguine
Pater Dei nutritius,
Prolem Superni regiam
In orbe Patris éducat.

Amissus inde quæritur
Puer; repertus gaudium
Reddit paternum; subditus
Patris laborem sublevat.

Astante demum Filio
Sponsaque, lætus interit;
Præsente Vita, funeris
Vicem Josephus despicit.

Te deprecamur, spiritus
Defende nostros, corporum
Ut liberati carcere
Æterna vincla nesciant.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu.
In sempiterna sæcula. Amen.

℟. *cum Infant.* Misit Herodes rex ad perdendum Puerum. * Et non invenerunt eum, quia Nuncius Domini apparuit Joseph, dicens: Vade in Ægyptum.

Iter. Misit Herodes, etc.

℣. Ex Ægypto vocavi Filium meum. Defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri. * Et non, etc.

Ant. Laborabit justus.

Psalm. Audite hæc, *de Commun. Sac. Conf.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Laborabit justus in finem, vivet in æternum; quoniam non videbit interitum. K. k. k.

Oratio I.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Domine, meritis adjuvemur: ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis, etc.

Psalm. Beatus vir, *p. 31.*

Ant. In memoria æterna erit justus, ab auditu malo non timebit. K. k. k.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beatissimum Confessorem tuum Joseph sacratissimæ Virginis Mariæ Sponsum mirabili providentia destinasti, præsta, quæsumus: ut nos quoque famuli tui, amborum meritis et intercessione suffulti, post divinæ gratiæ sponsalia in terris, beatissimo gloriæ connubio collocemur in cœlis. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. K. k. k.

Oratio III.

Adesto nobis, quæsumus, misericors Deus: et intercedente Beato Joseph Confessore, gratiæ tuæ circa nos propitiatus dona custodi. *Per Dominum.*

Psall. Joseph conturbatus est de utero Virginis: Verbum caro factum est et habitavit in nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Joseph, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Exaudi, Domine, famulos tuos toto tibi corde subjectos: ut eos, intercedente Beato Joseph Genitricis Filii tui Sponso, perpetuæ mortis casibus eripiens, gaudiis facias perfrui sempiternis. Per eumdem.

Ad Horas, omn. de Commun. Conf., præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Lucern. et Ant. in choro de Commun. Conf.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in Choro.* Ex Ægypto vocavi Filium meum: ✠ Defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri.

℣. Angelus Domini ap-

paruit Joseph, dicens: Surge, tolle Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel: ‡ Defuncti, etc.

Reliq. de Vesp. I.

Commem. S. Luciæ Virg. et Mart. nisi transferatur.

Psall. Filiæ regum, etc., *de Commun. Virg.*

Orat. I de propr.

Die XIII.

S. LUCIÆ

Virg. et Mart.

Sol.

De Commun. Virg. et Mart.

Oratio I.

Deus, qui Beatæ Luciæ, pro gemina virginitatis et martyrii victoria, binam laureolam, tua gratia contulisti, da, quæsumus: ut de hostibus Carne, Mundo et Diabolo triumphantes, cœlestem gloriam consequamur. Per Dominum.

Oratio II.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui Beatam Luciam, diræ passionis et virginalis munditiæ meritis, Beatis Martyribus et Virginibus aggregasti, da, quæsumus: ut quam festivis honoribus veneramur, fidei et sanctorum operum gressibus imitemur. Per Dominum.

Die XIV.

S. MATRONIANI

Erem.

De Commun. Conf.

Die XXIV.

IN VIGILIA NATIVIT. DOM.

cum reliq. Festis, p. 113 et sequent.

FESTA JANUARII.

Die I.

N CIRCUMCISIONE

Octava Nativit. Dom.

ı reliq. sequent. usq. Octav. Epiph., p. 135. sequent.

Die XIV.

S. DATII

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et ıf.

Die XV.

S. PAULI

Primi Erem.

De Commun. Conf.

Die XVI.

S. MARCELLI

Pp. et Mart.

De Commun. Mart. et ıt.

Die XVII.

S. ANTONII ABB.

Sol.

De Commun. Conf.

Oratio I.

nnipotens sempiter- *Deus, qui Beatum* Antonium Confessorem tuum, luce fidei et operum sanctitate in toto orbe fecisti conspicuum, concede propitius: ut qui ejusdem festum annua devotione veneramur, ipsius semper meritis et precibus adjuvemur. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, in te sperantium fortitudo, qui Beatum Antonium Confessorem tuum inter hostis minas et sævissima flagella insuperabilem fecisti, concede propitius: ut ejus interventu ab omni inimici adversitate liberemur. Per Dominum.

Die XVIII.

IN FESTO
CATH. S. PETRI AP.
ROMÆ.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est, *de Commun. Ap.*

Hymnus

Quodcumque in orbe nexibus revinxeris

Erit revinctum, Petre, in arce siderum;
Et quod resolvit hic potestas tradita,
Erit solutum cœli in alto vertice:
In fine mundi judicabis sæculum.
Patri perenne sit per ævum gloria;
Tibique laudes concinamus inclytas,*
Æterne Nate; sit, Superne Spiritus,
Honor tibi decusque; sancta jugiter
Laudetur omne Trinitas per sæculum. Amen.

℟. cum Infant. Tu es Pastor Ovium, Princeps Apostolorum: * Tibi tradidit Dominus claves regni cœlorum.

Iter. Tu es Pastor.

℣. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit. * Tibi etc.

Ant. Tu es Pastor.

Psalm. Omnes gentes, de Commun. unius Ap.

Psalm. Ecce nunc, et Laudate, p. 68.

Ant. Tu es Pastor Ovium Princeps Apostolorum; tibi tradidit Dominus claves regni cœlorum. K. k. k

Oratio I.

Deus, qui Beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cœlestis, ligandi atque solvendi Pontificium tradidisti, concede: ut, intercessionis ejus auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis, etc.

Psalm. Domine, probasti, p. 53.

Ant. Petre, amas me? Domine, tu scis quia amo te. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui hodierna die Beati Apostoli tui Petri Pontificium consecrasti: da Ecclesiæ tuæ toto orbe diffusæ, ejus semper magisterio gubernari per quem sumpsit religionis exordium. Per Dominum.

Cant. Magnif., p. 34.

Ant. Simon Joannis, diligis me plus his? Tu scis, Domine, quia amo te. K. k. k.

atio III.

e tuæ preces, us, Domine, tri Apostoli tui det oratio: ut, . pro illius glo- bramus, nobis d veniam. Per n.

Ego pro te ro- tre, ut non de- es tua: et tu, o conversus, fratres tuos. ria Patri, etc. go pro te rogavi. . *I*. Sancti tui. . *II*. Benedictus

ratio IV.

ui confitentium mptor es anima- arum Piscator Petrus Aposto- e omnium Pa- præceptione co- r: annue mise- recibus nostris, lo tuo pietatis a concede. Qui c.

em S. Antonii. de Commun. Conf. de propr. ras omn. de commun. unius Ap. præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est *de Commun. unius Ap.*

Ant. in choro. Lætabitur justus, *ibid.*

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro.* Principatum et potestatem dedi tibi pascere oves meas: ✝ Dicit Dominus.

℣. Et ecce posui te Pastorem populi, et tibi tradidi claves regni cœlorum: ✝ Dicit Dominus.

Ant. Tu es Pastor.

Psalm. Cœli enarrant, *de Commun. unius Ap.*

Reliq. de Vesp. I.

Commem. S. Bassiani, nisi transferatur de Commun. Pont. et Conf.

Die XIX.
S. BASSIANI
Ep. et Conf.

De Commun. Pont, et Conf.

Die XX.
S. SEBASTIANI Mart.
Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta, de *Commun.* Mart..

Hymnus.

Sebastiani Martyris,
Concivis almi, supplices
Diem sacratum vocibus
Canamus omnes debitis.

Athleta Christi nobilis,
Ardens amore prælii,
Linquit tepentem patriam,
Pugnamque Romæ destinat.

Hic cultor alti dogmatis,
Virtute plenus cœlica,
Idóla damnans, inclyti
Trophæa sperat Martyris.

Loris revinctus plurimis,
Qua stipes ingens tollitur,
Vibrata tela suscipit
Umbone nudo pectoris.

Fit silva corpus ferrea;
Sed, ære mens constantior,
Ut molle ferrum despicit;
Ferum precatur, sæviat.

Manantis unda sanguinis
Exangue corpus nunciat;
Sed casta noctu fœmina
Plagas tumentes recreat.

Cœleste robur Militi
Adacta præbent vulnera;
Rursum tyrannum provocans,
Expirat inter vulnera.

Nunc, cœli in arce cónsidens,
Bellator o fortissime,
Luem fugando, Civium
Tuere clemens corpora.

Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria Amen.

℟. *cum Infant.* Clarus martyr, *de Commun. unius Mart.*

Ant. Sebastianus Martyr.

Psalm. Domine, in virtute, *ibid.*

Psalm. Ecce nunc, et Laudate, *p. 68.*

Ant. Sebastianus Martyr dixit ad Marcellianum: Discant nunc milites Christi fide armari, et non ferro. K. K. K.

Oratio I.

Multiplica, quæsumus, Domine, benedictionem tuam super populum tuum; et quos Sancti Martyris tui Sebastiani frequentibus consolaris officiis, beneficiorum largitate prosequere: ut et donis cœlestibus erudiri et competentibus se gaudeant subsidiis adjuvari. Per Dominnm.

Psalm. Exaudi, Deus, *de Commun. unius Mart.*

Ant. Angelus Domini venit ad Chromatium, dicens: Misit me Dominus curare vulnera tua. K. k. k.

Oratio II.

Concede, quæsumus, Domine Deus noster: ut inter adversa, quæ pro delictorum debito sustinemus, quod fiducia nostra non obtinet, Beati Martyris tui Sebastiani intercessio consequatur. Per Dominum.

Cant. Magnif., p. 84.

Ant. A voce Angeli *sanissimus factus est* Chromatius: cœpit pedibus currere et laudare Dominum. K. k. k

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut ejus sine cessatione fruamur auxilio, cujus patrocinia, te largiente, adepti sumus. Per Dominum.

Psall. Sebastianus dixit Marcelliano et Marco: Non vos seducant blandimenta mulierum; sed erigite trophæum gloriosi certaminis vestri.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Sebastianus, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui Beatum Martyrem tuum Sebastianum virtute constantiæ in passione roborasti: ex ejus nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla ejus adversa formidare. Per Dominum.

Commem. SS. Solutoris et Socior MM. de Commun. plur. MM.

Die XXI.

S. AGNETIS
Virg. et Mart.
Sol.

AD VESPERAS.

Lucern. Lucerna pedibus *de Commun. Virg.*

Hymnus.

Agnetis, almæ virginis,
Natalis est, quo spiritum
Cœlo refudit debitum,
Pio sacrata sanguine.
Matura martyrio fuit,
Matura nondum nuptiis:
Nutabat in viris fides,
Cedebat et fessus senex.
Metu parentes territi
Claustrum pudoris auxerant;
Solvit fores custodiæ
Fides teneri nescia.
Prodire quis nuptum putet:
Sic læta vultu ducitur,
Novas viro ferens *opes,*
Dotata censu sanguinis.
Aras nefandi numinis
Adolere tædis cogitur,
Respondet: Haud tales faces
Sumpsere Christi virgines.
Hic ignis extinguit fidem,
Hæc flamma lumen eripit:
Hic, hic ferite, ut profluo
Cruore restinguam focos.
Percussa quam pompam tulit!
Nam veste se totam tegens,
Curam pudoris præstitit,
Ne quis retectam cerneret.
In morte vivebat pudor,
Vultumque texerat manu:
Terram genu flexo petit,
Lapsu verecundo cadens.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo Spiritu,

apiterna sæcula.
nen.
um *Infant.* Amo
tum, pro cujus a-
thalamum intro-
: cujus Mater virgo
: cujus Pater fœmi-
n nescit: cujus mihi
gana modulatis voci-
s resonant: * Quem
m amavero., casta
n; cum tetigero, mun-
sum: cum accepero,
go sum.
ter. Amo Christum.
. Mel et lac ex ejus
e suscepi, et sanguis
is ornavit genas meas:
Quem cum amavero,

Ant. Discede a me.
Psalm. Dilexi, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et*
udate, *p. 68.*
Ant. Discede a me,
bulum mortis; quia
n ab alio amatore
æventa sum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui, ut huma-
m genus ad confes-
onem tui nominis pro-
cares, etiam in fragili
xu perfecisti condi-
nem *martyrii*, præ-
sta, quæsumus: ut Ec-
clesia tua, hoc exemplo
commonita, nec pati pro
te metuat, et cœlestis
præmii gloriam concu-
piscat. Per Dominum.

Psalm. Credidi, *p. 37.*

Ant. Posuit signum in facie mea, ut nullum, præter eum, amatorem admittam. K. k. k.

Oratio II.

Da nobis, quæsumus, Domine, Beatæ Martyris tuæ Agnetis confidenter honorare infantiam: quæ, in puellari consistens ætate, mortem pro tua confessione calcavit. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Mel et lac ex ejus ore suscepi, et sanguis ejus ornavit genas meas. K. k. k.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, Domine, mentibus nostris cum exultatione profectum: ut Beatæ Agnetis Virginis tuæ, cujus diem passionis annua devotione recoli-

mus, etiam fidei costantiam subsequamur. Per Dominum, etc.

Psall. Agnes, famula Dei, nec terrore concutitur, nec blandimentis seducitur : ideoque quia in Christo habet fiduciam.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Agnes famula, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Sanctæ Virginis et Martyris tuæ Agnetis nos, Domine, precatio sancta commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus precibus assequamur. Per Dominum.

Commem. S. Sebastiani Mart.

Psall. et Orat. de Vesp. I.

Die xxii.

S. VINCENTII

Lev. et Mart.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est *de Commun. Mart.*

Hymnus.

Beate Martyr, prospera
Diem triumphalem tuum,
Quo sanguinis merces tibi
Corona, Vincenti, datur.

Hic te ex tenebris sæculi,
Tortore victo et judice,
Evexit ad cœlum dies,
Christoque ovantem reddidit.

Nunc Angelorum particeps
Luces in insigni stola,
Quam testis indomabilis
Rivis cruoris laveras.

Levita de tribu sacra,
Minister altaris Dei,
Septem ex columnis lacteis,
Martyr triumpho nobilis.

Tu solus, o bis inclyte,
Solus bravii duplicis
Palmas tulisti: tu duas
Simul parasti laureas,

In morte victor aspera,
Dum deinde post mortem pari
Victor triumpho próteris

Solo latronem corpore.
Per vincla, flammas, ungulas,
Per carceralem stipitem,
Per fragmen illud testeum
Quo parta crevit gloria,
Adesto nunc, et percipe
Voces precantum supplices,
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum Dei.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *cum Infant.* Sanctus Vincentius, cujus palma tenetur, vivit in Christo: ‡ Gemma sacerdotum, dux urbis atque magister, tendit ad cœlestia regna.

Iter. Sanctus, etc.

℣. Levita de tribu sacra, minister altaris Dei: ‡ Gemma, etc.

Ant. Immola Deo.

Psalmus 49.

Deus deorum, Dominus locutus est; * et vocavit terram.

A solu ortu usque ad occasum: * ex Sion species decoris ejus.

Deus manifeste veniet, * Deus noster, et non silebit.

Ignis in conspectu ejus ardebit, * et in circuitu ejus tempestas valida.

Advocabit cœlum sursum et terram, * ut discerneret populum suum.

Congregate illi sanctos ejus, * qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

Et annunciabunt cœli justitiam ejus; * quoniam Deus judex est.

Audi, populus meus, et loquar: * Israel, et testificabor tibi.

Deus, Deus tuus sum ego; * et non super sacrificia tua arguam te.

Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper: * non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos;

Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum, *

jumenta in montibus et boves.

Cognovi omnia volatilia cœli, * et species agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi; * meus est enim orbis terræ et plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum, * aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis * et redde Altissimo vota tua.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Immola Deo sacrificium laudis et redde Altissimo vota tua. K. k. k.

Oratio I.

Deus, mundi Creator et Rector, qui hunc diem in Levitæ tui Vincentii martyrio consecrasti, exaudi propitius supplices tuos et concede: ut omnes, qui martyrii ejus merita veneramur, intercessionibus ejus, ab æternis gehennæ incendiis liberemur. Per Dominum.

Ant. Sacrificium laudis.

Ex eod. Psalmus 49.

Invoca me in die tribulationis tuæ: * eripiam te, et magnificabis me.

Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas? * et assumis testamentum meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinam * et projecisti sermones meos post te.

Si videbas furem, simul currebas cum eo; * et cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abundavit nequitia, * et lingua tua concinnavit dolum.

Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, * et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum.

Hæc fecisti, et tacui; exstimasti iniquitatem, * quod ero tibi similis.

Arguam te; * et statuam contra faciem tuam peccata tua.

Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum: * ne quando rapiat, et non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me: * et illic

iter, quo ostendam illi salutare Dei.

Gloria Patri, etc.

Ant. Sacrificium laudis honorificavit me: dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Auxilium, quæsumus, Domine, majestati tuæ potestatique subjectis tribue: ut, quidquid actibus nostris non meremur accipere, Beati Levitæ et Martyris tui Vincentii precibus assequamur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. K. k. k.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut sicut, interventu Beati Levitæ et Martiris tui Vincentii, mundana prosperitate lætamur, ita et devotiores efficiamur cœlestibus institutis. Per Dominum.

Psall. Sanctum Vincentium Cæsar torqueri *jubet: Christiani* vero vulnera ejus osculabantur; alii autem pro salutis remedio sanctum ejus sanguinem suis manibus excipiebant.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Sanctum Vincentium.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Adesto, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, Beati Levitæ et Martyris tui Vincentii intercessione liberemur. Per Dominum.

Commem. s. Agnetis.

Psall. Agnes. famula Dei, *et Orat.* Sanctæ Virginis, *ut supr., in Vesp. I.*

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est *de Commun. Mart.*

Ant. in choro. Lætabitur *ibid.*

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro.* Posuisti, Domine, etc., *de eod. commun.*

Ant. Immola Deo.
Psalm. Dilexi, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.
Ant. Sacrificium laudis.
Psalm. Credidi, *p. 37.*
Ant. Sacrificium laudis honorificavit me: dicit Dominus. K. k. k.
Orat. II et reliq. de Vesp. I.
Commem. S. Emerentianæ, de Commun. Virg. et Mart.

Die XXIII.
S. EMERENTIANÆ
Virg. et Mart.
De Commun. Virg. et Mart.

Die XXIV.
SS. BABYLÆ EP.
ET TRIUM PUERORUM
Martyrum.
Sol.

AD VESPERAS.

Lucern. Signatum est, *de Commun. plur. Mm.*
Hymn. Æterna Christi munera, *ibid.*
℟. *cum Infant.* Traditi sumus regi iniquo et pessimo, qui tribulat Pastorem et Dominum nostrum, * Per quem salvati sumus et coronati a Deo.
Iter. Traditi sumus.
℣. Antiochiæ vates bonus Babylas erat verbo potens, * Per quem.
Ant. Ex ore infantium.
Psalm. Domine, Dominus noster, *ut in Vesp. II. de Commun. unius. Mart.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Ex ore infantium et lactentium, Domine, perfecisti laudem. K. k. k.

Oratio I.

Sanctorum tuorum, quæsumus, Domine, Babylæ et trium Parvulorum natalitia nos tueantur: quia tanto fiducialius tuo nomini supplicamus, quanto frequentius Martyrum benedictionibus confovemur. Per Dominum.
Psalm. Mirabilia testi-

monia, *usq. ad* ℣. Justus es, Domine, *p. 23.*

Ant. Declaratio sermonum tuorum illuminat, Domine, et intellectum dat parvulis. K. k. k.

Oratio II.

Martyrum tuorum Babylæ et trium Parvulorum nos, quæsumus, Domine, interventio gloriosa commendet: ut, quod nostris actibus non meremur, eorum precibus consequamur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ecce ego, et pueri mei, quos mihi dedit Dominus. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui nos Sanctorum Babylæ et trium Puerorum solemnitate lætificas, et imitatione excitas ad profectum, tribue, quæsumus: ut, quos veneramur meritis, etiam piæ conversationis sequamur exemplis. Per Dominum.

Psall. Babylas dixit Imperatori: Ego quidem homo sum Deo humilis; sed complacuit ei ordinare me pastorem populi sui.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Babylas dixit, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Misericordiam tuam, quæsumus Domine, nobis clementer impende: et Sanctorum Martyrum tuorum Babylæ et trium Puerorum nobis placare præsidiis. Per Dominum.

Die XXV.

IN CONVERSIONE S. PAULI AP.

Sol.

De commun. unius Ap.

AD VESPERAS I.

℟. *cum Infant.* Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est et mihi inter gentes: ✠ Et cognoverunt gratiam Dei quæ data est mihi.

Iter. Qui operatus est.

℣. Missus sum Apostolus a Domino prædicare

Evangelium Dei inter gentes: ‡ Et cognoverunt, etc.

Ant. et Psalm. de Commun. unius Ap.

Oratio I.

Deus, qui universum mundum Beati Apostoli tui Pauli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus: ut, cujus hodie conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Oratio II.

Præsta nobis, quæsumus, Domine, consolationis auxilium: ut, diuturnis calamitatibus laborantes, Beati Apostoli tui Pauli intercessione, a cunctis tribulationibus eruamur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Gratia Dei sum, quod sum, et gratia ejus egena in me non fuit. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus, concede propitius: ut contra adversa omnia Doctoris Gentium protectione muniamur. Per Dominum.

Psall. Ut cognosceres me, Spiritus Patris mei manifestavit tibi, dicit Dominus; et ego dico tibi: Tu es Petrus; tibi enim trado claves regni cœlorum: Paulus vero vas electionis est mihi. Hallelujah.

Orat. IV de Commun. Ap.; Commem. Ss. Babylæ et trium Parvulorum de propr.

AD VESPERAS II.

Lucern. et Ant. in Choro de Commun. un. Ap. Reliq. de Vesp. I.

Quæ deficiunt, sumant. de Commun. in Vesp. II. unius Ap.

Commem. S. Polycarpi Ep. et Mart., de Commun. Mart. et Pont.

Die XXVI.

S. POLYCARPI
Ep. et Mart.

Omn. de Commun. Mart. et Pont.

Die xxvii.

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

Ep., Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Pont. et Doct.

Oratio I.

Deus; qui Beatum Joannem Pontificem atque Doctorem, non tam aureæ eloquentiæ laude quam omnimodæ pro Ecclesia tribulationis experimento clarescere voluisti, concede propitius: ut, ejusdem doctrinæ fructu gaudentes, invictæ patientiæ roboremur exemplo. Per Dominum.

Die xxviii.

S. THOMÆ AQUIN.

Sac., Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Sac. Conf. et Doct.

Commem. S. Joannis Chrysostomi, in Vesp. I, de Commun. Pont. et Doct.

Oratio.

Deus, qui Beatum Thomam non minus virginitatis amore, quam sacræ doctrinæ studio, ut Ecclesiæ tuæ Doctor Angelicus inserviret, fecisti conspicuum, supplices te rogamus: ut, sicut ille non aliam præter te mercedem concupivit, ita nos in tui solius amore quiescamus. Per Dominum.

Die xxix.

S. AQUILINI

Presb. et Mart.

Sol.

De Commun. Mart.

Oratio I.

Omnipotens Christe, pro cujus Divinitate Beatus Sacerdos Aquilinus gladiis impiorum occubuit, præsta, quæsumus: ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionum suarum salutarem consequantur effectum. Qui vivis, etc.

Oratio II.

Precibus nostris, mitissime Deus, aures tuæ

pietatis accomoda: atque, intercedente Beato Aquilino Sacerdote et Martyre tuo, animarum corporumque contagia a nobis clementer averte. Per Dominum.

Commem. in Vesp. I de S. Thoma Aquin.

Item. commem. S. Petri Nolasci Conf. Sac.

Psall. Sacerdotes tui, *de Commun Conf. Sac.*

Oratio.

Deus, qui Beatum Petrum Sacerdotem ad redimendos fideles captivos mirabiliter elegisti, præsta: ut, ejus meritis et intercessione, redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis, etc.

Die XXX.
S. SAVINÆ
Matr.

De Commun. Matr.

Die XXXI.
S. JULII
Presb. et Conf.

De Communi Conf. Sac.

AD VESPERAS.

℟. *in choro.* Dum existem de terra mea, rogavi Dominum, et deduxit me in portum voluntatis suæ: * Gubernavit me peregre et dedit mihi gratiam in terra aliena.

℣. Dominus regit me, et nihil mihi deerit; in loco pascuæ ibi me collocavit; * Gubernavit, etc.

Oratio I.

Deus, qui nos Beati Julii Sacerdotis annua solemnitate lætificas, concede propitius: ut, cujus natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Oratio II.

Attende, quæsumus, Domine, supplicum preces: ut Beati Julii Sacerdotis, cujus hodie celebramus meritum, continuum sentiamus auxilium. Per Dominum.

FESTA FEBRUARII.

} I.
NATII
Mart.
un. Mart. et

n Vesp. S. Se-
onf., de Com-

} II.
ESTO
. B. V. M.
Dom.
n Dom. Se-
g., aut Quin-
int, ejus Off.
diem sequent.
aliam Dom.
it commem.
in Vesp. II.
PERAS I.
uoniam tu.
horo. Læta-
, simul cum
ent eum o-
li Dei.
ysterium Ec-
2.
o. Suscipiens
lnis suis Si-
mavit: Tu es
ad revela-

tionem gentium, * Et gloriam plebis tuæ, Israel.

℣. Nunc dimittis, Domine, servum tuum, secundum verbum tuum, in pace; quia viderunt oculi mei Salutare tuum, * Et gloriam.

Ant. Ave, Virgo Maria.

Psalm. Dilexi, *p. 36.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ave, Virgo Maria, gratia plena, Dominus tecum. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, Majestatem tuam supplices exoramus: ut, sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eumdem.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius vi-

deret Christum Domini. K. k. k.

Oratio II.

Perfice in nobis, quæsumus, Domine, gratiam tuam, qui justi Simeonis expectationem implesti: ut, sicut ille mortem non vidit priusquam Christum Dominum videre mereretur, ita et nos vitam obtineamus æternam. Per eumdem, etc.

Psall. Senex Puerum portabat; Puer autem senem regebat: quem Virgo concepit, et post partum virgo permansit; ipsum, quem genuit, adoravit.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Senex Puerum, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Erudi, quæsumus, Domine, plebem tuam: et, quæ exstrinsecus annua tribuis devotione venerari, interius assequi *gratiæ tuæ* luce concede. *Per Dominum.*

AD TERTIAM.

Epistolella.

Rom. 8.

Fratres. Deus, Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio Legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto.

Iter. Responsum, etc. * Hall. hall.

℣. Non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Responsum, etc. * Hall. hall.

Cap. Accepit Simeon Puerum in manibus suis: * Gratias agens benedixit Deum. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Rom. 8.

Fratres. Qui enim se-

'nem sunt,
ınt, sapiunt:
:undum spi-
unt spiritus,

atias.
ɜpit Simeon
ıanibus suis.
pit, etc. *

agens, be-
m.
ıll..
Patri, etc.
, etc. * Hall.
ɜx Puerum
Puer autem
ɔat. Hall. K.

'e *Vesp. I.*

ɔNAM.

ɔ*lella.*

Rom. 8.
s autem non
'ne, sed in
amen Spiri-
tat in vobis.
'atias.
ıex Puerum

:, etc. * Hall.

ıtem senem

ıall.

℣. Gloria Patri, etc.
℟. Senex, etc. * Hall. hall.

Cap. Adorna thalamum tuum, Sion: * Et suscipe Regem Christum Dominum natum. Hall. K. k. k

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. O Virgo virginum, quomodo fiet istud? Quia nec primam tui similem visa es, nec habere sequentem. Filiæ Jerusalem, quid admiramini? Divinum est mysterium hoc quod cernitis.

Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*

℟. *in choro.* Senex Puerum portabat; Puer autem senem regebat: ‡ Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum, quem genuit, adoravit.

℣. Accepit Simeon Puerum in manibus suis: gratias agens, benedixit Dominum: ‡ Quem virgo, etc.

Reliq. de Vesp. I.

mine, fructum clementiæ tuæ sentiant supplicantes: cujus orationibus in sancta tua Ecclesia efficiantur etiam devotæ mentes eorum. Per Dominum.

Ant. Summa ingenuitas.

Psalm. Credidi, *p. 37.*

Ant. Summa ingenuitas ista est, in qua servitus Christi comprobatur. K. k. k.

Oratio II.

Tribue, quæsumus, omnipotens Deus: ut Sanctæ Virginis et Martyris tuæ Agathæ solemnitate lætemur et tantæ fidei et castitatis proficiamus exemplo. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ancilla Christi sum: ideo me servilem ostendo habere personam. K. k. k.

Oratio III.

Auxilium nomini tuo, Domine, subdita poscunt corda fidelium: ut, quia sine te nihil possunt implere, intercessione Beatæ Virginis et Martyris tuæ Agathæ, et quæ recta sunt apprehendant, et omnia sibi profutura percipiant. Per Dominum, etc.

Psall. Filiæ regum, *de Commun. Virg. et Mart.*

Oratio IV.

Hunc nobis sacratissimum diem, tribuente Domino, Beata Virgo et Martyr Agatha semper illustret; ut meritis ejus perfrui, et gaudiorum participes esse mereamur. Per Dominum.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est *de Commun. Virg. et Mart.*

Ant. in choro. Ornavit me, *ibid. Reliq. de Vesp. I sed* ℟. *dicit. sine Infantibus.*

Commem. S. Dorotheæ de Commun. Virg. et Mart.

Die VI.

S. DOROTHEÆ
Virg. et Mart.

De Commun. Virg. et Mart.

Die VII.

IN FESTO

S. MATTHIÆ AP.

Sol.

De Commun. un. Ap.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Matthiam Apostolorum tuorum collegio sociasti, tribue, quæsumus: ut, ejus intercessione, tua circa nos pietatis viscera semper sentiamus. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui nos Beati Apostoli tui Matthiæ meritis et intercessione lætificas, concede propitius: ut, qui ejus beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum.

In Vesp. II commem. S. Honorati de Commun. Pont. et Conf.

Die VIII.

S. HONORATI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die IX.

S. APOLLONIÆ

Virg. et Mart.

Sol.

De Commun. Virg. et Mart.

Die X.

S. SOTERIS

Virg. et Mart.

Sol.

De Commun. Virg. et Mart.

Die XI.

S. LAZARI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die XII.

S. ROMUALDI

Abb., Sac. et Conf.

Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Die XII.

S. JOANNIS BONI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die XIV.

S. JOAN. DE MATHA
Sac. et Conf.

Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Oratio I.

Deus, qui Sanctum Joannem ad redimendos una cum Sancto Felice de Saracenorum potestate captivos fideles mirabili providentia destinasti, præsta, quæsumus: ut amborum meritis peccatorum nostrorum vinculis soluti, in ea libertate perpetuo maneamus, qua Christus nos liberavit. Qui tecum vivit, etc.

Die XVI.

S. FRANCISCI SALESII
Ep. Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Pont. et Doct.

Oratio I.

Deus, qui ad animarum salutem Beatum Franciscum Doctorem tuum atque Pontificem omnibus omnia factum esse voluisti, concede propitius: ut, charitatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus monitis ac suffragantibus meritis; æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui in terris cœlestis conversationis exempla in Sancto Francisco Pontifice et Doctore tuo clarescere voluisti, da fidelibus tuis incrementa virtutum; ut, inter mundana discrimina constituti, ejus imitatione ac doctrina ad salutem valeant pervenire. Per Dominum.

Psall. Docebo iniquos vias tuas, Domine; et impii ad te convertentur.

Die XVII.

SS. QUADRAGINTA MM.

De Commun. plur. MM.

Die XVIII.

S. ANSELMI
Ep. et Conf.

De Commun. Pont. et Conf.

FESTA MARTII.

Die XIX.

S. JOSEPH

SPONSI B. V. M.

et Eccl. Cath. Patr.

Sol.

Cujus Off. celebrat. die 12 Decemb.

Die XXV.

ANNUNCIATIO

B. MARIÆ V.

Sol.

Cujus Off. celebrat. in Dom. VI Adv.

In Quadrag. numq. fit Off. de Sanctis.

FESTA APRILIS.

Die XI.

S. LEONIS

Pp. et Doct.

Sol.

De Commun. Pont. et Doct.

Psall. in utrisq. Vesp. de Pont., et Doct.

Oratio I.

Deus, cujus dono Beatus Leo sanctitatis doctrinæque laude ita excelluit, ut ad supremam Ecclesiæ sedem evectus digne Magnus meruerit appellari, præsta, quæsumus: ut nos quoque ejusdem monitis et exemplis instructi ad summas virtutes strenue contendamus. Per Dominum.

Die XII.

S. ZENONIS

Pont. et Conf.

De Commun. Mart. Pont.

Oratio I.

Annue, quæsumus, clementissime Deus, orationibus populi tui: ut quos in celebritate Beati Zenonis Pontificis et Confessoris tui adesse fecisti, ejus propitiatus

præcibus, etiam concedas et temporalibus muniri subsidiis et gaudiis perfrui sempiternis. Per Dominum.

Die XIII.

S. HERMENEGILDI Reg. et Mart.

Sol.

De Commun. unius Mart.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Hermenegildum Martyrem tuum, cœlesti regno terrenum postponere docuisti: da, quæsumus, nobis ejus exemplo caduca despicere atque æterna sectari. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui regales inter delicias intactum a mundi illecebris spiritum Sancti Hermenegildi Martyris tui conservasti, fac, quæsumus: ut in amore tuo fideles tui ita firmentur, ut et terrena despiciant et ad cœlestia semper aspirent. Per Dominum.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut sicut Beatus Martyr tuus Hermenegildus, spretis mundi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit, ita ejus oratio nostras tibi preces reddat acceptas. Per eumdem Dominum.

Oratio IV.

Deus, qui Beatum Hermenegildum Martyrem tuum mirificasti in terris et gloriosum in cœlis fecisti: eumdem, quæsumus, Ecclesiæ tuæ constitue defensorem. Per Dominum.

Die XIV.

SS. TIBURTII, VALERIANI ET MAXIMI MM.

De Commun. plur. Mm.

Die XV.

S. PETRI DAMIANI Ep., Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Pont. et Doct.

Oratio.

Concede nos, quæsumus, omnipotens Deus, beati Petri Pontificis tui atque Doctoris monita et exempla sectari: ut per terrestrium rerum contemptum æterna gaudia consequamur. Per Dominum.

Die XVII.

S. ANICETI
Pp. et Mart.

De Commun. Mart. et Pont.

Die XVIII.

S. GALDINI
Ep. et Conf.
Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beatum Galdinum Pontificem misericordiæ operibus insignem peculiari gratiæ tuæ dono reddidisti, da, quæsumus: ut nos, *ejus exemplis* egentium necessitatibus succurrentes, suis intercessionibus tuam misericordiam consequamur. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui Beato Galdino Pontifici tantam fidei constantiam contulisti, ut peregrinari potius elegerit, quam schismaticis consentire hostibus Ecclesiasticæ unitatis, præsta, quæsumus: ut, ejus suffragantibus meritis, in sinceritate fidei constantes, ipsum bonorum operum gressibus imitemur. Per Dominum.

Die XXIII.

SS. SOTERIS ET CAJI
Pont. et MM.

De Commun. plur. Mart.

Die XXIII.

S. MAROLI
Ep. et Conf.
Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die xxiv.

S. GEORGII MART.

Sol.

De Commun. unius Mart.

Oratio I.

Fac nos, quæsumus, Domine, Beati Martyris tui Georgii solemnitatem multipliciter celebrare: ut de ejus certamine discat populus Christianus et firmam solidare patientiam, et pie exultare de ejus victoria. Per Dominum.

Oratio II.

Tuus Sanctus Martyr Georgius, quæsumus, Domine, nos ubique lætificet: ut, dum ejus merita in præsenti festivitate recolimus, patrocinia in augmento virtutum sentiamus. Per Dominum.

Die xxv.

IN FESTO

S. MARCI EVANG.

Sol.

De Commun. unius Ap.

Oratio I.

Deus, qui hunc diem Beati Marci Evangelistæ martyrio consecrasti, præsta, quæsumus: ut ipse apud te pro nobis existat præcipuus suffragator, qui Unigeniti tui fieri meruit evangelicus prædicator. Per eumdem.

Oratio II.

Deus, qui Beatum Marcum Evangelistam tuum, evangelicæ prædicationis gratia sublimasti, tribue, quæsumus: ejus nos semper et eruditione proficere et oratione defendi. Per Dominum.

LITANIÆ ET PRECES

dicendæ post Matutinum ab iis, qui non interfuerint Litaniis Majoribus die Festo S. Marci Evang.

Iis vero, qui volunt recitare Matut. cum Laud. pridie, non licet anticip. has Orat. et Litan., cum sint partes notabiles Off. huj. diei: ita S. R. C. 15 Jun. 1775.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. I. Domine, Deus .rtutum, Deus Israel, ıi eduxisti populum ıum de terra Ægypti, fecisti tibi nomen gloæ; peccavimus, impie ;imus: iniquitatem femus, miserere nobis, ılvator Mundi.

Ant. II. Peccavimus ıte te, Deus: ne des nos opprobrium propter ›men tuum; quia tu es ominus, Deus noster, ıem propitium expeamus.

Ant. III. Misereris onium, Domine, et nihil listi eorum quæ fecii, dissimulans peccata ›minum propter pœnintiam, et parcens illis; ıia tu es, Dominus, ɜus noster.

Ant. IV. Qui fecisti agnalia in Ægypto, irabilia in terra Cham, rribilia in Mari Ru'o, non tradas nos in anus gentium, nec doinentur nobis, qui odeınt nos.

Ant. V. Circumdedent nos mala, quorum ›n est numerus; da ›bis auxilium de tri*ılatione: opera* manuum tuarum ne despicias, Deus.

Ant. VI. Si fecissemus præcepta tua, Domine, habitassemus cum securitate et pace omni tempore vitæ nostræ: nunc, quoniam peccavimus, supervenerunt in nos omnes tribulationes: pius es, Domine, miserere nobis, et dona remedium populo tuo.

Ant. VII. Iniquitates nostras agnoscimus, Domine: petimus deprecantes te, remitte nobis, dimitte nobis, Domine, peccata nostra.

Ant. VIII. Vide Domine, afflictionem populi tui, quoniam amara est nimis; humiliati enim sumus pro peccatis nostris: exaudi nos, qui es in cœlis, quia non est alius præter te, Domine.

Ant. IX. Liberator noster de gentibus iracundis, ab insurgentibus innos libera nos, Domine.

Kyrie, eleison.
Domine, miserere. } ter.

℣. Christe, libera nos. } *ter.*
℟. Salvator, libera nos.

S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S. Stephane, interc.
S. Felix, interc.
S. Fortunate, interc.
S. Victor, interc.
S. Urbane, interc.
S. Tiburti, interc.
S. Valeriane, interc.
S. Cæcilia, interc.
S. Birgitta, interc.
S. Dati, interc.
S. Protasi, interc.
S. Mirocles, interc.
S. Martine, interc.
S. Gregori, interc.
S. Benedicte, interc.
S. Satyre, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
... Sancti, intercede- pro nobis.

℣. Exaudi, Christe, } *ter.*
℟. Voces nostras.
℣. Exaudi Deus,
℟. Et miser. nobis.
K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, cui sine fine potestas est miserendi, preces humilitatis nostræ placatus intende: ut, quod delictorum nostrorum catena constringit, a tua nobis misericordia relaxetur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Te deprecamur, Domine, * Qui es misericors et pius, esto nobi propitius.
℣. Domine exaudi orationem nostram, clamor noster ad te peveniat: * Qui es, etc.
℣. Dominus vobiscu

Ant. I. Media vita morte sumus: quem qu rimus adjutorem, te, Domine, qui pro p catis nostris irascer Sancte Deus, Sa Fortis, Sancte Mis cors, Salvator, am morti ne tradas n

[. Domine, in-
rem tuam, et
spice de cœlo,
gemitum no-
t de manu mor-
a nos.
I. Exurge, libera
s, de manu mor-
ne Infernus ra-
leo, animas no-

V. Cor nostrum
tum est, Domi-
ormido mortis
super nos: ad
tatem concurri-
perdas pecca-
isericors.
. Domine Deus,
; quia anni no-
gemitibus con-
i sunt, et mors
la succedit: Do-
bera nos.
leison.
miserere. } ter.
te, lib. nos.
or, lib. nos.
A, intercede pro

nel, interc.
iel, interc.
ael, interc.
nes, interc.
h, interc.
, interc.
, interc.

S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S, Stephane, interc.
S. Saturnine, interc.
S. Savine, interc.
S. Prothe, interc.
S. Januari, interc.
S. Martine, interc.
S. Gregori, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S, Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras,
℣. Exaudi, Deus, } ter.
℟. Et miserere nobis.

K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Infirmitatem nostram respice, omnipotens Deus: et quia nos pondus propriæ actionis gravat, Beati Gregorii Pontificis tui intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Rogamus te, Domine Deus, quia peccavimus tibi; veniam petimus, quam non mere-

℣. Christe, libera nos. } *ter.*
℟. Salvator, libera nos.
S. MARIA, intercede pro nobis.
S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S. Stephane, interc.
S. Felix, interc.
S. Fortunate, interc.
S. Victor, interc.
S. Urbane, interc.
S. Tiburti, interc.
S. Valeriane, interc.
S. Cæcilia, interc.
S. Birgitta, interc.
S. Dati, interc.
S. Protasi, interc.
S. Mirocles, interc.
S. Martine, interc.
S. Gregori, interc.
S. Benedicte, interc.
S. Satyre, interc.
S. Galdine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Chr
℟. Voces nostr
℣. Exaudi Deu
℟. Et miser. no
K. K. K.
℣. Dominus v

Oratio.

Omnipotens s
ne Deus, cui
potestas est m
preces humilit
stræ placatus
ut, quod delict
strorum catena
git, a tua nobi
cordia relaxet
Dominum.
℣. Dominus v
℟. Te depreca
mine, ✠ Qui es
cors et pius, e
propitius.
℣. Domine e
rationem nost
clamor noster a
veniat: ✠ Qui e
℣. Dominus v
Ant. I. Medi
morte sumus: qu
rimus adjutore
te, Domine, qui
catis nostris i
Sancte Deus,
Fortis, Sancte
cors, Salvator,
morti ne trad

Ant. II. Domine, inclina aurem tuam, et audi: respice de cœlo, et vide gemitum nostrum, et de manu mortis libera nos.

Ant. III. Exurge, libera nos, Deus, de manu mortis, et ne Infernus rapiat, ut leo, animas nostras.

Ant. IV. Cor nostrum conturbatum est, Domine, et formido mortis cecidit super nos: ad tuam pietatem concurrimus: ne perdas peccatores, Misericors.

Ant. V. Domine Deus, miserere; quia anni nostri in gemitibus consummati sunt, et mors furibunda succedit: Domine, libera nos.

Kyrie eleison.
Domine miserere. } *ter.*
℣. Christe, lib. nos.
℟. Salvator, lib. nos.

S. MARIA, intercede pro nobis.

S. Michael,	interc.
S. Gabriel,	interc.
S. Raphael,	interc.
S. Joannes,	interc.
S. Joseph,	interc.
S. Petre,	interc.
S. Paule,	interc.
S. Andrea,	interc.
S. Barnaba,	interc.
S. Marce,	interc.
S. Stephane,	interc.
S. Saturnine,	interc.
S. Savine,	interc.
S. Prothe,	interc.
S. Januari,	interc.
S. Martine,	interc.
S. Gregori,	interc.
S. Galdine,	interc.
S. Carole,	interc.
S. Ambrosi,	interc.

Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras, } *ter.*
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis.

K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Infirmitatem nostram respice, omnipotens Deus: et quia nos pondus propriæ actionis gravat, Beati Gregorii Pontificis tui intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Rogamus te, Domine Deus, quia peccavimus tibi; veniam petimus, quam non mere-

tus, Domine, et ad matutinum lætitia. Hall.

Hymnus.

Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis mysterium,
Qua Vita mortem pèrtulit,
Et morte vitam reddidit.

Figunt cruenti Numinis
Clavi manus, vestigia;
Redemptionis gratia
Hic immolatur hostia.

Post vulneratus impiæ
Mucrone diro lanceæ,
Ut nos lavaret crimine,
Manavit unda et sanguine.

Impleta sunt quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.

Arbor decora et fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Beata, cujus brachiis
Salus pependit sæculi:
Statera facta est corporis,
Tulitque prædam Tartari.

O Crux, ave, spes unica,
Paschale quæ fers gaudium,
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.

Te, summa cœli Trinitas,
Collaudet omnis spiritus;
Quos per Crucis mysterium
Salvas, tuere jugiter.
Amen.

℟. *in choro.* Agnus Dei Christus immolatus est pro salute mundi. Nam de parentis protoplasti fraude facta condolens, quando pomi noxialis in mortem morsu corruit, * Ipse lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret. Hall.

℣. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: * Ipse lignum.

Ant. Crucem tuam.

Psalmus 66.

Deus misereatur nobis et benedicat nos; * illuminet vultum suum s[illegible]

per nos et misereatur nobis;

Ut cognoscamus in terra viam tuam, * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus, * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes, quoniam judicabis populos in æquitate, * et gentes in terra diriges.

Confiteantur tibi populi, Deus, * confiteantur tibi populi omnes.

Terra dedit fructum suum: benedicat nos Deus, Deus noster; * benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terræ.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Crucem tuam adoramus, Domine, et sanctam Resurrectionem tuam glorificamus. Hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui, in præclara salutiferæ Crucis Inventione, Passionis tuæ miracula suscitasti, concede: ut vitalis Ligni pretio æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui vivis, etc.

Psalm. Adhæsit pavimento, *p. 3.*

Ant. Adoramus Crucem tuam et signum de Cruce tua, et qui crucifixus es, virtutem. Hall.

Oratio II.

Adesto familiæ tuæ, clementissime Deus: ut in adversis et prosperis preces ejus exaudias, et nefarias adversariorum insidias per vexillum Sanctæ Crucis digneris conterere; ut perennis gaudii salutem possit, te protegente, mereri. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Chirographum decreti quod erat contrarium nobis, affigens Cruci, et expolians Principatus et Potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Hall. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui Unigeniti tui Domini nostri Jesu Chri-

sti pretioso Sanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius: ut, qui ad adorandam vivificam ejus Crucem adveniunt, a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eumdem, etc.

Psall. O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare Regem cœlorum et Dominum. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. O Crux.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Adesto nobis, Domine Deus noster: et quos Sanctæ Crucis lætari fecisti honore, ejus quoque perpetuis defende subsidiis Per Dominum.

Commem. S. Athanasii.

Psall. Os justi, *de Commun. Pont. et Doct., Orat. ut supra de prop.*

AD TERTIAM.

Epistolella.

Philipp. 2.

Fratres. Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Jesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Hoc signum erit in cœlo.

Iter. Hoc signum, etc. * Hall. Hall.

℣. Cum Dominus ad judicandum venerit.

℟. Hall. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Hoc signum, etc. * Hall. hall.

Cap. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi; * Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Gal. 6.

Fratres. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri

Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

Iter. Adoramus, etc. * Hall. Hall.

℣. Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Adoramus, etc. * Hall. hall.

Cap. Omnis terra adoret te et psallat tibi. * Psalmum dicat nomini tuo. Hall. K. k. k.

Orat. II. de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Philipp. 2.

Fratres. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Omnis terra *adoret te et psallat tibi*

Iter. Omnis, etc. *Hall. hall.

℣. Psalmum dicat nomini tuo.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Omnis, etc. Hall. hall.

Cap. Hoc signum Crucis erit in cœlo, * Cum Dominus ad judicandum venerit. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

℟. *in choro.* Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita et resurrectio nostra: ‡ Per quem salvati et liberati sumus. Hall.

℣. Tuam Crucem adoramus, Domine, et recolimus tuam gloriosam Passionem: ‡ Per quem, etc.

Reliq. ut in Vesp. I cum commem. S. Venerii. Psall. Ecce Sacerdos.

Orat. Deus, qui nos, *de Commun. Pont. et Conf.*

Item Commem. S. Go*thardi.*

Psall. Sacerdos et Pontifex. *et Orat.* Da, quæsumus, *de eod. Commun.*

Die IV.

S. VENERII
Ep. et Conf.
Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die V.

S. GERUNTII
Ep. et Conf.
Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

In Vesp. I commem. S. Venerii. Psall. Sacerdos et Pontifex *et Orat.* Exaudi, Domine *de Commun. Pont. et Conf.*

Item fit commem. Conversionis S. Augustini Ep. Doct.

Psall. Gratia Dei sum, quod sum; et gratia ejus egena in me non fuit. Hall.

Oratio.

Deus, mirabilium operator, qui Beatum Augustinum ad lucem veritatis, ut magnus fidei propugnator existeret, per Sanctum Ambrosium evocasti, concede supplicibus: ut, qui tantum Ecclesiæ Doctorem apud nos hodie cœlesti ablutum unda gloriamur, ejusdem apud te intercessione gaudeamus. Per Dominum.

Die VI.

S. FRANCISCI
DE PAULA CONF.
Sol.

De Commun. Conf.

Oratio I.

Deus humilium celsitudo, qui Beatum Franciscum Confessorem tuum Sanctorum tuorum gloria sublimasti, tribue, quæsumus: ut ejus meritis et imitatione, promissa humilibus præmia feliciter consequamur. Per Dominum.

Oratio II.

ɛsta, quæsumus, o-
ɔotens Deus: ut Bea-
'ancisci Confessoris
;ujus gaudemus me-
instruamur exem-
Per Dominum.

Vesp. I Commem.
ɛruntii Pont. et Conf.
transferatur.

Die VII.

;. STANISLAI

Pont. et Mart.

Sol.

; Commun. Pont. et
t.

Oratio I.

ıs, pro cujus honore
iosus Pontifex Sta-
ıus gladiis impio-
ı occubuit, præsta,
sumus: ut omnes
ejus implorant au-
ım, petitionis suæ
tarem consequantur
:tum. Per Domi-
ı.

Oratio II.

æsta, quæsumus, o-
potens Deus: ut, qui
i Martyris, atque
Pontificis tui Stanislai natalitia colimus, ejus intercessione in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Die VIII.

S. VICTORIS MART.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est, *de Commun. Mart.*

Hymnus.

Victor, Nabor, Felix, pii
Mediolani Martyres,
Solo hospites, Mauri genus,
Terrisque nostris advenæ;
Torrens arena quos dedit,
Anhela solis æstibus,
Extrema terræ finium,
Exulque nostri nominis.
Suscepit hospites Padus
Mercede magna sanguinis;
Sancto replevit Spiritu
Almæ fides Ecclesiæ:
Et se coronavit trium
Cruore sacro Martyrum,

Castrisque raptos impiis
Christo sacravit milites.
Profecit ad fidem labor;
Armisque docti bellicis,
Pro rege vitam ponere,
Decere pro Christo pati.
Non tela quærunt ferrea,
Non arma Christi milites;
Munitus armis ambulat,
Veram Fidem qui possidet.
Scutum vero sua est fides,
Et mors triumphus, quem invidens
Nobis Tyrannus, ad Oppidum
Laudense misit Martyres.
Sed reddiderunt hostias,
Raptis quadrigis, corpora;
Revecti in ora principum,
Plaustri triumphalis modo.
Patri simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per ómne gloria. Amen.

℟. *cum Infant.* Gratias tibi ago, Domine; ✠ Quia non me segregasti a sanctis tuis Nabore et Felice. Hall.

Iter. Gratias tibi.

℣. Benedico te, Pater Domini nostri Jesu Christi, per omnia sæcula sæculorum; ✠ Quia non, etc.

Ant. Incola ego sum.

Psalm. Retribue servo tuo, ut vivam, *p. 2, usq. ad* ℣. Adæsit pavimento, etc.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Incola ego sum in terra; non abscondas a me mandata tua, Domine. Hall. hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui laticum instar gelidorum plumbi ardorem mutasti, ne gloriosi Martyris tui Victoris corpus exureret, tribue, quæsumus: ut, ipso pro nobis interveniente, a præsentibus liberemur periculis et futuris. Per Dominum.

Ant. Principes.

Psalm. ipse ab iis verbis Lætabor. *usq. ad* ℣ Appropiet, *p. 24.*

Ant. Principes persecuti sunt me gratis; et a verbis tuis, Domine, formidavit cor meum. Hall. hall. K. k. k.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, Domine: ut, intercedente Beato Victore Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Sub chlamyde terreni imperii Christi miles latere non potuit. Hall. K. k. k.

Oratio III.

Fortitudo fidelium, Deus, et Martyrum Coronator, cujus gratia Beatus Victor in diversis cruciatibus sui nominis extitit auctor: concede propitius ipsius orationum suffragiis, omnium malignarum tentationum nos esse victores. Per Dominum.

Psall. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum, Domine. Hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Viam, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui Beatum Victorem Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti: ex ejus nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla ejus adversa formidare. Per Dominum.

Ad Horas, de Commun. præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est.

Ant. in choro. Viam veritatis elegi; judicia tua, Domine. non sum oblitus. Hall.

℟. *in choro.* Sederunt principes et adversum me loquebantur: ‡ Servus autem tuus exercebatur. Hall.

℟. Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consolatio mea justitiæ tuæ: ✠ Servus, etc.

Ant., Psalm. et Orat. de Vesp. I.

Psall. Invénimus eum in campis silvæ; adoravimus in loco ubi steterunt pedes ejus. Hall. hall.

Die IX.

S. GREGORII. NAZIANZENI.

Ep., Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Pont. et Doct.

Psall. in utrisq. Vesp. de Doct., ut in Commun.

Oratio I.

Deus, qui corda hominum mentesque purificas, adesto supplicationibus nostris: ut, qui Beatum Gregorium Pontificem atque Doctorem secretioris tuæ Divinitatis lumine illustrem *et verbi* tui prædica*tione* perfunctum cognoscimus, ea, quæ ipse, divino afflatus spiritu, mirabiliter docuit, mente consequamur et opere. Per Dominum.

Die X.

TRANSLATIO S. NAZARII M.

AD VESPERAS.

Lucern. Exortum est, *de Commun. unius Mart.*

Ant. in choro. Lætabitur justus, *ibid.*

Hymnus.

Sacri triumphales tui,
Dux magne, palmas dicimus,
Quod arma, virtus, et Crucis
Vernet trophæum prælii.
Modis canora mysticis
Nunc turba laudem concinit,
Nazare, lux, vitæ decus,
Apostolorum particeps.
Petri coronaris fide,
Sacroque Pauli dogmate:
Ungente Lino Præsule,
Muniris Almo Spiritu.

‌lsum sequacem prælii,
Tanti sequacem nominis,
Pari coronatum fide,
Christo sacrasti victimam.
elo locans substantiam,
Ærúgo quam non dévorat,
Gentes trahens ad gratiam,
Talenta sacra duplicans.
c fluctuantes vortices
Fixis premens vestigiis,
Donas ademptos Patriæ,
Morti tributos æquoris.
s rebus actis inclyte,
Sancto recisus vertice,
Cœli coronam præferens,
Vitæ nitescis præmio.
.tende vota supplicum,
Potens precator Numinis,
Amator et Verbi Dei,
Legisque doctor cœlicæ.
eo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *in choro.* Iste Sanctus qui pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit; ✠ Fundatus enim erat supra firmam petram. Hall.

℣. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit; ✠ Fundatus, etc.

Ant. Refloruit caro mea.

Psalm. Ad te, Domine, clamabo, *p. 323.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor Domino. Hall. K. k. k.

Oratio I.

Præveniant nos, Domine, quæsumus, Beati Martyris tui Nazarii desiderata commercia: ut, cujus perpetuam dignitatem sacro ministerio frequentamus in terris, et præsentia nobis subsidia postulent et æterna. Per Dominum.

Ant. Bonum mihi.

Psalm. Bonitatem fecisti, *ut in Off. ad Tert. usq. ad* ℣. Manus tuæ fecerunt, *p. 14*.

Ant. Bonum mihi lex oris tui, Domine, super millia auri et argenti. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Fac nos, quæsumus, Domine, Sancti Martyris tui Nazarii semper festa sectari: cujus suffragiis protectionis tuæ dona sentimus. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34*.

Ant. Apparuit thesaurus Nazarius in mundo: dignetur rogare pro nobis Filium Dei. Hall. K. k. k.

Orat. III. Beati Martyris, *de Commun. Mart.*

Psall. Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine. Hall. hall. hall.

Orat. IV. Ut tibi, Domine, *de Commun. Mart.*

Die XI.

S. PAULI A CRUCE

Conf. et Sac.

Sol.

De Commun. Conf. et Sac.

Oratio I.

Domine Jesu Christe, qui ad mysterium Crucis prædicandum, Sanctum Paulum singulari caritate donasti, et per eum novam in Ecclesia familiam florescere voluisti; ipsius nobis intercessione concede: ut Passionem tuam jugiter recolentes in terris ejusdem fructum consequi mereamur in cœlis. Qui vivis, etc.

Oratio II.

Impetret nobis, Domine, Sanctus Sacerdos et Confessor tuus Paulus, qui Crucem unice dilexit: ut, ejus exemplo incitati, adversa cuncta amanter toleremus. Per Dominum, etc.

Die XII.

S. PANCRATII MART.

De Commun. unius Mart.

Oratio I.

Obsecramus, Domine Deus noster: ut infirmitas nostra potentiæ tuæ virtute ita confirmetur,

ti tenera Beati Mar-
s tui Pancratii ætas,
em subnixa præsi-
impiorum rabiem
niversa sui corpo-
ormenta viriliter su-
vit. Per Dominum.

Oratio II.

icede nobis, quæsu-
, Domine: ut, pue-
n Beati Martyris tui
ratii innocentiam i-
ndo, post hujus vi-
alamitates, in con-
tum tuum venire
imus, atque sempi-
i illic beatitudine
uamur. Per Domi-

Die XIII.
S. NATALIS
Ep. et Conf.
Sol.
mmun. Pont. et Conf.

Die XIV.
IN FESTO
EVAT. CORPOR.
SS. AMBROSII
TASII et GERVASII
Sol.

AD VESPERAS I.
ern. Signatum est,
mmun. plur. Mart.

Hymnus.

Nostrum Parentem maximum, *p. 346.*

℟. *cum Infant.* Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei: * Et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempus modicum. Hall.

Iter. Vidi, etc.

℣. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ; * Et dictum est, etc.

Ant. Hæc requies mea.

Psalm. Memento, Domine, David, etc., *p. 47.*

Psall. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Hæc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo, quoniam præelegi eam. Hall. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui Sanctorum Ambrosii, Protasii et Gervasii gloriosa Corpora, tamquam salutis pignora in lucem hodie restituens, Ecclesiam tuam tantis in necessitatibus consolari dignatus es, præsta: ut ipsa his præsidiis et propugnaculis fulta, pacem et pro-

Cap. Mihi autem nimis honorandi sunt amici tui Deus. * Valde confortatus est principatus eorum. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. In lumine, etc., *de commun. plur. MM.*

Ant. in choro. Justi epulentur, *ibid.*

Hymn. Nostrum Parentem maximum, *p. 346.*

℟. *in choro.* Succedant victimæ triumphales in locum ubi Christus hostia est: sed ille super altare, qui pro omnibus mortuus est; ‡ Isti sub altari qui illius redempti sunt passione. Hall.

℣. Hunc ego locum prædestinaveram mihi: sed cedo sacris victimis dexteram portionem. ‡ Isti, etc.

Reliq. de Vesp. I.

Eodem die

SS. FELICIS ET FORTUNATI MM.

Si fieri contingat Off. sol., fit de Commun. plur. MM.

Oratio I.

Adesto, etc. *ut p. 406.*

Oratio II.

Omnipotens, sem[...] ne Deus, fortitud[...] tantium et palm[...] tyrum, solemnitat[...] dierni diei propit[...] tuere, et Ecclesia[...] am continua fac c[...] tate lætari: et in[...] sionibus Beatoru[...] tyrum tuorum Fe[...] Fortunati, omniu[...] credentium vota [...] Per Dominum.

Die XVI.

S. JOANNIS N[...]

Sac. et Ma[...]

Sol.

De Commun[...] Mart.

Oratio [...]

Deus, qui ob[...] Beati Joannis s[...] tale silentium [...] clesiam tuam [...] coron[...] decor[...] bis ejus inter [...] exemplo ling[...] custodire, a[...]

tius mala quam animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per Dominum.

Oratio II.

Deus bonorum omnium principium et finis, qui et apostolica voce, et invincto Sacramenti silentio gloriosum Sacerdotem Joannem ad martyrii coronam perduxisti, tua gratia nos quoque confirma: ut, Fidem uam ore et opere con-'tentes, ad cœleste renum pervenire mereaur. Per Dominum.

Psall. Posui ori meo stodiam, dum consit peccator adversum .

Die XX.

S. BERNARDINI SENENSIS

Sac. et Conf.

Commun. Sac. et

Die XXIII.

. DESIDERII

Ep. et Mart.

mmun. Mart. Pont.

Die XXV.

S. DIONYSII

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. Conf.

AD VESPERAS.

Hymnus.

Regi polorum debitas
Cuncti canamus gratias,
Opem tulit qui cœlitus,
Nostræ favens Ecclesiæ;
Quæ caritatis munere
Bonos alendo recreat,
Munita Sancto Spiritu,
Fide coruscans fulgida.
Grex iste carus Numini,
Nutritus a Pastoribus,
Vitæ perennis pascua
Sumendo, dives permanet.
Hunc firmat ad Christi fidem
Confessio Dionysii;
Legem tuendo cœlicam
Plebs pascitur credentium.
Petit scelesti Præsulem
Sequax Arii concio;
Templique valvas óbsidens,

Feros minatur cómpedes.
At ille, Christum deprecans,
Insomnis aras protegit:
Divina cum fidelibus
Exercet Antistes Sacra.
Exin Comes Palatii
Abducit æde Præsules;
Eusebius, Dionysius
Diris ligantur vinculis.
Captos precemur sedule
Verbi Dei pro nomine:
Ut nos beatis siderum
Tandem fruamur gaudiis.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

Oratio I.

Deus, qui nos Sancti Dionysii confessione gloriosa circumdas et protegis: da nobis ejus imitatione proficere et oratione fulciri. Per Dominum.

Oratio II.

Sancti Dionysii, Domine, confessio recensita conferat nobis piæ devotionis augmentum: quia, in nomine tuo perseverans, digne meruit honorari. Per Dominum.

Die XXVI.

S. PHILIPPI NERII
Sac. et Conf.

Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Hymnus.

Sacrum Philippo canticum
Terræque et astra concinant:
Implevit hic virtutibus
Terras, et astra civibus.
Rectæ magister semitæ,
Dux gentis, ara pauperum,
Ardens lucerna in Israel;
Sic ille Romæ splenduit.
Inter sepulchra Martyrum
Orat, latetque pervigil;
Ex his sepulchris prodiens,

Vitam resumit cœlicam.
Romanæ honorem Purpuræ,
Quo plus meretur, respuit;
Et, major ostro et infulis,
Virtute, sola fulgurat.
Illapsa flamma pectori
Divini amoris æstuat;
Et corde claudi nescia,
Costas refractas dividit.
Ad astra jam cor altius
Vulnus per illud évolat,
Et fusa late in proximos
Divina flagrat caritas.
Hæc caritatis vulnera
Plagas coæquant Martyrum;
Hic cordis ignis æstuans
Flammas adæquat Seraphim.
Ergo rogamus supplices,
Philippe, Summo Numini
Tu nostra pande pectora,
Tuis ut urat ignibus.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

Ant. ad Magnif. Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Philippum Confessorem tuum Sanctorum tuorum gloria sublimasti, concede propitius: ut cujus solemnitate gaudemus, ejus virtutes imitemur. Per Dominum.

Oratio II.

Illo nos igne, quæsumus, Domine, Spiritus Sanctus inflammet: quo cor Beati Philippi Confessoris tui succendere voluisti et mirabiliter dilatare. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem, etc.

Psall. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum, Domine. Hall.

Die XXVIII.

S. SENATORIS Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die XXIX.

SS. SISINII, MARTYRII ET ALEXANDRI MM.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Exaudi, Domine, populum tuum toto tibi corde subjectum: et intercessionibus Beatorum Martyrum tuorum Sisinii, Martyrii et Alexandri, a præsentibus defende periculis et futuris. Per Dominum.

Oratio II.

Majestati tuæ nos, quæsumus, Domine, Sanctorum Martyrum tuorum Sisinii, Martyrii et Alexandri intercessio beata conciliet: ut, qui nostris actibus incessanter offendimus, istorum precibus expiemur. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Nolite timere, pusillus grex; quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Hall. K. k. k.

Die XXXI.

SS. CANTII, CANTIANI ET CANTIANILLÆ MM.

De Commun. plur. MM. Commem. S. Petronillæ Virg. in Vesp. I, de Commun. Virg.

Oratio I.

Populum tuum, Domine, perpetua defensione conserva: nec difficulter, quod pie postulat, consequatur, cui Sanctorum tuorum Cantianorum merita suffragantur. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui Sanctorum tuorum Cantianorum gloriosi fecisti palmam florere certaminis: da nobis, quæsumus, hostis nostri fortia superare tentamina; et, quod nostris meritis non valemus accipere, ipsorum, quorum natalitia celebramus, precibus assequamur. Per Dominum.

FESTA JUNII.

I.

ONINI

Conf.

l.

n. Pont. et
ommem SS.
Felini, de
r. MM.

II.

ELLINI

RI MM.

n. plur. MM.

IV.

RINI

Mart.

Mart. Pont.

V.

IFACII

Mart.

l.

n. Mart. et

io I.

multitudi-
um, Beati

Bonifacii Martyris tui atque Pontificis zelo, ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es, concede propitius: ut cujus solemnia colimus, etiam patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Oratio II.

Intercedat pro nobis apud te, Domine, Beatus Martyr et Pontifex Bonifacius: ut fidem, quam prædicavit, et sanguine suo consignavit, firmiter credamus, et fortiter confiteamur. Per Dominum, etc.

Die VI.

S. EUSTORGII II

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Die VII.

S. NORBERTI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Respice, etc.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beati Apostoli Barnabæ, cujus prædicatione gloriamur, etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Gal. 1.

Fratres. Notum vobis facio Evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem; neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi.

℟. Deo gratias.
℟ *br.* Missus sum Apostolus a Domino.
Iter. Missus sum, etc.* Hall. hall.
℣. Prædicare hominibus viam salutis.
℟. *Hall.* hall.
℣. *Gloria* Patri, etc.
℟. Missus sum, etc.* Hall. hall.
Cap. Bene annnnciavi justitiam tuam, Domine: * In Ecclesia magna. Hall. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Act. 4.

Joseph, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum filius consolationis) vendidit agrum, et attulit pretium et posuit ante pedes Apostolorum.

℟. Deo gratias,
℟. *br.* Bene annunciavi justitiam tuam, Domine.
Iter. Bene, etc. * Hall. hall.
℣. In Ecclesia magna.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Bene, etc. * Hall. hall.
Cap. Gloria et honore coronasti eum, Domine:* Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Hall. K. k. k.
Oratio II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Act. 13.

ıdæi concitaverunt ılieres religiosas et nestas et primos ci- ,atis, et excitaverunt rsecutionem in Pau- m et Barnabam, et ːcerunt eos de finibus is.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Gloria et ho- ıre coronasti eum, Do- ine.

Iter. Gloria, etc.* Hall. ll.

℣. Et constituisti eum per opera manuum arum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Gloria, etc. * Hall. ıll.

Cap. Per os Apostoli ıi * Dominus locutus ːt. Hall. K. k. k.

Orat. IV de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. et Ant. in choro ʔ Commun. unius Ap.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *ut in Vesp. I sed ıe Infant.;*

Ant. I de Vesp. I.

Psalm. Cœli enarrant, *de Comm. unius Ap.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Reliq. de Vesp. I.

Die XIII.

S. ANTONII DE PADUA

Conf. et Sac.

Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Oratio I.

Ecclesiam tuam, Deus, Beati Antonii Confessoris tui solemnitas votiva lætificet: ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, concede propitius: ut intercessione Beati Confessoris tui Antonii contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

Die XIV.

S. BASILII

Ep. Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf. Psall. in Vesp. de Doct.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut intercessione Beati Pontificis atque Doctoris Basilii, qui asperioris vitæ studio floruit et exemplo, ad salutarem christianæ mortificationis affectum perducamur. Per Dominum.

Die XV.

S. VITI M.

De Commun. unius Mart.

Oratio I.

Da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, Sancto Vito intercedente, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: ut prava despiciens, quæcumque recta sunt, libera exerceat charitate. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui nos Beati Viti Martyris tui meritis et intercessione lætificas, concede propitius: ut, qui ejus beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum.

Psall. O quam beatus Vitus in perpetuum, qui taliter promeruit a Domino accipere coronam indulgentiæ et triumphalem palmam martyrii.

Commem. SS. Modesti et Crescentiæ MM.

Psall. Justi et sancti, *de Commun. plur. MM.*

Oratio.

Prætende nobis, Domine, misericordiam tuam, et esto populi tui defensor et custos: ut Sanctorum tuorum Modesti et Crescentiæ securo possimus gaudere consortio. Per Dominum.

Die xvii.
SS. MARCI
ET MARCELLIANI MM.
De Commun. plur. MM.

Die xix.
IN FESTO
SS. PROTASII
ET GERVASII MM.
Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Signatum est, *de Commun. plur. MM.*

Hymnus.

Grates tibi, Jesu, novas,
Novi repertor muneris,
Protasio, Gervasio,
Cano, repertis fratribus.
e latebant hostiæ,
ed non latebat fons sacer:
atére sanguis non potest,
ui clamat ad Deum Patrem.
) refulgens gratia
tus revelavit sacros:
quimus esse Marres,
Sed invenimus Martyres.
Hic quis requirat testium
Voces, ubi factum est Fides?
Sanatus impos mentium
Opus fatetur Martyrum.
Cæcus, recepto lumine,
Mortis sacræ meritum probat:
Severus est nomen viro,
Usus minister publici.
Ut Martyrum vestem attigit,
Et ora tersit nubila,
Lumen refulsit illico,
Fugitque pulsa cœcitas.
Soluta turba vinculis,
Spiris draconum libera,
Emissa totis urbibus,
Domum redit cum gratia.
Vetusta sæcla vidimus,
Jactata semicinctia,
Tactuque et umbra corporum
Ægris salutem redditam.
Patri simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,

Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℟. *cum Infant.* Hi sunt, qui secuti sunt Domini mei Jesu Christi vestigia. Nihil terrenum, nihilque carnale concupiscentes, * Ad hoc pertingere meruerunt, ut Christi Martyres fierent.

Iter. Hi sunt, etc.

℣. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! * Ad hoc, etc.

Ant. Plantati in domo.

Psalmus 91.

Bonum est confiteri Domino, * et psallere nomini tuo, Altissime;

Ad annunciandum mane misericordiam tuam * et veritatem tuam per noctem.

In decachordo, psalterio, * cum cantico et cithara;

Quia delectasti me, Domine, in factura tua: * et in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua, Domine! * nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiens non cognoscet, * et stultus non intelliget ea.

Cum exorientur peccatores sicut fœnum, * et prospexerint omnes, qui operantur iniquitatem;

Ut intereant in sæculum sæculi: * tu autem Altissimus in æternum, Domine.

Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt; * et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur, sicut unicornis, cornu meum, * et senectus mea in misericordia uberi.

Et respexit oculus meus inimicos meos, * et insurgentes in me malignantes audit auris mea.

Justus ut palma florebit; * sicut cedrus quæ est in Libano, multiplicabitur.

Plantati in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, * et bene patientes erunt ut annuncient.

Quoniam justus Dominus Deus noster; * et non est iniquitas in eo.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebunt. K. k. k.

Oratio I.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, quas in Beatissimorum Martyrum tuorum Protasii et Gervasii commemoratione deferimus: ut, qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, eorum, qui tibi placuerunt meritis et intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Ant. Ecce quam bonum.

Psalm. ipse. Sicut unguentum in capite, *p. 48.*

Ant. Ecce quam bonum est fratres habitare in unum usque in sæculum. K. k. k.

Oratio II.

Concede, quæsumus, Domine, populo tuo veniam peccatorum et religionis augmentum: atque, ut ei tua dona multiplices, Sanctorum Martyrum tuorum Protasii et Gervasii patrocinia fac adesse, et largire præsidia. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Dico autem vobis amicis meis: Ne timeatis ab iis qui occidunt corpus. K. k. k.

Oratio III.

Sanctorum Martyrum, Domine, Protasii et Gervasii confessio nos beata communiat: et fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret. Per Dominum.

Psall. Sanctus Ambrosius dixit: Gratias tibi, Domine Jesu; quod hoc tempore tales nobis Sanctorum Martyrum spiritus excitasti, quo Ecclesia tua præsidia majora desiderat. Cognoscant omnes quales ego propugnatores requiram, qui propugnare possint, impugnari non soleant.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Sanctus Ambrosius.

Ut pectus ex his disceret
Terrore nullo cóncuti.
Humor fluenti simplicis
Præbebat ultro pocula,
Silvestre mel convivium,
Pelles ferarum purpuram.
Mox inde genti redditus
Culpas Herodis increpat,
Regem nefandis clamitans
Contaminatum nuptiis.
Instemus ipsi semitis,
Quas iste rectas præstitit;
Nec callis asper terreat
Vitam beatam cónsequi.
Salve, Puer ter maxime,
Nostræ salutis signifer:
Signa vias errantibus,
Verumque Numen prædica.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum Amen.

℟. *cum Infant.* Priusquam te formarem in utero, novi te; et antequam exires de ventre, sanctificavi te: ✠ Prophetam in gentibus posui te.

Iter. Priusquam, etc.

℣. Misit Dominus manum suam et tetigit os meum et dixit mihi: ✠ Prophetam.

Ant. Erant justi.

Psalm. Beati omnes, *p. 44.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Erant justi ambo ante Dominum, incedentes in omnibus mandatis ejus. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui præsentem diem nobis honorabilem in Beati Joannis Nativitate fecisti, da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis et pacis. Per Dominum.

Ant. De ventre matris.

Psalm. Credidi, *p. 37.*

Ant. De ventre matris meæ vocavit me Dominus nomine meo. K. k. k.

Oratio II.

;ati Joannis Baptistæ
;, quæsumus, Domine
eclara comitetur ora-
: et quem venturum
e prædixit, poscat no-
habere placatum. Qui
um, etc.

'ant. Magnif., *p. 34.*
Int. Ut audivi vocem
utaris tui in auribus
is, exultavit infans in
ro meo. K. k. k.

Oratio III.

us, qui Beatum Joan-
1 Baptistam tua pro-
entia destinasti, ut
fectam plebem Chri-
Domino præpararet,
quæsumus: ut fami-
tua hujus interces-
e Præconis, et a pec-
s omnibus exuatur,
'um, quem propheta-
inveniat. Qui tecum.
sall. Major Prophetis
minor Angelis, qui
paravit corda fide-
n.
. Gloria Patri, etc.
'er. Major, etc.
ompl. I. Sancti tui.
ompl. II. Benedictus

Oratio IV.

Omnipotens sempiterne Deus: da cordibus nostris illam sequi tuarum rectitudinem semitarum, quam Beati Joannis Baptistæ vox clamantis edocuit. Qui vivis, etc.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Jer. 1.

Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de ventre, sanctificavi te: et Prophetam in gentibus dedi te.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Fuit homo missus a Deo.

Iter. Fuit, etc. * Hall. hall.

℣. Cui nomen erat Joannes.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Fuit, etc. * Hall. hall.

Cap. Hic venit in testimonium, * Ut testimonium perhiberet de lumine et pararet Domino plebem perfectam. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Jer. 1.

Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et disperdas et dissipes, et ædifices et plantes: dicit Dominus omnipotens.

℞. Deo gratias.

℞. *br.* Zacharias cum esset in templo.

Iter. Zacharias, etc. * Hall. hall.

℣. Apparuit ei Angelus, dicens.

℞. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℞. Zacharias, etc. * Hall. hall.

Cap. Uxor tua Elisabeth concipiet et pariet filium: * Et vocabitur nomen ejus Joannes, et multi in nativitate ejus gaudebunt. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Is. 49.

Audite, insulæ, et attendite, populi, de longe: Dominus ab utero cavit me, de ventre tris meæ recordatu nominis mei.

℞. Deo gratias.

℞. *br.* Joannes præc in spiritu et virtute

Iter. Joannes, e Hall. hall.

℣. Ut convertat c patrum in filios.

℞. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, e

℞. Joannes, etc. * hall.

Cap. Inter natos lierum * Non surr major Joanne Bapt Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum *de Commun. unius* M

Ant. in choro. Tu p Propheta Altissimi caberis; præibis e ante faciem Domini rare vias ejus.

Hymn. de Vesp. I.

℞. *in choro.* Præcu Domini venit, de ipse testatur: Nullus jor inter natos mulie * Joanne Baptista.

℣. De ventre m

meæ vocavit me Dominus nomine meo, ✠ Joanne Baptista.

Ant. Joannes est.

Psalm. Beatus vir, *p. 31.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Joannes est nomen ejus, et multi in nativitate ejus gaudebunt. K. k. k.

Psalm. Dilexi, *p. 36.*

Ant. De ventre matris meæ vocavit me Dominus nomine meo. K. k. k.

Reliq. de Vesp. I.

Commem. S. Februniæ.

Die xxv.

S. FEBRONIÆ

Virg. et Mart.

De Commun. Virg. et Mart.

Die xxvi.

SS. JOANNIS ET PAULI MM.

De Commun. plur. Mart.

Oratio I.

...fende, quæsumus, ...mine, plebem tuam in sola misericordiæ tuæ venia confidentem: et, intervenientibus Sanctis Martyribus tuis Joanne et Paulo, quidquid eidem debetur pro castigatione delicti, transeat ad consolationis effectum. Per Dominum.

Oratio II.

Beatorum Martyrum tuorum Joannis, et Pauli natalitia veneranda, quæsumus, Domine, Ecclesia tua devota suscipiat: et fiat magnæ glorificationis amore devotior. Per Dominum.

Die xxvii.

IN FESTO

S. THOMÆ AP.

Sol.

De Commun. unius Ap.

Oratio I.

Deus, tuorum gloria Sanctorum, præsta, quæsumus: ut Beati Apostoli tui Thomæ, cujus diem festum colimus, sentiamus auxilium. Per Dominum.

Oratio II.

Adjuvet familiam tuam, quæsumus, Domine, supplicando venerandus Thomas Apostolus: et pius interventor efficiatur, qui tui nominis extitit prædicator. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. Hall. K. k. k.

Oratio III.

Adesto, Domine, quæsumus, plebi tuæ sanctificator et custos: ut, Apostoli tui Thomæ munita præsidiis, conversatione tibi placeat et secura mente deserviat. Per Dominum,

Psall. Misi digitum meum in fixuram clavorum, et manus meas in latus ejus; dixi: Dominus meus et Deus meus.

Die XXIX.

IN FESTO

SS. PETRI ET PAULI AP.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Signatum est, *de Commun. plur. Ap.*

Hymnus.

Apostolorum passio
Diem sacravit sæculis,
Petri triumphum nobilem,
Pauli coronam præferens.

Conjunxit æquales viros
Cruor triumphalis necis:
Deum secutos Præsulem
Christi coronavit fides.

Apostolus primus Petrus,
Nec Paulus impar gratia,
Electionis vas sacræ
Petri coæquavit fidem.

Verso crucis vestigio,
Simon, honorem dans Deo,
Suspensus ascendit, dati
Oraculi non immemor.

Præcinctus, ut dictum, senex
Et elevatus ab altero,
Quo nollet, ivit: sed volens
Mortem subivit asperam.

Hinc Roma celsum verticem
Devotionis extulit,
Fundata tali sanguine,
Et Vate tanti nominis.

ıer Urbis ambi-
ı
a tendunt agmi-
.
celebratur viis
n sacrorum
tyrum.
go, Doctor, gen-
n
aule, mores in-
ıe:
etre, Pastor o-
um,
ad astra dirige
mulque Filio,
ıe, Sancte Spi-
s,
fuit, sit jugiter
m per omne
ia. Amen.
Infant. Isti sunt
æ et candelabra
ante Dominum.
ent potestatem
cœlum nubibus
ire portas ejus;
guæ eorum cla-
i factæ sunt.
sti sunt, etc.
omnem terram
onus Apostolo-
in fines orbis ter-
a eorum. ℣ Ha-
c.
Vos estis.
. Gaudete, justi,

Psalm. Ecce nunc, et Laudate, *p. 68.*

Ant. Vos estis lux mundi et lucerna lucens his qui in domo sunt. K. k. k.

Oratio I.

Familiam tuam, Domine, propitius intuere et Apostolicis fove præsidiis: ut eorum precibus gubernetur, quibus nititur, te constituente, Principibus. Per Dominum.

Psalm. Beati omnes, *p. 44.*

Ant. Petrus et Paulus duo sunt luminaria, per quos omnis mundus illuminabitur. K. k. k.

Oratio II.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: et Apostolorum tuorum Petri et Pauli tuere præsidiis, quorum donasti fideles esse doctrinis. Qui vivis et regnas, etc.

Ant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Simon Joannis, diligis me plus his? Tu scis, Domine, quia amo te. K. k. k.

Oratio III.

Deus, cujus dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et Coapostolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit, exaudi propitius supplicationem nostram et concede: ut, amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur. Qui vivis, etc.

Psall. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Vos, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Apostoli tui Petri fide et nomine consecrasti, quique Beatum illi Paulum ad prædicandam gentibus gloriam tuam sociare dignatus es, concede: ut omnes, qui ad eorum solemnitatem convenerunt, spirituali remuneratione ditentur. Qui vivis, etc.

Commem. Omnium SS. Apostol.

Psall. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui, fragilitati nostræ cónsulens, assidua nos omnium Apostolorum celebritate solaris: da nobis, sub Patronis talibus constitutis, et continua securitate muniri, et salutari gaudere profectu. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Act. 12.

Petrus quidem servabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* In omnem terram exivit sonus Apostolorum.

Iter. In omnem, etc. *

hall. Hall.

℣. Et in fines orbis terræ verba eorum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In omnem, etc. * Hall. hall.

Cap. Nimis honorandi sunt amici tui, Deus: * Valde confortatus est principatus eorum. Hall. K. k. k.

Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, da populis tuis Apostolorum tuorum Petri et Pauli natalem plena devotione venerari: ut, quorum doctrinis et confessione Trinitatis unius institutus est mundus, eorum suffragantibus meritis, Divinæ serviat Unitati. Per Dominum.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Act. 12.

Angelus Domini astitit, et lumen refulsit in habitaculo, percussoque latere Petri, excitavit eum dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de *manibus ejus.*

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Nimis honorandi sunt amici tui, Deus. *Iter.* Nimis, etc. * Hall. hall.

℣. Valde confortatus est principatus eorum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Nimis, etc. * Hall. hall.

Cap. Constitues eos principes super omnem terram: * Memores erunt nominis tui, Domine. Hall. K. k. k.

Oratio.

Deus, qui confitentium tibi Redemptor es animarum, quarum piscator Beatus Petrus Apostolus atque omnium Pastor tua præceptione cognoscitur: annue misericors precibus nostris, et populo tuo pietatis tuæ dona concede. Qui vivis, etc.

AD NONAM.

Epistolella.

Act. 12.

Petrus ad se reversus dixit: Nunc scio vere quia misit Dominus An-

gelum suum et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judæorum.

℟. Deo gratias.

℟. Constitues eos Principes super omnem terram.

Iter. Constitues, etc. * Hall., hall.

℣. Memores erunt nominis tui, Domine.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Constitues, etc. * Hall. hall.

Cap. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, * Si dilectionem habueritis ad invicem. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. In lumine, *de Commun. plur. Ap.*

Ant. in choro. Justi epulentur, *ibid.*

℟. *in choro.* Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est et mihi inter gentes: ‡ Et cognoverunt gratiam Dei, quæ data est mihi.

℣. Missus sum Apostolus a Domino prædicare Evangelium Dei inter gentes: ‡ Et cognoverunt, etc.

Ant. In omnem terram.

Psalm. Cœli enarrant, *infra de Commun. unius Ap. Vesp. II.*

Psalm. Ecce nunc, et Laudate, *p. 68.*

Ant. In omnem terram exivit sonus Apostolorum, et in fines orbis terræ verba eorum. K. k. k.

Orat. I. ut sup. ad Tert.

Psalm. Domine, probasti, *p. 53.*

Ant. Petrus et Paulus duo sunt luminaria, per quos omnis mundus illuminabitur. K. k. k.

Orat. II, ut sup. ad Sext.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Simon Joannis, diligis me plus his? Tu scis, Domine, quia amo te. K. k. k.

Orat. III de Vesp. I.

Psall. Isti sunt duo testamenta, quæ fulgent in universa terra: qui, sicut agni, exultaverunt ante faciem Domini Dei sui.

℣. Gloria Patri, etc

Iter. Isti sunt, etc.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus
;.
Orat. IV de Vesp. I.
Commem. omn. SS. Ap.
Psalm. Nos vos, *ut in*
esp. I.

Oratio.

Deus, qui nos repetita omnium Apostolorum solemnitate lætificas, præsta, quæsumus: ut, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

FESTA JULII.

Die II.

VISITAT. B. M. V.

Sol. Dom.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.
Hymn. Mysterium Ecesiæ, *p. 92.*
℟. *cum Infant.* Vidi ›eciosam, sicut columam, ascendentem desuer rivos aquarum: cuis inæstimabilis odor 'at in vestimentis ejus: Et, sicut dies verni, rcúmdabant eam flores rosarum et lilia conalium.
Iter. Vidi, etc.
℣. Ascendebat per de-›rtum sicut virgula fui ex aromatibus myrıæ et thuris: * Et si-*tt, etc.*

Ant. Ave, Virgo Maria.
Psalm. Dilexi, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Ave, Virgo Maria, gratia plena, Dominus tecum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui virginalem aulam Beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es, da, quæsumus: ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse Visitationi. Qui vivis, etc.
Psalm. Eructavit cor meum, *in Vesp. I de Commun. Virg.*
Ant. Benedicta tu inter mulieres, et bene-

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Ut audivi vocem Salutaris tui in auribus meis, exultavit infans in utero meo.

Hymn. Misterium Ecclesiæ, *p. 92.*

℟. *in choro.* Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui, * Qui est Christus Dominus.

℣. Et beata quæ credidisti: perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. * Qui, etc.

Ant. Psalm. et Orat. de Vesp. I.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beatam me dicent omnes generationes; quia ancillam humilem respexit Deus. K. k. k.

Psall. Beata es, Maria, quæ credidisti: perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a Domino.

Die IV.

S. ULDERICI

Ep. et Conf.

De Commun. **Pont. et** *Conf.*

Die V.

S. HILARII

Ep. Conf. et Doct.

Sol.

De Commun Pontif. et Doct.

Oratio.

Omnipotens Pater, qui Beatum Hilarium Divinitatis Filii tui propugnatorem eximium nostræ huic Ecclesiæ mira solicitudine adesse fecisti, concede propitius: ut, ejus doctrina et protectione gaudentes, in cognitione et amore Domini nostri Jesu Christi sine intermissione proficiamus. Qui vivis etc.

Commem. S. Margaritæ de Comm. Virg. et Mart.

Die VI.

SS. CYRILLI

ET METHODII

Pont. et Conf.

Sol.

De Comm. Pont. et Conf.

Off. de Commun. Pont. et Conf., sed in Or

tantum, *quæ ponunt in singulari., dicant. in plurali.*

AD VESPERAS.

Hymnus.

Lux o decora patriæ,
Slavisque amica gentibus,
Salvete, Fratres; annuo
Vos efferemus cantico;
Quos Roma plaudens excipit,
Complexa mater filios,
Auget corona Præsulum
Novoque firmat róbore.
Terras ad usque barbaras
Inferre Christum pergitis;
Quot vanus error luserat,
Almo repletis lumine.
Noxis soluta pectora
Ardor supernus abripit;
Mutatur horror veprium
In sanctitatis flosculos.
Et *nunc serena Cœlitum*
Locati in aula, supplici
Adeste voto; Slávicas
Servate gentes Numini.
Errore mersos unicum
Ovile Christi congreget;
Factis avitis æmula
Fides virescat pulchrior.
Tu nos, Beata Trinitas,
Cælesti amore cóncita,
Patrumque natos ínclita
Da pérsequi vestigia.
Amen.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Slavoniæ gentes per Beatos Confessores tuos atque Pontifices Cyrillum et Methodium ad agnitionem tui nominis venire tribuisti, præsta: ut quorum festivitate gloriamur, eorum consortio copulemur. Per Dominum.

Oratio II.

Da, Domine, per intercessionem Sanctorum

firmamentum panis contrivit.

Misit ante eos hominem; * in servum venúmdatus est Joseph.

Humiliaverunt in compedibus pedes ejus; ferrum pertransivit animam ejus: * donec veniret verbum ejus.

Eloquium Domini ussit eum: misit rex, et solvit eum; * princeps populorum et dimisit eum.

Constituit eum dominum domus suæ, * et principem omnis possessionis suæ;

Ut erudiret principes suos sicut se, * et seniores suos prudentiam docéret.

Et intravit Israel in Ægyptum, * et Jacob habitavit in terra Cham.

Et auxit populum suum nimis, * et firmavit eum super inimicos ejus.

Convertit cor eorum ut odirent populum suum, * et dolum facerent in servos ejus

Misit Moysen, servum *suum, * et* Aaron, quem *elegit ipsum.*

Posuit in eis verba signorum suorum * et prodigiorum in terra Cham.

Misit tenebras, et obscuravit eos; * quia exacerbaverunt verbum ejus.

Convertit aquas eorum in sanguinem * et occidit pisces eorum.

Misit terra eorum ranas; * in cubilibus penetralibus regum ipsorum.

Dixit, et venit musca canina, * et cinifes in omnibus finibus eorum.

Posuit pluvias eorum grandinem, * ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum, * et contrivit omne lignum finium eorum.

Dixit, et venit locusta et bruchus cujus non erat numerus; * et comedit omnem fructum terræ eorum.

Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, * primitias omnis laboris ipsorum.

Et eduxit eos in argento et auro; * et non

t in tribubus eorum
rmus.
ætata est Ægyptus in
fectione eorum; *
ı cécidit timor eorum
er eos.
xpandit nubem in
tectionem eorum,* et
m, ut lucéret eis per
tem.
etierunt, et venit co-
nix; * et pane cœli
avit eos.
irúpit petram, et flu-
unt aquæ; * et abie-
t in siccis flumina:
uia memor fuit verbi
cti sui * quod fuit ad
aham puerum suum.
t eduxit populum
m in exultatione, *
lectos suos in lætitia.
t dedit eis regiones
tium,* et labores po-
orum possidere fecit
;
t custodiant justifi-
iones ejus, * et legem
s requirant.
salm. Ecce nunc, *et*
ıdate, *p. 68.*
Ant. Transierunt de
ıte in gentem et de
no ad populum alte-
n. K. k. k.

Oratio I.

enedic, *quæsumus*, Domine, plebem tuam· et Beatissimorum Martyrum tuorum Náboris et Felicis deprecationibus confidentem, tribue consequi quod sperare donasti. Per Dominum.

Psalm. In convertendo Dominus, *p. 42.*

Ant. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos. K. k. k.

Oratio II.

Protegat Ecclesiam tuam, Deus, oratio veneranda Beatissimorum Martyrum tuorum Náboris et Felicis: et quorum frequentia devotionem impendit, perpetuæ poscat redemptionis effectum. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui Sanctis tuis coronam dedisti, et peccatoribus veniam non negasti: omnes exaudi et omnium miserere. Per Dominum.

Psall. Psallite Domino, Sancti ejus, et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Oratio IV.

Deus, qui Sanctorum Martyrum tuorum Náboris et Felicis nobis intercessione succurris, da, quæsumus: ut et eorum exultemus meritis, et patrocinio protegamur. Per Dominum.

Commem. S. Benedicti et S. Joannis Gualberti Abbatum, de Commun. Conf.

Ad Horas de Commun. plur. MM.

AD VESPERAS II.

Lucern. In lumine *de Commun. plur. MM.*

Ant. in choro. Justi epulentur, *ibid.*

Hymn. Victor, Nabor, Felix, *p. 399.*

℟. *in choro.* Isti sunt Mauri genere, et Sanctorum cives: incolæ terræ, sed Christi sunt domestici. ✠ Omnipotens Dominus gloriosi martyrii triumpho coronavit eos.

℣. Victor, Nabor, Felix, gloriosi milites Christi, quos Ecclesiæ suæ sociavit fides, fideliter concertantes. ✠ Omnipotens, etc.

Ant. Vos estis.

Psalm. Gaudete, justi, *de Commun. plur. MM.*

Psalm. Ecce nunc, et Laudate, *p. 68.*

Ant. Vos estis, *ibid.*

Orat. I de Vesp. I.

Ant. Fratres mei.

Psalm. Beata gens *de Commun. plur. MM.*

Ant. Fratres, *ibid.*

Orat. II de Vesp. I.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Mauri quidem genere, sed nostri cives; incolæ terræ, sed Christi domestici. K. k. k.

Orat. III de Vesp. I.

Psall. Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Agni. Jam non estis hospites, nec peregrini: sed estis cives Sanctorum et domestici Dei.

Reliq. de Vesp. I.

Die XIV.

S. BONAVENTURÆ

Ep. Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. *Pont. et Conf.*

Psall. de Doct. in utrisq. *ɛsp.*

Oratio I.

)eus, pietatis et scien-
e amator, cujus dono
ːatus Bonaventura de-
)tionis ardorem ita
ım pia eruditione con-
nxit, ut Doctoris Se-
.phici nomine merue-
t insigniri, tribue, quæ-
ımus: ut sicut ex altari
ıcrosanta Hostia in os
ius se sponte infudit,
ı et nos, ejus interces-
one, ad cœlestem men-
.m digne semper acce-
ımus. Per Dominum.

Die xv.

S. HENRICI

Imp. et Conf.

Sol.

De commun. Conf.

Oratio I.

)eus, qui Beatum Hen-
cum Confessorem tu-
n cœlesti imperio ter-
ːnum postponere do-
ıisti: da, quæsumus,
)bis ejus exemplo ca-
ıca despicere, atque
terna sectari. Per Do-
ɔinum.

Oratio II.

Deus, qui inter aulæ delicias intactum a mundi illecebris spiritum Sancti Henrici Confessoris tui conservasti, fac, quæsumus: ut in amore tuo fideles tui ita firmentur, ut et terrena despiciant et ad cœlestia semper aspirent. Per Dominum.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut sicut Beatus Confessor tuus Henricus, spretis mundi oblectamentis, soli dominantium Domino placere studuit; ita ejus oratio nostras tibi preces reddat acceptas. Per Dominum.

Oratio IV.

Deus, qui Beatum Henricum Confessorem tuum mirificasti in terris et gloriosum in cœlis fecisti: eumdem, quæsumus, Ecclesiæ tuæ constitue defensorem. Per Dominum.

Die XVI.

. CAMILLI DE LELLIS

Conf. et Sac.

Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Oratio I.

Deus, qui Sanctum Camillum, ad animarum in extremo agone luctantium subsidium singulari caritatis prærogativa decorasti: ejus, quæsumus, meritis spiritum nobis tuæ dilectionis infunde: ut in hora exitus nostri hostem vincere et ad cœlestem mereamur coronam pervenire. Per Dominum.

Commem. SS. Quirici et Julittæ MM. de Commun. plur. MM.

Oratio.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et, Beatorum Quirici et Julittæ Martyrum intercessionibus confidentes, nec minis adversantium, *nec ullo* perturbemur *incursu.* Per Dominum.

Die XVII.

S. MARCELLINÆ V

Sol.

De Commun. Virg.

Oratio I.

Intercessio, quæsumus, Domine, Beatæ Virginis Marcellinæ tuam pro nobis placare non desinat Majestatem: et quæ tibi placuit suæ mentis et corporis integritate, nostram tibi devotam jugiter efficiat servitutem. Per Dominum.

Oratio II.

Interveniat pro nobis quæsumus, Domine, Beata Virgo Marcellina: quæ pro tui nominis amore virginitatis propositum intemerato semper corpore et corde servavit. Per Dominum.

Die XVIII.

S. MATERNI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. Conf.

M
Do
mu
Co
at
te
p
]

Oratio I.

Misericordiam tuam, Domine, nobis, quæsumus, interveniente Beato Confessore tuo Materno atque Pontifice, clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propitiare suffragiis. Per Dominum.

Oratio II.

Beati Confessoris tui Materni atque Pontificis fac nos, Domine, miranda præconia confiteri: ut, ejus adjuti præsidiis, Majestati tuæ jugiter mereamur esse devoti. Per Dominum.

Die XIX.

B. MARIÆ V. DE MONTE CARMELO.

Sol.

Omn. ut in die S. Mariæ ad Nives, 5 Aug.

In Vesp. I Commem. S. Materni Pont. et Conf.

Die XX.

S. HIERONYMI ÆMILIANI CONF.

Sol.

De Commun. Conf.

Oratio I.

Deus, misericordiarum Pater, per merita et intercessionem Beati Hieronymi, quem orphanis adjutorem et patrem esse voluisti, concede: ut spiritum adoptionis, quo filii tui nominamur et sumus, fideliter custodiamus. Per Dominum.

Die XXI.

S. PRAXEDIS VIRG.

Sol.

De Commun. Virg.

Oratio I.

Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut, sicut de Beatæ Praxedis Virginis tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu Per Dominum.

Oratio II.

Indulgentiam nobis, Domine, Beata Praxedes Virgo imploret: quæ tibi grata semper extitit et merito castitatis et tuæ professione virtutis. Qui vivis.

Die XXII.

IN FESTO S. MARIÆ MAGDALENÆ MATR.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lucerna pedibus, *de Commun. Virg.*

Hymnus.

Cœlestis aulæ Principi,
Cives Beati, psallite,
Qui sedulus non desinit
Oves vocare perditas.
Soror Maria Lazari
Multo gravata crimine,
Jesu tenens vestigia,
Cœli requirit semitas.
Allapsa plantis, ubere
Dei repletur gratia:
Fletuque summi fervidos
Ignes amoris excitat.
Pedes rigabat lacrymis,
Tergebat atque crinibus:
Unguenta fundens optima,
Dat plura plantis oscula.
Simonis ut livor videt,
Illacrymantem despicit:
Propheta, dicens, si foret,
Istius acta agnosceret.
Sed qui reliquit sidera,
Ut servet orbem noxium,
Divina clemens gaudia
Parat gementi fœminæ.
Audit benignas pœnitens
Voces Maria Judicis:
Tibi remitto singula,
Quæ perpetrasti, crimina.
Sic Magdalenæ sémitas
Oves sequantur perditæ:
Lupum timentes Tartari
Beata carpent pascua.
Patri, simulque Filio
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℞. *cum Infant.* Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. ‡ Noli flere, Maria: resurrexit Dominus. Hall. hall.

Iter. Tulerunt, etc.

℣. Venit Maria plorans
lere sepulchrum. Dicit
Angelus: ‡ Noli flere.
Ant. Domine.
Psalm. Deus miserea-
' nobis, etc., *p. 394.*
Psalm. Ecce nunc, *et*
ıdate, *p. 68.*
Ant. Domine, si fuis-
hic, non fuisset mor-
ıs frater meus. K. k. k.

Oratio I.

eus, qui per os Bea-
Mariæ Magdalenæ Re-
·rectionis Dominicæ
ıdium Sanctis Aposto-
præloquendo innote-
ıre voluisti, tribue,
æsumus: ut ejus præ-
liis infirmitas nostra
boretur in terris, de
jus profectibus Ange-
gratulantur in cœlis.
r eumdem.
Ant. Maria unxit pe-
s Jesu.

Psalmus 31.

eati quorum remissæ
nt iniquitates, * et
orum tecta sunt pec-
ta.
Beatus vir cui non im-
tavit Dominus pecca-tum, * nec est in ore
ejus dolus.
Quoniam tacui, inve-
teraverunt ossa mea, *
dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte
* gravata est super me
manus tua.
Conversus sum in æ-
rumna, * dum configitur
mihi spina.
Delictum meum co-
gnitum tibi feci; * et in-
justitiam meam non ab-
scondi.
Dixi: Èloquar adver-
sum me injustitiam me-
am Domino; * et tu re-
misisti impietatem cor-
dis mei.
Pro hac orabit ad te
omnis sanctus * in tem-
pore opportuno.
Veruntamen in dilu-
vio aquarum multarum
* ad illum non appro-
ximabunt.
Tu es mihi refugium
a tribulatione, * quæ cir-
cúmdedit me.
Exultatio mea, libera
me * a circumdantibus
me.
Intellectum dabo tibi,
et instruam te in via hac,
qua gradieris; * firmabo
super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * in quibus non est intellectus.

In fræno et camo maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatorum; * sperantes autem in Domino misericordia circúmdabit.

Lætamini in Domino et exultate, justi, * et gloriamini, omnes recti corde.

Gloria Patri, etc.

Ant. Maria unxit pedes Jesu, et extersit capillis suis, et domus impleta est odore unguenti. K. k. k.

Oratio II.

Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Domine, supplicationibus tribue nos foveri: ut, cujus venerabilem solemnitatem pio celebramus obsequio, ejus intercessionibus commendemur et meritis. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Mittens hæc mulier unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. K. k. k.

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, qui non vis mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris, nostræ devotionis preces placatus intende: ut, quod peccatorum nostrorum vincula constringunt, Beatæ Mariæ Magdalenæ precibus relaxetur. Per Dominum.

Psall. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Non veni, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Largire nobis, quæsumus, clementissime Pater: ut, sicut Beata Maria Magdalena Dominum nostrum Jesum Christum super omnia diligendo suorum obtinuit veniam peccatorum, ita nobis apud tuam misericordiam sempiternam imploret beatitudinem. Per eundem.

Ad Horas, de Commun. Matr. præt. Orat.

ERAS II.

:ortum est.
horo. Hall.
Maria. Hall.
Dominus.

Vesp. I.
S. Apolli-

r cœci ocu-
Apollinaris
cis edidit,
reddidit.
statis tuæ;

XIII.

INARIS
Mart.

l.

m. Mart.
esp., dicunt.

x orta est.
Apollinaris
infra.
ant. Beatus
stolus dixit
o Apollina-
perge Ra-
ltitudo po-
lemoratur:
Baptismum
in nomine

Iter. Beatus, etc.
℣. Ecce eruditus es de omnibus quæ fecit Jesus: Quid sedes nobiscum? ℟ Surge, etc.
Reliq. ut in Vesp. II.

Ad Horas de Commun. Mart. præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est, *de Commun. unius Mart.*
Ant. in choro. Lætabitur justus, *ibid.*

Hymnus.

Apollinaris Martyris
Piis triumphum vocibus,
Lætisque palmam mentibus
Promat fidelis concio.
Petri Ravennam jussibus
Profectus, addit lumina
Cœcis, prius quam mœnia
Intraret Axis nuncius.
Theclam, Tribuni conjugem,
Ægram cubantem pristinæ
Reddens saluti, Numinis

Plures vocavit ad fidem.
Mutam rogatus visere
Curat puellam, spiritus
Quam torserat nequissimus,
Fandique morem contulit.
Vitæ redónat filiam
Ruffi solutam corpore:
Morbique vinclis liberam
Christo sacravit virginem.
Squalore lepræ sordidum
Monens, fideli pectore
Regem Supernum credere,
Sanavit undis abluens.
Tauri carentem lumine,
Pulsis tenebris, filium
Lucem serenis visibus
Orando jussit cernere.
Hic inter aras dæmonum
Delubra solus diruit,
Famem necemque pertulit,
Cœlo refudit spiritum.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spirito Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *in choro*. Deus, qui operaris cum Petro magistro meo, operare et mecum inter Gentes: ‡ Ut cognoscant te verum Deum, et credant in te.

℣. Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina: ‡ Ut cognoscant.

Ant. Apollinaris Martyris.

Psalm. Dilexi, *p. 36.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Apollinaris Martyris festa recolimus, qui pro Christi nomine tormenta sustinuit. K. k. k.

Oratio I.

Majestatis tuæ clementiam suppliciter deprecamur, omnipotens et misericors Deus: ut, sicut Unigeniti Filii tui agnitionem, per Beatissimi Sacerdotis et Martyris tui Apollinaris prædicationem, populorum cordibus infudisti; ita et nos, ipsius opitulantibus meritis, Fidei stabilitate firmemur. Per eumdem, etc.

Psalm. Credidi, propter quod, *p. 37*.

Ant. Apollinaris Martyr, per Unigenitum Filium Dei et coronam quam meruisti, intercede pro nobis. K. k. k.

Oratio II.

Beati Sacerdotis et Martyris tui Apollinaris annua festivitate lætantes, clementiam tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut, sicut ille ob tanti agonem certaminis triumphali redimitus exultat corona; ita et nos, orationum illius fulti suffragio, tentationum tela superantes, præmio lætemur æterno. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34*.

Ant. Super cæci oculos Beatus Apollinaris signum Crucis edidit, lumenque ei reddidit. K. k. k.

Oratio III.

Da, quæsumus, omnipotens Deus, Beatissimi Sacerdotis et Martyris tui Apollinaris meritis, *immensæ nos tuæ pietatis* misericordiam consequi: quatenus, ejus intervenientibus precibus, nostra queant deleri facinora. Per Dominum.

Psalm. O Martyr Domini, Apollinaris præclare, qui beatis precibus lumen reddidisti cœcato, et Tribuni conjugi donasti medelam!

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut nullis nos permittas perturbationibus cóncuti, quos in Apostolicæ confessionis Petra solidasti. Per Dominum.

Commem. S. Christinæ, de Commun. Virg. et Mart.

Die XXIV.

S. CHRISTINÆ

Virg. et Mart.

De Commun. Virg. Mart.

Die XXV.

IN FESTO

S. JACOBI APOST.

Sol.

De Commun. unius Ap.

Oratio I.

Da nobis, quæsumus, Domine, Deus noster: ut, sicut in commemoratione Beati Apostoli tui Jacobi temporali gratulamur officio, ita cum ipso in tui vultus delectatione perpetuo lætemur aspectu. Per Dominum.

Oratio II.

Solemnitatis apostolicæ multiplicatione gaudentes, clementiam tuam deprecamur, omnipotens Deus: ut tribuas jugiter nos eorum et confessione benedici et patrociniis confoveri. Per Dominum.

Si Fest. S. Jacobi Ap. in Fer. II incidat, in Vesp. Dom. præced. fit Commem. S. Christophori de Commun. unius Mart.

In Vesp. II. Commem. S. Annæ de Commun. Matr. Orat. ut infra.

Die XXVI.

IN FESTO
S. ANNÆ MATRIS
B. V. M.
Sol.

De Commun. Matr.

Oratio I.

Deus, qui Beatam Annam speciali honoris excellentia adeo sublimasti, ut ex ipsa Mater Filii tui nasceretur, te supplices exoramus: ut ejus præsidium jugiter sentiamus in cœlis, cujus festum venerabile congrua devotione celebramus in terris. Per eumdem.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beatam Annam, diuturna sterilitate afflictam, gloriosæ prolis fœtu tua gratia fœcundasti, da, quæsumus: ut, pro nobis apud te ejus interveniéntibus meritis, efficiamur sincera fide fœcundi et salutiferis operibus fructuosi. Per Dominum.

Die XXVII.

S. PANTALEONIS M.

De Commun. un. Mart.

Die XXVIII.

IN FESTO
SS. NAZARII ET CELSI
Martyrum.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Signatum est, *de Commun. plur. MM.*
Hymn. Sacri triumphales tui, *p. 402.*

℟. *cum Infant.* Isti sunt duo viri misericordiæ, qui assistunt * Ante Dominum, dominatorem universæ terræ.

Iter. Isti, etc.

℣. Hi sunt qui non coinquinaverunt vestimenta sua, ambulantes mecum in albis, quia ...ic sunt digni * Ante, ...tc.

Ant. Notas mihi.

Psalmus 15.

...onserva me, Domine, ...oniam in te speravi. ...xi Domino: Deus me...es tu; * quoniam bo...um meorum non e...

...nctis qui in terra ... ejus, * mirificavit ...es voluntates meas *illos.*

Multiplicatæ sunt enim infirmitates eorum; * postea acceleraverunt.

Non cóngregabo conventicula eorum de sanguinibus, * nec memor ero nominum illorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ et calicis mei; * tu es qui restituisti hæreditatem meam mihi.

Funes cécidérunt mihi in præclaris; * etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum qui mihi tribuit intellectum: * insuper et usque in noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper; * quoniam a dextris meis est, ut non commovear.

Propter hoc delectatum est cor meum, et exultavit lingua mea; * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno; * nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ; adimplebis me lætitia cum vultu tuo: * delectatio in dextera tua usque in finem.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Notas mihi fecisti vias vitæ, Domine. K. k. k.

Oratio I.

Exaudi, Domine, preces nostras: ut populus tuus, qui sub tantis Sanctorum Martyrum tuorum Nazarii et Celsi patrociniis est constitutus, et a suis offensionibus et ab omnibus liberetur adversis. Per Dominum.

Ant. Satiabor, Domine.

Psalmus 16.

Exaudi, Domine, justitiam meam; * intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, * non in labiis dolosis.

De vultu tuo judicium meum prodeat; * oculi mei videant æquitatem.

Probasti cor meum et visitasti nocte; igne me examinasti * et non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum, * propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis; * ut non moveantur vestigia mea.

Ego clamavi, quoniam exaudisti me, Deus: * inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, Domine, ut pupillam oculi, * sub umbra alarum tuarum protege me.

A facie impiorum, qui me afflixerunt; inimici mei animam meam circumdederunt; * adipem suum concluserunt; os eorum locutum est superbiam.

Projicientes me, nunc circumdederunt me; * oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me, sicut leo paratus ad prædam; * et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge Domine, præveni eos et subverte

eos, eripe animam meam ab impio, * frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

Domine, a paucis, a terra dispartire eos in vita ipsorum; * et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filiis eorum, * et reliquerunt, quæ superfuerunt, parvulis suis.

Ego autem cum justitia apparebo in conspectu tuo; * satiabor dum manifestabitur mihi gloria tua.

Gloria Patri, etc.

Ant. Satiabor, Domine, dum manifestabitur mihi gloria tua. K. k. k.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, da populo tuo præsentis diei festivitatem sincero venerari affectu: ut, qui eam Sanctorum Martyrum tuorum Nazarii et Celsi annua celebritate devotis frequentant obsequiis, eorumdem suffragiis cœlestis regni gaudia consequantur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p.* 34.

Ant. Sancte vir Dei libera nos per Deum qui te salvavit. K. k. k.

Oratio III.

Æterne omnipotens Deus, qui magno pietatis auxilio, populo tuo, Sanctorum meritis, prospera largiri dignaris, concede propitius Beatorum Martyrum tuorum Nazarii et Celsi gloriosæ passionis victoriam celebrare lætantes: et quos, te donante, patronos amplectimur, hos apud tuam misericordiam intercessores habeamus. Per Dominum.

Psall. Nazarius et Celsus, ipsi sunt vasa sacra, Martyres Christi orant pro populo.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, Domine: ut, sicut populus tuus Beatorum Martyrum tuorum Nazarii et Celsi temporali solemnitate congaudet, ita perfruatur æterna, et quod votis celebrat compleatur effectu. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Zac. 4.
Isti sunt duo viri misericordiæ, qui assistunt ante Dominum, dominatorem universæ terræ.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Sancti tui, Domine, semper benedicent te.

Iter. Sancti, etc. Hall. hall.

℣. Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Sancti, etc. * Hall. hall.

Cap. Sancti tui sicut palma florebunt, * In conspectu tuo, Domine. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Sap. 10.
Reddidit justis Deus mercedem laborum suorum, et deduxit eos per aquas nimias, et fuit illis in velamento diei et in luce stellarum per noctem, et transtulit eos.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Sancti tui, sicut palma florebunt.

Iter. Sancti, etc. Hall. hall.

℣. In circuitu tuo, Domine.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Sancti tui, etc. * Hall. hall.

Cap. Sanctorum, sicut aquilæ, juventus renovabitur: * Et florebunt ante conspectum tuum, Domine. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Sap. ult.
Sancti tui, Domine, mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi. In aquis validis terra apparuit arida, et in mari longe via sine impedimento.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Sanctorum, sicut aquilæ, juventus renovabitur.

Iter. Sanctorum, etc. * Hall. hall.

℣. Et florebunt ante conspectum tuum, Domine.

℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Sanctorum, etc. * Hall. hall.

Cap. Justorum animæ in manu Dei sunt: * Et non tanget illos tormentum malítiæ. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp.

AD VESPERAS II.

Lucern. In lumine, *de Commun. plur. MM.*

Ant. in choro. Justi epulentur, *ibid.*

Hymn. Sacri triumphales, *p. 402.*

℟. *in choro.* Sancti tui, Domine, mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illesi. In aquis validis. ‡ Terra apparuit arida, et in mari longe via sine impedimento.

℣. Quis similis tibi in diis, Domine, aut quis similis tibi, Gloriosus in Sanctis? ‡ Terra apparuit.

Ant. Religio matris meæ.

Ex Psalmo 85.

Deduc me, Domine, in via tua, * et ingrediar in veritate tua.

Lætetur cor meum, * ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde meo; * et glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me; * et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, injusti insurrexerunt super me, * et synagoga potentium quæsierunt animam meam.

Non proposuerunt te in conspectu suo; * et tu Domine, Deus misericors et miserator, longanimis et multum misericors et verax.

Respice in me et miserere mei; da potestatem puero tuo, * et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum; ut videant qui oderunt me et confundantur; * quoniam tu, Domine, adjuvisti me et consolatus es me.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Religio matris

meæ, Baptismum Petri demonstra mihi et justitias Domini. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

Psalm. Credidi, *p. 37.*

Ant. Notas mihi fecisti vias vitæ, Domine. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Beatus Nazarius et Celsus parvulus meruerunt a Domino coronam perpetuam. K. k. k.

Orat. III de Vesp. I.

Reliq. de Vesp. I.

Commem. S. Marthæ.

Psall. Martha, surget frater tuus, etc., *et Orat.* Omnipotens sempiterne Deus, etc., *ut infra.*

Die XXIX.

S. MARTHÆ VIRG.

De Commun. Virg.

Si fiant. Vesp. de S. Marthæ.

℟. *in choro.* Clara Virgo Martha, virtutum gratia pollens, * Ad cultum fidei divina prædicatione multos perduxit.

℣. Hæc Virgo sapiens et una de numero prudentum, * Ad cultum, *etc.*

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, cujus Filius in æde Beatæ Marthæ hospitari dignatus est, da, quæsumus: ut, ejus meritis quæ illum placide suscepit, in æde cœlorum misericorditer hospitari valeamus. Per Dominum.

Oratio II.

Da, quæsumus, misericors Deus; ut qui Beatæ Marthæ, Filii tui hospitæ, festivitatem colimus, ejus meritis a cunctis adversitatibus liberemnr. Per eumdem.

Ant. ad Magnif. Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. K. k. k.

Psall. Martha, surget frater tuus. Scio, Domine, quia resurget in resurrectione in novissimo die.

Die XXX.

SS. ABDON ET SENNEN MM.

De Commun. plur. MM.

Die XXXI.

S. CALIMERII

Ep. et Mart.

Sol.

De Commun. Mart. Pont.

Hymnus.

Optata fulsit Præsulis
Lux sacra Calimerii,
Qui luce splendens nominis,
Splendore crevit sanguinis.

Græcis ab oris profugus,
Ut sede tuta sisteret,
Romæ Sacrorum Principem
Hospes rogat Telesphorum.

Sed pulsus inde ab impiis
Effugit, atque illinc vagus,
Divina qua ducit manus,
Ad nostra venit mœnia.

Hic fovit illum caritas
Castritiani Episcopi:
Crevitque sic virtutibus,
Successor ut mox fieret.

Sed dum profana numina
Verbo tonante fulminat
Percussus ense barbaro,
Ad astra victor évolat.

Putei profundo mergitur,
Ut sol in undis óccidens;
Ut clarior resurgeret
Cruore totus innatat.

Tu, Christe, tanti Martyris
Nobis rogatu súbveni;
Pellatque nostra crimina
Sincera virtus Præsulis.

Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, solemnitatem hujus diei propitius intuere: et Ecclesiam tuam, intercessione Beati Calimerii Pontifi-

cis et Martyris tui, continua fac celebritate gaudere. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, auctor mundi et conditor, qui Sanctis tuis in confessione tui nominis virtutem atque victoriam contulisti, præsta populo tuo: ut, cujus annua celebritate devotis exultat obsequiis, ejus suffragiis, tuæ pietatis consequatur auxilium. Per Dominum.

Oratio III.

Deus, qui nos Beati Calimerii Martyris tui et Pontificis, etc., *ut in Commun. unius Mart. et Pont.*

Psall. Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis.

Oratio IV.

Beati Martyris et Pontificis Calimerii nos, quæsumus, etc., *ibid.*

AD VESPERAS II.

Commem. SS. Machabæor. MM.

Psall. Sancti tui, Domine, lætentur propter David servum tuum.

Oratio.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et intercessionibus Beatorum Martyrum tuorum Machabæorum, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Dominum.

FESTA AUGUSTI.

Die I.

SS. MACHABÆOR. MM.

De Commun. plur. MM. Si fiant Vesp. de SS. Machabæis.

℟. *in choro.* Propter testamentum Domini et leges patrias, ideo steterunt in amore fraternitatis: ✱ Quia unus fuit semper spiritus in eis et una fides.

℣. Exultent in conspectu Dei Sancti, delectentur in lætitia, ✱ Quia unus, etc.

Oratio I.

Deus, qui per gloriosa bella certaminis, ad immortales triumphos Martyres tuos extulisti, concede, quæsumus: ut eorum meritis protegamur, in quorum festivitate lætamur. Per Dominum.

Orat. II. Adesto, Domine, *ut in commem. ad Vesp. superiores.*

Ant. ad Magnif. Hæc est generatio filiorum, cui disposui testamentum meum. K. k. k.

Psall. Sancti tui, *ut sup.*

Die II.

S. IGNATII

Conf. et Sac.

Sol.

De Commun. Sac., Conf. cum commem. S. Stephani Pp. et Mart. in Vesp. I.

Oratio I.

Deus, qui, ad majorem tui Nominis gloriam propagandam, novo per Beatum Ignatium subsidio militantem Ecclesiam roborasti, concede: ut, ejus auxilio et imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cœlis. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui glorificantes te glorificas et in San-

ctorum tuorum honoribus honoraris, concede; ut qui Beati Ignatii Confessoris tui gloriosa merita colimus, ejus pia apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Quicumque glorificabit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. K. k. k.

Psall. Regi autem sæculorum, immortali, invisibili, soli Deo, honor et gloria in sæcula sæculorum.

In Vesp. II commem. Invent. S. Stephani Protom. et S. Gaudentii Ep. et Conf.

Die III.

INVENTIO S. STEPHANI PROT.

AD VESPERAS.

Omn. ut in ejusd. Fest., p. 120, præt. Orat. sequent.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacra Beati Protomartyris tui Stephani membra fidelibus tuis hodierna die revelare voluisti, concede nobis: ejus intercessionis auxilio ab instantibus tribulationibus liberari, et futuris consolationibus non privari. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui es Sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique hodierna die Beati Stephani Levitæ et Protomartyris tui, venerandas Reliquias revelasti: da nobis in æterna lætitia de ejus societate gaudere. Per Dominum.

Orat. III, p. 122.

Oratio IV.

Da nobis, quæsumus, Domine, imitari quod colimus: ut discamus inimicos diligere, quia ejus festivitatem celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum.

Commem. S. Gaudentii, de Commun. Pont. et Conf.

l Horas, de commun.
t. præt. Orat.

Die IV.

S. DOMINICI
Sac. et Conf.

Sol.

Commun. Conf. Sac.
commem. S. Perpe-
Matr. in Vesp. I.

Oratio I.

ıs, qui Ecclesiam tu-
Beati Dominici Con-
ıris tui illuminare
atus es meritis et
rinis, concede pro-
s: ut ejus interces-
e, temporalibus non
ituatur auxiliis, et
tualibus semper
iciat incrementis.
Dominum.

Oratio II.

rcessio nobis, Do-
e, Beati Dominici
essoris cunctarum
ıeat dona virtutum:
servorum tuorum
erus augeri, et pec-
rum rebelles ad te
erti valeant volun-
Per Dominum.

Die V.

IN FESTO S. MARIÆ AD NIVES.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.
Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*
℟. *in choro cum Infant.* Sancta Dei Genitrix, ✠ Intercede pro nobis.
Iter. Sancta, etc.
℣. Deprecare pro nobis Filium Dei; ✠ Intercede pro nobis.
Ant. Ave, Virgo Maria.
Psalm. Dilexi, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Ave, Virgo Maria, gratia plena, Dominus tecum. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens, sempiterne Deus, famulos tuos dextera potentiæ tuæ a cunctis protege periculis: et Beata Maria semper Virgine intercedente, fac eos præsenti gaudere prosperitate et futura. Per Dominum.

Psalm. Eructavit cor meum, *ut in Vesp. I de Commun. Virg.*

Ant. Beata progenies unde Christus natus est. Quam gloriosa est Virgo quæ cœli Regem genuit! K. k. k.

Oratio II.

Supplicationem servorum tuorum, Deus miserator, exaudi: ut qui in festivitate Dei Genitricis et Virginis Mariæ congregamur, ejus intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eumdem.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. K. k. k.

Oratio III.

Concede, nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis prosperitate gaudere: et gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Dominum.

Psall. Virgo Verbum concepit, Virgo permansit, Virgo genuit Regem omnium regum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Virgo, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Concede, quæsumus, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut qui Sanctæ Dei Genitricis Mariæ memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem.

Commem. S. Dominici, nisi transferatur.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eccl. 24.

Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Post partum Virgo inviolata permansisti.

Iter. Post partum, etc.* Hall. hall.

℣. Dei Genitrix, intercede pro nobis.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Post partum, etc. * Hall. hall.
Cap. Benedicta tu inter mulieres: * Et benedictus fructus ventris tui. Hall. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti tribue, quæsumus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum, etc.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eccl. 24.

In omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit et dixit mihi Creator omnium; et, qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.
℟. *Deo gratias.*
℟. *br.* Benedicta tu in mulieribus.
Iter. Benedicta, etc. * Hall. hall.
℣. Et benedictus fructus ventris tui.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Benedicta, etc. * Hall. hall.
Cap. Elegit eam Deus et præelegit eam: * Et in tabernaculo suo habitare fecit eam. Hall. K. k. k.

Oratio.

Porrige nobis, Deus, dexteram tuam: et, intercessione Beatæ Dei Genitricis Mariæ auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per eumdem Dominum.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccl. 24.

Radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius: et in plenitudine Sanctorum detentio mea.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Elegit eam Deus et præelegit eam.
Iter. Elegit, etc. * Hall. hall.

℣. Et in tabernaculo uo habitare fecit eam.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Elegit, etc. * Hall. hall.
Cap. Specie tua, et pulchritudine tua: * Intende, prospera et regna. Hall. K. k. k.
Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Ornavit me ornamento suo, posuit coronam capiti meo Rex meus et Deus meus.
Reliq. ut in Vesp. I. sed ℟. in choro dicit. sine Infant.

Die VI.

TRANSFIGURATIO D. N. J. C.

Sol. Dom.

AD VESPERAS I.

Lucern. Apud te, Domine, fons est vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. ‡ Prætendisti claritatem tuam scientibus te.
℣. Confessionem e speciem induisti, cir cumamictus les lumin cut vestimento. ‡ Prætendisti, etc.
Iter. Apud te.
Ant. in choro. Sunt d hic stantibus, qui no gustabunt mortem, do nec videant Filium ho minis venientem in re gno suo.

Hymnus.

Plaude, mater caritati
In plagis deflentium
Pro ducatu dignitati
Regis Almi siderum
Quo renides singul ris
Per cacúmen mo tium.
Hic Prophetæ, perfru tes
Thabor in fastigi
Ut nivis cernunt cantes
Imbre vestes can
Et stupentes alloc tur
Ore Verbum fu
Lingua Vatum pr sére
Dira Christi fu
Quando carnes lare

Numinis plebs impia
Morte vellet; cum perire
Vellet Agnus crimina.
Ora Summæ clara Prolis
Indicantur provide,
Consonanti voce Patris
De superno Germine;
Et Spiritu veritatis
Forma nubis lucidæ.
Sempiterna sit Beatæ
Trinitati gloria:
Æqua Patri, Filioque,
Æqua laudis munera;
Spiritum pari decóre
Laus canat per sæcula.
Amen.

℟. *in choro.* Dum oraret, facta est species vultus ejus altera, et vestitus ejus albus refulgens: et duo viri loquebantur cum illo, * Moyses et Elias, visi in majestate.

℣. Dicebant autem excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem, * Moyses, etc.

Ant. Lux orta est.

Psalm. Dominus regnavit, exultet terra, *p. 136.*

Psalm. Ecce nunc, *et Laudate, p. 68.*

Ant. Lux orta est justo, et rectis corde lætitia. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui Fidei sacramenta in Unigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti, et adoptionem filiorum perfectam voce delapsa in nube lucida mirabiliter præsignasti, concede propitius: ut ipsius Regis gloriæ nos cohæredes efficias, et ejusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per eundem.

Ant. Revelavit Dominus.

Psalmus 28.

Afferte Domino, filii Dei; * afferte Domino filios arietum:

Afferte Domino gloriam et honorem; * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Adorate Dominum in atrio sancto ejus: vox Domini super aquas; * Deus majestatis intonuit; Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute; * vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: et confringet Dominus cedros Libani: * et comminuet eos tamquam vitulum Libani: et dilectus sicut filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis solitudinem; * et commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini perficientis cervos, et revelabit condensa; * et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitat; * et sedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit; * Dominus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri, etc.

Ant. Revelavit Dominus condensa, et in Templo ejus omnes dicent gloriam. K. k. k.

Oratio II.

Illumina, quæsumus, Domine, populum tuum, et splendore gratiæ tuæ cor eorum semper accende: ut Salvatoris mundi, æterni luminis gloria famulante, manifestata celebritas mentibus nostris reveletur semper et crescat. Per eundem.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Christus Jesus, splendor Patris, et figura substantiæ ejus, portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, in monte excelso gloriosus apparére hodie dignatus est. K. k. k.

Oratio III.

Lumen tuum, Domine, magnum ac sempiternum est; ideoque misericordiam tuam petimus, quam opere non meremur: ut oratio captiva peccatis, quæ inimico impediente fusc… tur, vultus tui cando… purgetur. Qui vivis, e…

Psall. Splendor tu… Domine, illuminavit n… quia mirabiliter glor… catus es.

℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Splendor tuus.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, auctor lucis et claritatis inventor, illumina, quæsumus, nostrarum tenebras animarum: nosque famulos tuos gratiæ tuæ claritate confirma. Qui vivis, etc.

Commem. B. M. V., ut sup. in I Vesp. S. Mariæ ad Nives, p. 465.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Phil. 3.

Fratres. Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Gloriosus apparuisti in conspectu Domini.
Iter. Gloriosus, etc. * Hall. hall.
℣. Propterea decorem *induit te* Dominus.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℣. Gloriosus, etc. * Hall. hall.
Cap. Gloria et honore coronasti eum, Domine:* Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Hall. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

2 Cor. 3.

Fratres. Nos omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Gloria et honore coronasti eum, Domine.
Iter. Gloria, etc. * Hall. hall.
℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Gloria, etc. * Hall. hall.
Cap. Magna est gloria ejus in salutari tuo, Domine. * Gloriam et ma-

gnum decorem impones super eum. Hall. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Apoc. 21.
Sústulit me Dominus in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cœlo, habentem claritatem Dei: et lucerna ejus est Agnus.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Magna est gloria ejus in salutari tuo Domine.

Iter. Magna est, etc. Hall. hall.

℣. Gloriam, et magnum decorem impones super eum.

℟. Hall., hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Magna est, etc. * Hall. hall.

Cap. Corona aurea super caput ejus, * Expressa signo sanctitatis. *Hall.* K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. II.

AD VESPERAS

Lucern. Quoni

Ant. in choro. Splendor lucis
Sol justitiæ et
omnium, deduc
contemplandam
tuam.

Hymn. de Vesp

℟. *in choro.* I
sunt ab ubertate
tuæ; * Et torre
luptatis tuæ pot

℣. Quoniam a
est fons vitæ, e
mine tuo videbi
men; * Et torre

Ant. Speciosus

Psall. Eructav

Vesp. I de Commu

Psalm. Ecce n
Laudate, *p. 68.*

Ant. Speciosus
præ filiis homin
fusa est gratia i
tuis. K. k. k.

Orat. I de Ve

Psalm. Fund
ejus, *ut in Vesp*
Commun. Virg.

Ant. Gloriosa
sunt de te, Civi
K. k. k.

Orat. II de Ve

Cant. Magnif.,

Ant. Et audie

scipuli ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde. Et accessit Jesus et tetigit eos, dixitque eis: Surgite, nolite timere. Hall. K. k. k.

Orat. III de Vesp. I. Psall. I. Oriens ex alto, illumina eos qui in tenebris et umbra mortis sedent.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Oriens ex alto, etc.

Compl. I. Regnum tum.

Compl. II. Benedictus

Orat. IV de Vesp. I. Psall. II. Splendida fa est facies ejus, dum uerentur cum eo yses et Elias. Viden- Discipuli claritatem us ejus, pavescen- timuerunt valde.

Gloria Patri, etc.

r. Splendida, etc.

mpl. I. Quoniam tu.

mpl. II. Benedictus

Oratio V.

ndore gratiæ tuæ, tuorum corda fi- miserator illu- it, qui hujus diei atem digna veneratione recolimus, æterni luminis per tuam pietatem participatione gaudeamus. Qui vivis.

Commem. SS. Donati et Carpophori MM., de Commun. plur. MM. Orat. I de propr. ut infra.

Die VII.

SS. DONATI ET CARPOPHORI MM.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Beatorum Martyrum tuorum Donati et Carpophori nos, quæsumus, Domine, corona lætificet: et fidei nostræ præbeat incitamenta virtutum, et multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominum.

Oratio II.

Adsit nobis, quæsumus Domine, Beatorum Martyrum tuorum Donati et Carpophori sancta precatio: quæ nos et a terrenis affectibus incessanter expediat, et cœlestia

desiderare perficiat. Per Dominum.

Die VIII.

S. CAJETANI Sac. et Conf.

Sol.

De Commun. Conf. Sac. Commem., SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi MM. in Vesp. I.

Oratio I.

Famulis tuis, Domine, spiritum supernæ dilectionis infunde: et ignem divini amoris, quo cor Beati Sacerdotis Cajetani flagravit, in eis propitiatus accende. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui bona cuncta largiris, et in te confidentes numquam déseris, præsta; ut, Sancti Cajetani Sacerdotis exemplo, in tua semper habeamus providentia et pietate fiduciam. Per Dominum.

In Vesp. II fit commem. SS. Firmi et Rustici MM.

Die IX.

SS. FIRMI ET RUSTICI MM.

De Commun. plur. MM.

Die X.

IN FESTO S. LAURENTII M.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est, *de Commun. unius Mart*

Hymnus.

Apostolorum súpp rem
Laurentium Archid conum
Pari corona Mar rum,
Romana sacravit des.
Xystum sequens Martyrem
Responsa Vatis lit:
Mœrére, fili, de
Sequére me po: duum.
Nec térritus pœnæ
Hæres futurus : nis,

Spectavit obtutu pio,
Quod ipse mox per-
solveret.
am tunc in illo Martyre
Egit triumphum Mar-
tyris,
Successor æquus, syn-
grapham
Vocis tenens et san-
guinis.
ost triduum jussus
tamen
Census sacratos pró-
dere,
Spondet pie, nec ab-
nuit,
Addens dolum victo-
riæ.
pectaculum pulcherri-
mum!
Egena cogit agmina,
Inopesque monstrans,
prædicat:
Hi sunt opes Ecclesiæ.
ucro piorum pérpetes
Inopes profecto sunt
opes:
Avarus illusus dolet,
Flammas et ultrices
parat.
ugit perustus cárnifex,
Suisque cedit ignibus:
Versate me, Martyr
vocat,
Vorate coctum, si lu-
bet.
atri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spi-
tus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne glo-
ria. Amen.

℟. *cum Infant.* Puer me-
us, noli timere, dicit Do-
minus. Si transieris per
ignem, flamma non com-
buret te: ✠ Et odor ignis
non erit in te.

Iter. Puer, etc.

℟. Veni, fidelissime,
bone dispensator. Susci-
piant te Angeli mei: ✠
Et odor, etc.

Ant. Proba me, Do-
mine.

Psalmus 25.

Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum; * et in Domino sperans non infirmabor.

Proba me, Domine, et tenta me: * ure renes meos et cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, * et complacui in veritate tua.

Non sedi in concilio vanitatis, * et cum iniqua gerentibus non introibo.

Odivi ecclesiam ma-

lignantium, * et cum impiis non sedebo.

Lavabo inter innocentes manus meas, * et circúmdabo altare tuum Domine.

Ut audiam vocem laudis tuæ, * et enarrem universa mirabilia tua.

Domine, dilexi decorem domus tuæ, * et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdideris cum impiis animam meam, * et cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt, * et dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum; * libera me, et miserere mei.

Pes meus stetit in via recta: * in ecclesiis benedicam te, Domine.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Proba me, Domine, et tenta me: ure renes meos et cor meum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui refrigerium justis, et gehennam impiis præparasti, cujusque auxilio Beatus Laurentius, in ferrea crate distentus, æstuantis incendii flammas, contempto persecutore, devicit, concede propitius: ut ejus orationibus ac meritis adjuvemur. Per Dominum.

Psalm. Exaudi, Domine, *p. 454.*

Ant. Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. K. k. k.

Oratio II.

Deus, cujus caritatis ardore Beatus Laurentius Levita et Martyr edáces incendii flammas victo persecutore, superavit, concede propitius: ut omnes, qui Martyrii ejus merita veneramur, protectionis tuæ muniamur auxilio. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Gratia Dei sum quod sum; et gratia ejus egena in me non fuit. K. k. k.

Oratio III.

Deus, mundi creato

rector, qui hunc diem Beati Levitæ tui Lauɿtii martyrio conseɿsti, exaudi propitius pplices tuos et conɿde: ut omnes, qui ɿrtirii ejus merita veramur, intercessionis ejus ab æternis gennæ incendiis libereɿr. Per Dominum.

Psall. Manducabunt uperes et saturabunr; et laudabunt Domiɿm qui requirunt eum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Manducabunt, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus

Oratio IV.

ɿa nobis, quæsumus, nnipotens Deus, vitioɿm nostrorum flammas ɿtinguere: qui Beato ɿurentio tribuisti torɿentorum suorum inɿndia superare. Per Doɿinum.

et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Dispersit, dedit pauperibus.

Iter. Dispersit, etc. * Hall. hall.

℣. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Dispersit, etc, * Hall. hall.

Cap. Manducabunt pauperes et saturabuntur: * Et laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Hall. K. k. k.

Oratio.

Annue, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sicut Beatus Levita et Martyr tuus Laurentius ignium globos, te protegente, evasit, ita fidelis populus hujus adversitatem sæculi, te auxiliante, evadat. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

2 Cor. 9.

ɿratres. Qui parce seɿinat, parce et metet;

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eccl. ult.

Laudabit anima mea

Dominum; quoniam é-ruis sustinentes te, et liberas eos de omnibus angustiis, Domine, Deus noster.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. In craticula Sanctum Deum non negavi. *Iter*. In craticula, etc. * Hall. hall.

℣. Et ad ignem applicatus, Christum confessus sum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In craticula, etc. * Hall. hall.

Cap. Igne me examinasti: * Et non est inventa in me iniquitas. Hall. K. k. k.

Oratio.

Beati Levitæ et Martyris tui Laurentii nos, quæsumus, Domine, foveant continuata præsisidia: quia non desinis propitius intueri quos promissis auxiliis concésseris adjuvari. Per Dominum.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccl. 31.

Beatus vir qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Igne me examinasti. *Iter*. Igne, etc. * Hall. hall.

℣. Et non est inventa in me iniquitas.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Igne, etc. * Hall. hall.

Cap. Ossa mea, * Sicut in frixorio confrixa sunt. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est, *de Commun. unius Mart.*

Ant. in choro. Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas: ut non loquatur os meum opera hominum; propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro*. Meruitesse hostia Christi Levita Laurentius; qui, dum assaretur, non negavit Dominum: * Et ipse inven-

s est sacrificium et inister.
℣. Spectaculum pul-ıerrimum, egena cogit mina, inopesque mon-rans, prædicat: Hi sunt ıes Ecclesiæ. ℟ Et ipse.
Ant. Dispersit.
Psalm. Beatus vir, *p. 31.*
Psalm. Ecce nunc, *et* udate, *p. 68.*
Ant. Dispersit, dedit uperibus: justitia ejus anet in sæculum sæ-li. K. k. k.
Orat I de Vesp. I.

Psalmus 69.

eus in adjutorium me-n intende:* etc., *p. 243.*
Ant. Gratias ago Deo eo, quia hostia Christi ici merui; accusatus, n negavi; interroga-s, Christum confessus m. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Gratia Dei, *de sp. I.*
Orat. III de Vesp. I.
Psall. In craticula San-ım Deum non negavi, ad ignem applicatus ristum confessus sum: obasti cor meum, et visitasti nocte; igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. In craticula, etc.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.
Orat. IV de Vesp. I.
Commem. S. Radegundæ, de Commun. Matr.
Orat. de propr.

Die XI.

S. RADEGUNDÆ MATR.

De Commun. Matr.

Oratio I

Deus, qui Beatam ancillam tuam Radegundam in fragili sexu constitutam sanctificasti vocatione misericordiæ, per ipsius merita suscipe propitius preces nostras, et præsta: ut, sicut tecum est illa meritis, ita a nobis non recedat exemplis. Per Dominum.

Oratio II.

Exaudi, quæsumus, Domine, supplices tuos: et, intercedente Beata Radegunda, cujus solemnia

colimus, pariter nobis indulgentiam tribue benignus et pacem. Per Dominum.

Die XII.

S. EUSEBII.

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. Conf. Commem. S. Claræ Virg. in Vesp. I, de Commun. Virg.

Commem. S. Hippolyti Mart. in Vesp. II.

Psall. O Hippolyte, si credis in Filium Dei, thesauros tibi ostendo, et vitam æternam promitto.

Oratio.

Intercessio, Domine, Beati Hippolyti Martyris tui, et tuam nobis non desinat placare justitiam: et nostrum tibi devotum efficere famulatum. Per Dominum.

Die XIII.

S. HIPPOLYTI M.

De commun. unius Mart.

Oratio I.

Sancti Martyris tui Hippolyti, Domine, quæsumus, veneranda festivitas salutaris auxilii nobis præstet augmentum. Per Dominum.

Orat. II. Intercessio, Domine, *ut sup. in Commem.*

Ant. ad Magnif. O Hippolyte, si credis in Filium Dei, thesauros tibi ostendo, et vitam æternam promitto. K. k. k.

Psall. Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini.

Die XV.

IN FESTO ASSUMPT. B. M. V.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Subacta cedunt Tartara,
Crucis triumphus émicat:
O Virgo, consors prælii,
Succede consors gloriæ.

ıtis æthera.
sultant canticis;
cœli Regia,
.e Christo, en
a.
ı ave Cœlestium
is inter Ordi-

Jesu debitum,
scande solium.
nctam strenuo
ns coronat Tri-
:
ıta confert Tri-

:, Parenti, Fi-

ionis æmula
u ad aram Gól-
æ,
Salutis ásside
ptíonis arbitra.
et astra et in-

:rentur subditi;
catenas vindice
ıs Anguis mor-
.
, in aula gloriæ
:cunda Numini,
vultus astra ré-
t,
it orbi dextera.
Nati oracula,
adimple ; et
itos
: *Verbi* filios

Regnis paternis ás-
sere.
Jesu, tibi, cui propior
Dilecta regnat Geni-
trix,
Cum Patre et almo
Spiritu
Sit sempiterna gloria.
Amen.

℟. *cum Infant.* Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa dedi * Suavitatis odorem.

Iter. Sicut, etc.

℣. Myrrha, gutta et casia a vestimentis tuis, a gradibus eburneis, ex quibus te delectaverunt; * Suavitatis odorem.

Ant. Ego autem.

Psalm. Deus, in nomine tuo, *p. 1.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. K. k. k.

Oratio I.

Concede nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ad Beatæ Mariæ semper Virginis gaudia æterna pertingere: de cujus nos

veneranda Assumptione tribuis annua solemnitate gaudere. Per Dominum.

Psalm. Eructavit, *ut in Vesp. I de Commun. unius Virg.*

Ant. Propter veritatem et mansuetudinem dilexit te Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Subveniat, Domine, plebi tuæ Dei Genitricis oratio: quam, etsi pro conditione carnis migrasse cognoscimus, in cœlesti tamen gloria apud te pro nobis intercedere sentiamus. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Exaltata est Sancta Dei Genitrix super choros Angelorum ad cœlestia regna. K. k. k.

Oratio III.

Deus, qui virginalem aulam Beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es, da quæsumus: ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse festivitati. *Qui vivis*, etc.

Psall. Hodie Maria Virgo cœlos ascendit: gaudete, quia cum Christo regnat in æternum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Hodie Maria, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio II.

Famulorum tuorum, quæsumus, Domine, delictis ignosce: ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eumdem.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eccl. 24.

Ego in altissimis habito, et thronus meus in columna nubis: gyrum cœli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Exaltata est Sancta Dei Genitrix.

Iter. Exaltata, etc. * Hall. hall.

℣. Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.
℟. Exaltata, etc.* Hall.
ll.
Cap. Assumpta est Ma-
in cœlum: * Gau-
nt Angeli, laudantes
benedicentes Domi-
m. Hall. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eccl. 24.

uasi cedrus exaltata
m in Libano, et quasi
pressus in monte Sion:
asi palma exaltata
m in Cades, et quasi
ntatio rosæ in Jerico.
℟. Deo gratias.
℟. *br*. Assumpta est
ria in cœlum.
Iter. Assumpta, etc. *
ll. hall.
℣. Gaudent Angeli, lau-
ntes et benedicentes
minum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Assumpta, etc. *
ll. hall.
Cap. Ecce adest dies
æclara * In qua Dei
nitrix cælos ascendit.
ll. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I

AD NONAM.

Epistolella.

Cant. 6.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Ecce adest dies præclara.

Iter. Ecce, etc. * Hall. hall.

℣. In qua Dei Genitrix cœlos ascendit.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ecce, etc. * Hall. hall.

Cap. Gaude, Maria Virgo: * Cunctas hæreses sola interemisti. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Lætamini, cæli, simul cum eo, et adorent eum omnes Angeli Dei.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro*. Vidi speciosam, sicut columbam ascendentem desuper ri-

vos aquarum. Cujus inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: ‡ Et, sicut dies verni, circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium.

℣. Ascendebat per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris: ‡ Et sicut.

Ant. et reliq. ut in Vesp. I.

Commem. S. Simpliciani, de Commun. Pont. et Conf.

Orat. de proprio.

Fit etiam commem. S. Rochi Conf. De Comm. Conf.

DIE XVI.

S. SIMPLICIANI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

Hymnus.

Simpliciani carmine
Laudem canamus supplici,
Qui, luce gaudens, aureo
Fidem coronat lumine.

Præcessor hunc Ambrosius
Insignit: isque proximus
Morti, senem vicarium
Sedem mereri prædicat.

Felix Patris successio!
Hæres beatus infulæ!
Ter voce dignus Insubrum
Præsul tiara dicitur.

Subit senecta prægravis
Gregis regendi pondera;
Sed mentis ignitus vigor
Et sanctitas vires dedit.

Cœlestis Orbi claruit
Doctrina toti Præsulis;
Eumque Patrem consulit
Cœtus rogantum Punicus.

Aurelium pius monet
Sectam Manetis impiam
Damnare, et unda naufragam
Fidem salubri quærere.

Verbi Dei præconio
Spargit salutis semina,
Invicta veri Numinis

Vexilla Romæ subrigens.
Jubet sacratis plurimos
Cœlo renasci fluctibus,
Quos Rhetor inter nobilis
Et Victorinus credidit.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Nunc et per omne sæculum. Amen.

Oratio I.

Impetret, quæsumus, Domine, fidelibus tuis auxilium pietatis oratio Beati Sacerdotis et Confessoris tui Simpliciani: ut, in cujus solemnitate sumus devoti, faciat nos propitius in ejus perpetua esse sorte participes. Per Dominum.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beati Sacerdotis et Confessoris tui Simpliciani et imitatione te ducem mereamur sectari, et oratione defendi. Per *Dominum.*

Die XVII.

S. EUSEBII Ep. et Mart.

De Commun. Mart. et Pont.

Die XVIII.

SS. MAMMETIS ET AGAPITI MM.

De Commun. plur. MM.

AD VESPERAS.

Ant. Virga tua.

Dominus regit me, *ut infra in princip. Noct. II Defunct.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Virga tua et baculus tuus ipsa me, Domine, consolata sunt. K. k. k.

Oratio I.

Auxilium tuum, Domine, nobis, quæsumus, placatus impende: et intercedentibus Sanctis Martyribus tuis Mammete et Agapito, dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum.

Ant. Non tradas.

Psalmus 73.

Ut quid, Deus, repulisti in finem? * iratus est animus tuus super oves gregis tui?

Memento congregationis tuæ, * quam creasti ab initio.

Liberasti virgam hæreditatis tuæ; * mons Sion, in quo habitasti in ipso.

Eleva manus tuas in superbiam eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis; * et gloriati sunt, qui te oderunt, in medio solemnitatis tuæ!

Posuerunt signa sua, signa; * et non cognoverunt sicut in exitu deinsuper.

Quasi in silva lignorum, * securibus exciderunt januas ejus.

In idipsum, in bipenni et ascia dejecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium tuum, * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum, in idipsum: Venite, comprimamus dies festos Dei de terra: * signa nostra non vidimus, jam non est Propheta et nos non agnoscet amplius.

Usquequo, Deus, improperabit inimicus? * irritat adversarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam et dexteram tuam * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem Rex noster ante sæcula, * operatus est salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare, * tu contribulasti capita draconum super aquas.

Tu confregisti caput draconis * et dedisti eum in escam populis Æthiopum.

Tu irrupisti fontes et torrentes, * tu siccasti flumina Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox; tu præparasti lumen et solem; * tu fecisti omnes terminos terræ; æstatem et ver tu fecisti ea.

Memor esto hujus; inimicus improperavit Domino, * et populus insipiens exacerbavit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentium tibi; * animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum; * quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum.

Ne avertatur humiliatus et confusus: * pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exurge, Deus, judica causam tuam: * memor ésto improperiorum tuorum, quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris vocem supplicum tuorum: *superbia eorum, qui te odérunt, ascendit ad te semper.

Gloria Patri, etc.

Ant. Non tradas bestiis animas, Domine confitentium tibi. K.k.k.

Oratio II.

Sanctorum Martyrum tuorum Mammetis et Agapiti merita nos, Domine, pretiosa tueantur: in quibus tuæ Majestatis opera prædicantes, et præsens capiamus adjutorium et futurum. Per Dominum.

Die XIX.

S. HYACINTHI

Sac. et Conf.

Sol.

De Commun. Conf. Sac.

Die XX.

S. BERNARDI

Abb. Conf. et Doct.

Sol.

De Commun. Conf. Sac.

AD VESPERAS.

Oratio I.

Pérfice, quæsumus, Domine, pium in nobis Sanctæ Religionis affectum: et ad obtinendam tuæ gratiæ largitatem Beatus Bernardus, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, suis apud te semper pro nobis et meritis et precibus intercedat. Per Dominum.

Oratio II.

Éxcita, Domine, in Ec-

clesia tua Spiritum tui amoris, cui Beatus Bernardus Confessor tuus et Doctor egregius studiose servivit: ut, eodem nos replente, studeamus amare quod amavit, et opere exercere quod docuit. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem, etc.

Ant. ad Magnif. Magnificavit Sanctum suum Dominus, et dedit illi scientiam Sanctorum, ut consummarentur in bonum opera ejus. K. k. k.

Psall. Quasi oliva pullulans et cypressus in altitudinem tollens se, sic Beatus ad gloriam Sanctitatis ascendit.

Die XXI.

S. JOAN. FRANC. FREMIOT DE CHANTAL MATR.

Sol.

De Commun. Matr.

Oratio.

Clementissime Deus, *qui Sanctæ Joannæ Franciscæ gloriosa* merita per arduum sem fectius exequend mira dignatione suisti, concede: meritis et imitat æterna gaudia quenda quotidia tutum incremei gratiæ tuæ dona rari mereamur. l minum.

Die XXII.

S. ALPHON MARIÆ DE L Ep. Conf. et l

Sol.

De Commun. . *Doct. Psall. in Vesp. de Pont. Commem. in Vesp.* . *mothei et Sociør.* . *Commun. plur.* l

Oratio.

Deus, qui per Alphonsum Mari ctorem atque Poi animarum zelo sum, Ecclesiam nova prole fœcu quæsumus: ut, lutaribus moniti et exemplis rob

te pervenire feliciter valeamus. Per Dominum.

Die XXIV.

IN FESTO

S. BARTHOLOMÆI AP.

Sol.

De Commun. unius Ap.

Ad Psalm. Omnes gentes, etc.

Ant. Clamabat Dæmon: Apostole Dei, incendunt me orationes tuæ. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui hujus diei venerandam sanctamque lætitiam, Beati Apostoli tui Bartholomæi festivitate tribuisti: da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, amare quod credidit et prædicare quod docuit. Per Dominum.

Ad Psalm. Domine, probasti, etc., *p. 53.*

Ant. Beatum Apostolum cæsum flagellis, tyrannus excoriavit. *k. k.*

Oratio II.

Supplicationibus Apostolicis Beati Bartholomæi, Domine, quæsumus, Ecclesiæ tuæ commendetur oratio: cujus magnificis prædicationibus eruditur. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Per os Apostoli, *et reliq. de Commun. unius Ap.*

In Vesp. II, Ant. et Orat. sumunt. de Vesp. I., reliq. de Commun. unius Ap., cum commem. S. Ludovici Conf.

Die XXV.

S. LUDOVICI

Reg. et Conf.

Sol.

De Commun. unius Conf.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Ludovicum Confessorem tuum cœlesti regno terrenum postponere docuisti, da, quæsumus: nobis ejus exemplo caduca despicere, atque æterna sectari. Per Dominum.

Oratio II.

Deus, qui regales inter delicias intactum a mundi illecebris spiritum Sancti Ludovici Confessoris tui conservasti, fac, quæsumus: ut in amore tuo fideles tui ita firmentur, ut et terrena despiciant et ad cœlestia semper aspirent. Per Dominum.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sicut Beatus Confessor tuus Ludovicus, spretis mundi oblectamentis, soli Regi Christo placere studuit, ita ejus oratio nostras tibi preces reddat acceptas. Per eundem.

Oratio IV.

Deus, qui Beatum Ludovicum Confessorem tuum mirificasti in terris et gloriosum in cœlis fecisti: eundem, quæsumus, Ecclesiæ tuæ constitue defensorem. Per Dominum.

Commem. S. Alexandri Mart. in Vesp. II.

Psall. Benedictus es Domine Deus: qui dignis cognitoribus tuis quæ bona sunt, tribuis

Orat. Præsta, quæsumus, *ut infra.*

Die XXVI.

S. ALEXANDRI M.

De Commun. unius Mart

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens et misericors Deus: ut, qui Beati Alexandri Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

Oratio II.

Annue, quæsumus, clementissime Deus, orationibus populi tui: et quos in celebritate Beati Martyris tui Alexandri adesse fecisti, ejus propitius precibus æterna perfrui beatitudine concede. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Benedictus es, Domine Deus, qui dignis cognitoribus

tuis, quæ bona sunt, tribuis. K. k. k.

Die XXVII.

S. GENESII M.

De Commun. unius Mart.

AD VESPERAS.

Lucern. Exortum est, *de commun.*

Ant. in choro. Lætabitur, *ibid.*

Hymn. Deus, tuorum militum, *ibid.*

℟. *in choro.* Ante te, Domine, paratus sum victimam sanguinis fundere, quia propter te multa sustinui. Tu es Deus: ✱ Defende me et libera me ab iis qui persequuntur me.

℣. Eripe me, Domine, ab homine malo et a viro iniquo: ✱ Defende.

Ant. In conspectu tuo.

Psalm. Exaudi, Domine, *p. 454.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. In conspectu tuo, Domine, satiabor dum manifestabitur mihi gloria tua. K. k. k.

Oratio I.

Sancti Martyris tui Genesii merita nos, Domine, pretiosa tueantur: in quibus tuæ Majestatis opera prædicantes, et præsens capiamus adjutorium et futurum. Per Dominum.

Psalm. Dixit Dominus, *p. 30.*

Ant. De torrente in via bibit; propterea exaltavit caput. K. k. k.

Oratio II.

Beati Martyris tui Genesii nos faciat, Domine, passio veneranda lætantes: et, ut eam sufficienter recolamus, dignos efficiat. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, Domine. K. k. k.

Orat. III de Commun.

Psall. Generatio et generatio laudabit opera tua, Domine.

Orat. IV et reliq. de Commun.

Die XXVIII.
S. AUGUSTINI
Ep., Conf. et Doct.
Sol.

De Commun. Pont. Conf.

Oratio.

Deus, mirabilium operator, qui Beatum Augustinum ad lucem veritatis, ut magnus Fidei propugnator existeret, per Sanctum Ambrosium evocasti, concede supplicibus: ut, qui tantum Ecclesiæ Doctorem apud nos cœlesti ablutum unda gloriamur, ejusdem apud te intercessione gaudeamus. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Gratia Dei sum quod sum, et gratia ejus egena in me non fuit. K. k. k.

Psall. Os justi, *de Commun. Pont. et Doct.*

Die XXIX.
IN DECOLLATIONE
S. JOAN. BAPT.
Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Paravi lucernam, *etc., p. 114.*

Hymnus.

Nostræ salutis Nuncio
Lætis canamus vocibus,
Clamore cujus éxcita
Judæa somnum depulit.

Jussu Dei præmittitur
Solis recentis lucifer:
Verumque monstrat gentibus
Cœlestis ortum Luminis.

Censor futurus criminum,
Rupes magistras quæsiit,
Ut pectus ex his disceret
Terrore nullo cóncuti.

Humor fluenti simplicis
Præbebat ultro pocula,
Silvestre mel convivium,
Pelles ferarum purpuram.

Mox inde genti redditus
Culpas Herodis íncrepat,
Regem nefandis clámitans
Contaminantum nuptiis.

Instemus ipsi semitis

Quas iste rectas præstitit:
Nec callis asper terreat
Vitam beatam cónsequi.
Vates, ave, ter maxime,
Nostræ salutis sígnifer;
Signa vias errantibus,
Verumque Numen prædica.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *cum Infant.* Verum dicendo odiosus apparuit bestiæ terræ. Puellæ saltanti imperavit mater: * Nihil aliud petas nisi caput Joannis.

Iter. Verum, etc.

℣. Noluit intelligere, ut bene ageret. Iniquitatem meditata est in corde suo. * Nihil aliud.

Ant. Educ de carcere.

Psalm. Voce mea ad Dominum, *p. 56.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Educ de carcere animam meam ad confitendum *nomini tuo, Domine.* K. k. k.

Oratio I.

Protegat Ecclesiam tuam, Deus, oratio veneranda Beatissimi Præcursoris et Martyris tui Joannis Baptistæ: et cui frequentiam devotionis impendit, perpetuæ poscat redemptionis effectum. Qui vivis, etc.

Ant. Quid petam.

Psalmus 35.

Dixit injustus ut delinquat sibi: * Non est timor Dei ante oculos ejus.

Quoniam dolose egit in conspectu ejus, * ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.

Verba oris ejus iniquitas et dolus: * noluit intelligere, ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo; astitit omni viæ non bonæ; * malitiam autem non odivit.

Domine, in cœlo misericordia tua, * et veritas tua usque ad nubes.

Justitia tua sicut mon-

tes Dei; * judicia tua abyssus multa.

Homines et jumenta salvos facies, Domine: * quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus!

Filii autem hominum * in protectione alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, * et torrente voluptatis tuæ potabis illos.

Quoniam apud te est fons vitæ, * et in lumine tuo videbimus lumen.

Prætende misericordiam tuam scientibus te, * et justitiam tuam his qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbiæ, * et manus peccatorum non moveat me.

Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem; * expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Gloria Patri, etc.

Ant. Quid petam, mater, nisi caput Joannis? K. k. k.

Oratio II.

Perpetuis nos, Domine, quæsumus, Sancti Joannis Baptistæ tuere præsidiis: et quanto fragiliores sumus, tanto magis necessariis attolle suffragiis. Per Dominum

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Puellæ saltanti imperavit mater: Nihil aliud petas, nisi caput Joannis. K. k. k.

Oratio III.

Sancti Joannis Baptistæ Precursoris et Martyris tui, Domine, quæsumus, veneranda festivitas salutaris auxilii nobis præstet effectum. Qui vivis

Psall. Dixi iniquis: Nolite inique agere; et delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Oratio IV.

Beati Præcursoris et Martyris tui Joannis Baptistæ nos, quæsumus, Domine, præclara comitetur oratio: et, quem venturum esse prædixit, poscat nobis habere placatum. Qui vivis.

Pro Commem. S. Augustini, Psall. Os justi de Commun. Doct.

Orat. de proprio.

Horas, de commun. Mart., præt. Orat.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est, *commun. unius Mart. Ant. in choro.* Lætabitur justus, *ibid.*
Reliq. de Vesp. I. Commem. SS. Felicis et Adaucti MM. de Commun. plur. MM.

Die XXX.

SS. FELICIS ET ADAUCTI MM.

De Commun. plur. MM.

Die XXXI.

S. ABUNDII

Ep. et Conf.

De Commun. Pont. et Conf.

FESTA SEPTEMBRIS.

Die I.

S. JOSEPHI CALASANTII

Conf. Sac.

Sol.

De Comm. Conf. Sac.

Oratio.

Deus, qui per Sanctum Josephum Confessorem tuum, ad erudiendam spiritu intelligentiæ ac pietatis juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es, præsta, quæsumus: nos, ejus exemplo *et intercessione* ita facere et docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum.
In Vesp. I commem. S. Ægidii Sac. et Abb., de Commun. Conf. Sac.

Die II.

S. MANSUETI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. Conf.

Die III.

S. AUXANI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. Con

Die IV.

S. GREGORII
Pp. et Doct.
Sol.

De Commun. Pont. et Conf. Psall. in Vesp. de Doct.
In Vesp. I, Commem. S. Auxani.

Oratio.

Deus, bonorum omnium auctor, qui Beatum Gregorium, ad omnem sanctitatem formatum, in suprema Ecclesiæ sede, ut vere Magnus existeret, dignatus es collocare, præsta, quæsumus: ut, lucubrationibus tanti Doctoris eruditi, ejusdem meritis cœlestem gloriam consequamur. Per Dominum.

Die VI.

S. BENEDICTI
Ep. et Conf.
Sol.

De Commun. Pont. Conf.

Die VII.

S. HADRIANI M.

De Commun. unius Mart.

Die VIII.

IN NATIVITATE
B. V. M.
Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.
Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*

℟. *cum Infant.* Exiet virga de radice Jesse: ‡ Et implebit terram majestas Domini.
Iter. Exiet, etc.
℣. Et qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt: et flos de radice ejus ascendet: ‡ Et implebit, etc.
Ant. De radice Jesse.
Psalm. Deus, in nomine tuo, *p. 1.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. De radice Jesse exiet virga, et regni ejus non erit finis. K. k. k.

Oratio I.

Supplicationem servorum tuorum, Deus miserator, exaudi: ut, qui in Nativitate Dei Genitricis et Virginis Mariæ congregamur, ejus in-

cessionibus a te de
tantibus periculis e-
mur. Per eundem.
Ant. Beata progenies.
Psalm. Eructavit, *ut*
a in Vesp. I de Com-
. Virg. et Mart.
nt. Beata progenies,
e Christus natus est:
m gloriosa est Virgo,
cœli Regem genuit!
k. k.

Oratio II.

scipe preces populi
quæsumus, Domine,
ous in Beatæ Mariæ
ata solemnitate tu-
clementiam depre-
ur: quia ad tua præ-
a redit et laudem,
d talis est orta. Per
ninum.
int. Magnif., *p. 34.*
nt. Rubum, quem vi-
it Moyses incombu-
n, conservatam a-
vimus tuam lauda-
n virginitatem: Dei
trix, intercede pro
s. K. k. k.

Oratio III.

nulis tuis, quæsu-
Domine, cœlestis gratiæ munus imparti-
re: ut, quibus Beatæ
Virginis Mariæ partus
extitit salutis exordium,
Nativitatis ejus votiva
solemnitas pacis tribuat
incrementum. Per Do-
minum.

Psall. Erit radix Jesse:
et qui exurget regere
gentes, in eo gentes spe-
rabunt.

℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Erit radix.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus
es.

Oratio IV.

Adjuvet nos, quæsu-
mus, Domine, Sanctæ
Mariæ intercessio vene-
randa: cujus etiam diem,
quo mundo exorta est,
annua festivitate cele-
bramus. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Cant. 6.
Viderunt eam filiæ Sion
et beatissimam prædi-
caverunt, et reginæ lau-
daverunt eam.
℟. Deo gratias.
℟. br. Ave, Virgo Ma-

ria, gratia plena, Dominus tecum.

Iter. Ave, Virgo, etc. * Hall. hall.

℣. Benedicta tu inter mulieres.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ave Virgo, etc. * Hall. hall.

Cap. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix: ‡ Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM

Epistolella.

Cant. 6.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix.

Iter. Ora, etc. * Hall. hall.

℣. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ora, etc. * Hall. hall.

Cap. Diffu
in labiis tui
ea benedix
æternum.
Orat. II

AD N

Epist

Ab initio
cula creata
que ad fut
lum non d
habitatione
ram ipso
℟. Deo g
℟. *br.* Di
tia in labii
Iter. Dif
Hall. hall.
℣. Propt
xit te Deus
℟. Hall.
℣. Gloria
℟. Diffus
hall.
Cap. Spe
chritudine
de prospe
Hall. K. k.
Orat. ult

AD VE

Lucern.
Ant. in

li, simul eum
lorent eum o-
geli Dei.
Mysterium Ec-
92.
boro. Exiet vir-
sp. I, sed sine

; radice Jesse.
Dilexi, *p, 36.*
Ecce nunc, *et*
p. 68.
; radice Jesse
ga: et regni e-
rit finis. K. k. k.
le Vesp. I.
Virgo Verbum
Virgo perman-
genuit Regem
regum.
n. S. Joachim.
Commun. Conf.
e proprio.

Die IX.

OACHIMI

Patr. B. V. M.

Sol.

nmun. Conf.

ratio I.

i præ omnibus
is Beatum Joa-
Genitricis Filii
tui patrem esse voluisti,
concede, quæsumus: ut,
cujus festa veneramur,
ejus quoque patrocinia
perpetuo sentiamus. Per
eundem.

Oratio II.

Da nobis, quæsumus Domine, Mariæ Virginis nomen et virtutes ita venerari: ut, propter ejus merita, patrem etiam ipsius Joachimum debita pietate prosequamur. Per Dominum.

Die X.

S. NICOLAI
TOLENTINATIS
Conf. et Sac.

Sol.

De Commun. Conf. Sac.

Oratio I.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut Ecclesia tua, quæ Beati Nicolai Sacerdotis et Confessoris tui virtutum et miraculorum gloria coruscat, ejus intercessione et meritis perpetua

pace atque unitate lætetur. Per Dominum.

Oratio II.

Exaudi, Domine, preces nostras: et intercessione Beati Sacerdotis et Confessoris tui Nicolai, nos tuere ubique præsidiis. Per Dominum.

Die XI.

SS. NOMINIS B. M. V.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.
Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*
℟. *cum Infant.* Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph. ‡ Et Nomen Virginis Maria.
Iter. Missus est, etc.
℣. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum. ‡ Et Nomen, etc.
Ant. Quam admirabile.
Psalm. Dilexi, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Quam admirabile est Nomen tuum in universa terra! K. k. k.

Oratio I.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut fideles tui, qui sub Sanctissimæ Virginis Mariæ Nomine et protectione lætantur, ejus pia intercessione a cunctis malis liberentur in terris, et ad gaudia æterna pervenire mereantur in cœlis. Per Dominum.
Psalm. Eructavit cor meum, *ut in Vesp. I de Commun. Virg. et Mart.*
Ant. Omnis terra adoret te, et psallat tibi; psalmum dicat Nomini tuo. K. k. k.

Oratio II.

Precibus et meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, cujus Nomini hodiernas persolvimus laudes, eripe nos, quæsumus, Domine, a præsentibus ærumnis: ut exterioribus curis solu-

ti, debitum Nomini tuo impendere possimus obsequium. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Divulgatum est Nomen ejus usque ad introitum Ægypti propter crebras victorias. K. k. k.

Oratio III.

Præsta, omnipotens et misericors Deus: ut, qui venerabile Deiparæ Virginis Mariæ Nomen colimus, illud etiam in hora mortis invocare valeamus. Per Dominum.

Psall. Virgo Verbum concepit, Virgo permansit, Virgo genuit Regem omnium regum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Virgo, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Beatissimæ Virginis Mariæ Nomen venerantibus da nobis, quæsumus, Domine: ut ejus quoque virtutes imitantes, *nostra in cœlis* nomina scripta esse gaudeamus. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Is. 49.

Audite, insulæ, et attendite, populi, de longe: Dominus ab utero vocavit me: de ventre matris meæ recordatus est Nominis mei.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Invocate Nomen ejus.

Iter. Invocate, etc. * Hall. hall.

℣. Quoniam excelsum est.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Invocate, etc. * Hall. hall.

Cap. Benedicam Te in vita mea: * Et in Nomine tuo levabo manus meas. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Jud. 13.

Benedicta es Tu, filia, a Domino Deo excelso præ omnibus mulieri-

bus super terram; quia Nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Benedicam Te in vita mea.

Iter. Benedicam, etc. * Hall. hall.

℣. Et in Nomine tuo levabo manus meas.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Benedicam, etc. * Hall. hall.

Cap. Lætabor et exultabo in Te: * Psallam Nomini tuo. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Is. 12.

Invocate Nomen ejus: notas facite in populis adinventiones ejus, quoniam excelsum est Nomen ejus.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Lætabor, et exultabo in te.

Iter. Lætabor, etc. * *Hall.* hall.

℣. *Psall*am Nomini tuo.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Lætabor, etc. * Hall. hall.

Cap. Permaneat et magnificetur Nomen tuum ‡ Usque in sempiternum. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Sit Nomen ejus benedictum in sæcula: ante solem permanebit Nomen ejus.

Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92*.

℟. *in choro*. Narrabo Nomen tuum fratribus meis: ‡ In medio Ecclesiæ laudabo Te.

℣. Et sperent in Te, qui noverunt Nomen tuum: ‡ In medio, etc.

Reliq. de Vesp. I.

Commem. SS. Cornelii Pp. et Cypriani Ep. de Commun. plur. MM.

Die XII.

SS. CORNELII ET CYPRIANI

Mm. et Pont.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Beatorum Martyrum tuorum pariterque Pontificum, Cornelii et Cypriani, nos, quæsumus, Domine, festa tueantur: et eorum commendet oratio veneranda. Per Dominum.

Oratio II.

Domine, Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: et Sanctorum Martyrum tuorum Cornelii et Cypriani, quorum celebramus gloriosa certamina, tribue súbsequi in sancta professione victoriam. Per Dominum.

Die XIII.

S. MAURILII

Ep. et Conf.

De Commun. Pont. et Conf.

Oratio I.

Majestatem tuam supplices exoramus, omnipotens Deus: ut festivitatem Beati Maurilii Confessoris tui atque Pontificis concedas a nobis sic debita reverentia celebrari, ut ipsius adjuti meritis assequamur gaudia Paradisi. Per Dominum.

Oratio II.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beatum Maurilium Confessorem tuum atque Pontificem, sanctitatis gressibus imitantes, ejus interventu, relicto itinere vitiorum, per viam virtutum veniamus ad gloriam Beatorum. Per Dominum.

Die XIV.

IN FESTO EXALTAT. S. CRUCIS

Sol. Dom.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Ad vesperum demoretur fletus, Domine, et ad matutinum lætitia.

Hymnus.

Vexilla Regis prodeunt,

Fulget Crucis myste-
rium,
Qua Vita mortem per-
tulit,
Et morte vitam red-
didit.
Figunt cruenti Numinis
Clavi manus, vestigia;
Redemptionis gratià
Hic immolatur hostia.
Post vulneratus impiæ
Mucrone diro lanceæ,
Ut nos lavaret cri-
mine,
Manavit unda et san-
guine.
Impleta sunt quæ cón-
cinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnavit a ligno Deus.
Arbor decóra et fulgida
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra
tangere.
Beata, cujus brachiis
Salus pependit sæculi:
Statéra facta est cor-
poris,
Tulitque prædam Tar-
tari.
O Crux, ave, spes unica,
In hac triumphi glo-
ria,
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.
Te, summa cœli Trini-
tas,
Collaudet omnis spi-
ritus:
Quos per Crucis my-
sterium
Salvas, tuere jugiter.
Amen.

℟. *in choro. Ant. et Psalm., p. 394, omisso* Hall.

Oratio I.

Deus, qui hodierna die nos Exaltationis Sanctæ Crucis annua solemnitate lætificas, præsta, quæsumus: ut, cujus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia mereamur. Per Dominum.

Psalm. Adhæsit pavimento, *p. 3.*

Ant. Adoramus Crucem tuam, et signum de Cruce tua, et qui crucifixus es, virtutem. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui in præclara salutiferæ Crucis Exaltatione Passionis tuæ miracula suscitasti, concede: ut vitalis Ligni pretio æternæ vitæ su

ɔonsequamur. Qui ɜtc.
. Magnif., *p. 34.*
Nos autem glo-
portet in Cruce
ı nostri Jesu Chri-
k. k.

Oratio III.

qui Unigeniti tui
. nostri Jesu
pretioso San-
ıumanum genus
re dignatus es,
ɜ propitius: ut,
adorandam vivi-
jus Crucem ad-
, a peccatorum
nexibus liberen-
r eumdem.
, et Orat. IV.,

oras, omn. ut in
vent. S. Crucis,
præt. Orat., quæ
de Vesp. I.

VESPERAS II.

choro. Nos au-
. p. 397.
ut in Vesp. I.
em. Dolorum B.

Cui comparabo
cui assimilabo
Hierusalem? Cui exæquabo te, et consolabor te, Virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Cui comparabo te.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Æterne, omnipotens Pater, qui Unigeniti Filii tui Passioni dilectissimam ejus Matrem adstare voluisti, preces populorum tuorum propitiatus exaudi: et quos ad ipsius Beatæ Mariæ Virginis transfixionem devote recolendam evocasti, ejusdem gaudiorum tribuas esse consortes. Per eumdem.

Commem. S. Nicomedis Presb. et Mart. Psall. de Commun. unius Mart.

Oratio.

Adesto, Domine, populo tuo: ut, Beati Sacerdotis et Martyris tui Nicomedis merita recolentes, ad impetran-

dam misericordiam tuam semper ejus patrociniis adjuvemur. Per Dominum.

Die xv.

IN FESTO SEPTEM DOLORUM B. V. M.

Sol.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Thr. 1.

Vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Dolor meus super dolorem.

Iter. Dolor, etc. * Hall. hall.

℣. In me cor meum mærens.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Dolor, etc. * Hall. hall.

Cap. Attendite et videte, * Si est dolor sicut dolor meus. Hall.

K. k. k.

Oratio.

Intercessio Beatæ Genitricis tuæ, Domine Jesu Christe, quæ juxta Crucem stare sustinuit, quamvis acerbissimo dolore transfixa, supplicantibus nobis obtineat: ut inter hujus sæculi turbines constituti, nullis adversitatibus opprimamur. Qui vivis, etc.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Thr. 2.

Non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Attendite et videte.

Iter. Attendite, etc. * Hall. hall.

℣. Si est dolor sicut dolor meus.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Attendite, etc. * Hall. hall.

Cap. Audite, óbsecro, universi populi: * Et

videte dolorem meum. Hall. K. k. k.

Oratio.

Concede nobis, quæsumus, Domine, intimum veræ pietatis et devotionis affectum: ut Beatæ Mariæ Virginis dolores digne recolendo, salutiferæ redemptionis fructum, te largiente, consequamur. Per Dominum.

AD NONAM.

Epistolella.

Thr. 3.

Posuit me desolatam tetendit arcum suum et posuit me quasi signum ad sagittam; replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Audite, óbsecro, universi populi. * *Iter.* Audite, etc. * Hall. hall.

℣. Et videte dolorem meum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Audite, etc. * Hall. *hall.*

Cap. Defecerunt præ lacrymis oculi mei: * Conturbata sunt viscera mea. Hall. K. k. k.

Orat. IV de Vesp. sequent., p. 508.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, et requiem non inveni.

Hymnus.

Dum vitam in Ara Golgothæ,
Auctor salutis immolat,
Maria amoris æmula
Jugit doloris hostiam.
O Passionis mutuæ
Alterna cordis vulnera!
In Matre Proles cóndolet,
In Prole Mater deficit.
Jesum quot ictus vulnerant,
Materna scindunt viscera;
Sertumque Christi spineum
In corde Matris figitur.
Mater doloris nescia,

Gavisa Partum viderat:
O quanto agóne Filium
Nunc pressa nobis parturit!
Mors ipsa tandem Filium
Miserta pœnis éximit;
Jam tota sola in Virgine
Sævit superstes passio.
Christi recendens spiritus
Evasit ictum lanceæ;
Sed sæva vulnus irritum
In Matre cuspis víndicat.
Victis resurge ab inferis
Nunc, Christe: fortis Femina
Per spem fidemque prævenit
Stando triumphum Filii.
O Virgo, amore Seraphim
Vincens, dolore Martyres,
Fac nostrum amore ferveat.
Et cor dolore langueat.
Jesu, Tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et Almo *Spiritu*
In sempiterna sæcula.
Amen.

℟. *in choro.* Postquam Filius tuus, o Beata Mater, emísit spiritum, ‡ Ipsius non áttigit animam crudelis lancea, quæ ejusdem latus aperuit, sed tuam útique animam pertransivit.

℣. Nam Jesu Christi anima jam ibi non erat; sed tua plane inde nequibat avelli: ‡ Ipsius, etc.

Ant. Veni in altitudinem.

Psalmus 68.

Salva me, Deus; * quoniam introierunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi, * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris, * et tempestas demersit me.

Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, * defecerunt oculi mei dum spero in Deo meo.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei * qui oderunt me gratis.

nfortati sunt qui
persequuntur ini-
mei injuste; * quæ
rapui tunc exolve-

ılm. Ecce nunc, *et*
ate, *p. 68.*
t. Veni in altitudi-
maris, et tempestas
ersit me. K. k. k.

Oratio I.

erne omnipotens
', etc., *ut sup., p. 503.*
t. Elongasti a me.

Ex Psalmo 87.

navi ad te, Domi-
tota die expandi
ıs meas ad te.
mquid mortuis fa-
mirabilia? * aut
ci suscitabunt, et
tebuntur tibi?
mquid enarrabit a-
; in sepulcro mise-
diam tuam? * aut
atem tuam in per-
ne?
mquid cognoscen-
n tenebris mirabi-
ua? * aut justitia
n terra obliterata?
ego, Domine, ad te
avi, * et mane ora-
ca præveniet te.

Ut quid, Domine, re-
pulisti animam meam?
* avertis faciem tuam a
me?

Egénus sum ego, et in
laboribus a juventute
mea: * exaltatus autem,
humiliatus sum et con-
fusus.

In me pertransierunt
iræ tuæ, * et terrores tui
conturbaverunt me.

Circumdederunt me,
sicut aqua, tota die, * cir-
cumdederunt me simul.

Elongasti a me ami-
cum et proximum, * et
notos meos a miseria
mea.

Gloria Patri, etc.

Ant. Elongasti a me
amicum et proximum,
et notos meos a miseria
mea. K. k. k.

Oratio II.

Domine Jesu Christe,
qui Crucis patibulo pro
salute nostra afflixus
dilectum Discipulum vi-
carium pro te Matri tuæ
filium clementer attri-
buisti, te supplices exo-
ramus: ut nos quoque
per adoptionis gratiam
inter ejusdem Genitricis

tuæ filios connumerati, a te et ab electis tuis numquam separemur. Qui vivis.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Magnificetur anima mea in oculis Domini, et liberet me de omni angustia. K. k. k.

Oratio III.

Misericordiam tuam, omnipotens Christe, Beata Maria Virgo nobis imploret: cujus sacratissimam animam in hora Passionis tuæ doloris gladius pertransivit. Qui vivis, etc.

Psall. Passionis Christi clarissimum speculum effectum erat cor Virginis; in corpore Filius, in mente erat Genitrix crucifixa.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Passionis, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut fideles tui, qui ad Dolorum Beatæ Mariæ Virginis memoriam devote celebrandam convenerunt, post hujus vitæ angustias, ad æterna gaudia pervenire mereantur. Per Dominum.

Commem. S. Euphemiæ.

Psall. Euphemia virgo humilis, etc., *ut infra.*

Oratio. Deus, qui Beatæ Virgini, etc., *ut infra.*

Die xvi.

S. EUPHEMIÆ

Virg. et Mart.

De Commun. Virg. et Mart.

Oratio I.

Deus, qui Beatæ Virgini et Martyri tuæ Euphemiæ pro tuo nomine dimicanti fidem et constantiam præbuisti, concede nobis supplicantibus: ut, sicut illa vicit horrenda pœnarum tormenta, ita et nos sævissimi hostis vitia, te auxiliante, vincere valeamus. Per Dominum.

Oratio II.

Concede, quæsumus,

ɔotens et miseri-
Deus: ut Beata
ɜmia, quæ virgini-
ɔariter et martyrii
eruit palmam, in-
sionibus suis, et
ntis vitæ remedia
conferat, et æter-
salutem. Per Do-
n.
ll. Euphemia Vir-
milis: ad virginem
ni occurrite, quia
st veraMartyrChri
splendida lucerna
siæ.

Die XVII.

SATYRI CONF.

Sol.

ⱭD VESPERAS I.

:ern. Lux orta est,
mmun. unius Conf.
ı., ibid.
:um Infant. Nunc,
', quo progrediar,
e convertar? Bos
n requirit, et fre-
ti mugitu pium te-
r affectum: ✠ Et
non requiram te,
', cum quo vitæ hu-
ratra sustinui, la-
inferior, amore
ıctior?

Iter. Nunc., etc.
℣. Latus enim meum tuo latere sepiebas; caritate ut frater, cura ut pater: ✠ Et ego, etc.
Ant. Laborabit justus.
Psalm. Audite hæc, *ut infra in Commun. Sac. Conf.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Laborabit justus in finem; vivet in æternum, quoniam non videbit interitum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Satyrum tui nominis Confessorem mirabiliter effecisti, præsta, quæsumus: ut eum pro nobis jugiter apud te interventorem sentiamus, de cujus hic mirifico pignore gratulamur. Per Dominum.
Psalm Beatus vir qui timet, *p. 31.*
Ant. In memoria æterna erit justus; ab auditu malo non timebit. K. k. k.

Oratio II.

Adesto, Domine, pre-

Die XIX.

SS. JANUARII ET SOCIOR. MM.

e Commun. plur. MM.

Oratio I.

)eus, qui nos annua
ınctorum Martyrum
.orum Januarii et So-
orum solemnitate læ-
lcas, concede propi-
ıs: ut quorum gaude-
us meritis, accenda-
ur exemplis. Per Do-
inum.

Oratio II.

) ræsta, Domine, pre-
ɔus nostris cum exul-
;ione proventum: ut
nctorum Martyrum
nuarii et Sociorum,
ıorum festa celebra-
ıs, etiam fidei constan-
.m subsequamur. Per
)minum.

Die XX.

S. CLICERII Ep. et Conf.

Sol.

*De Commun. Pont. et
nf.*

Die XXI.

IN FESTO S. MATTHÆI Ap. et Ev.

Sol.

De Commun. unius Ap.

Oratio I.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui jugiter Beati Apostoli tui et Evangelistæ Matthæi defensione munimur, nec succumbamus vitiis, nec opprimamur adversis. Per Dominum.

Oratio II.

Beati Apostoli et Evangelistæ Matthæi, Domine, precibus adjuvemur: ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Per Dominum.

Ant. ad Magnif. Quam speciosi pedes, *ut in Commun. unius Ap. et Evang.*

Commem. SS. Mauritii et Sociorum MM. in Vesp. II.

Psall. Triumphant, *ut infra.*

Oratio.

Lætificet nos, quæsumus, Domine, Beatissimorum Martyrum tuorum Mauritii et ejus Commilitonum gloriosa solemnitas: et, qui tibi placuerunt suis meritis, pro nobis implorent auxilium. Per Dominum.

Die XXII.

SS. MAURITII ET SOCIOR. MM.

De Commun. plur. MM.

℟. *in choro.* Hæc est turba Sanctorum quam Beatus Mauritius in agonem fidei armavit. Ipse fuit auctor et in passione socius: ‡ Et ideo meruit coronam gloriæ.

℣. Jacebant millia Martyrum pro Christi nomine cæsa: ‡ Et ideo.

Ant. Sex millia

Psalm. Confitebor tibi, *p. 31.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Sex millia sexcenti pro Christo sunt *Martyres*, Mauritio au*ctore. K. k. k.*

Oratio I.

Annue, quæsumus, clementissime Deus, orationibus populi tui: et, quos in celebritate Beatissimorum Martyrum tuorum Mauritii et ejus Commilitonum adesse fecisti, eorum propitius precibus æterna perfrui beatitudine concede. Per Dominum.

Psall. Credidi, *p. 37.*

Ant. Cursum consummaverunt Martyres, et fidem custodierunt; sicut Sancti pro Christo jugulati sunt, et coronavit eos. k. k. k.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sicut Legio Sancta pro tui nominis confessione meruit palmam victoriæ; ita et nos supplices, eorum festa devotis mentibus celebrantes, participes gaudiorum effici mereamur. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Quatuor hi proceres, Mauritius et Can-

ıctor et Exupe-
.ces nostras fó-
. k. k.
'II. Deus, qui nos
s., *ut in Vesp. I*
mun. plur. MM.
Triumphant San-
tyres Christi, qui
ıximiano mortem
erunt suscipere:
ı Sancto Mauritio
cœlestia sumpsé-

ıtio IV. Lætificet,
pra, p. 512.
l Horas, de Commun.
. *Orat. de proprio.*

Die XXIII.

S. LINI

Pp. et Mart.

Commun. Mart. Pont.

Die XXIV.

S. THECLÆ

Virg. et Mart.

Sol.

De Commun. Virg. et Mart.

Oratio I.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui infirma mundi éligis, ut fortia quæque confundas, concede propitius: ut, qui Beatæ Theclæ Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Oratio II.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de Sanctæ Theclæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Die XXV.

S. ANATHALONIS

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. et Conf.

In Vesp. I commem. S. Theclæ.
In Vesp. II commem. Ss. Cypriani et Justinæ MM.

Die XXVI.

SS. CYPRIANI

ET JUSTINÆ MM.

De Commun. plur. M

Die XXVII.
S. CAJI
Ep. et Conf.
Sol.
De Commun. Pont. et Conf.

Die XXVIII.
S. VINCENTII
A PAULO
Conf. et Sac.
Sol.
De Commun. Sac. Conf.

Oratio.

Deus, qui, ad evangelizandum pauperibus et ecclesiastici ordinis decorem promovendum, Beatum Vincentium apostolica virtute roborasti, præsta, quæsumus: ut, cujus pia merita veneramur, virtutum quoque instruamur exemplis. Per Dominum.

Die XXIX.
IN FESTO
S. MICHAELIS
Archangeli.
Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Invicte princeps Michael,
Ducis superni militum,
Te supplicantes quæsumus,
Ut nos benignus visites.
Verbi sequaces Angeli,
Apostolique, et Cœlites
Locum serenent jugiter,
In quo precantes degimus.
Quas concinendo Virgines,
Et quas Beati Præsules
Fundunt rogantes, Numini
Preces rogatus offeras
Hostem repellat impium,
Opemque pacis dirigat;
Unaque nostra pectora
Fides sacrata muniat.
Vox supplicantum protinus
Ascendat ad thronum Dei:
Mentesque nostras erigat,
Qui sede fulget splendida.

ıic potentia,
na flagret cha-

ıalutis commo-

ferat fidelibus.
centes auferat,
ue sensus cor-

zat vestigia
precantum sé-

ıcis fulgida
ra scribat car-
:
ıe nostra no-

t in vitæ libro.
ıulque Filio,
, Sancte Spiri-

ıit, sit jugiter
per omne glo-
ımen.
Infant. Factum
ium in cœlo,
mitteret draco
ум Michaele
lo; et audita
Millia millium
: Honor et po-
a est Deo no-
ecula.
ctum est, etc.
librum in de-
scriptum intus
Millia, etc.

Ant. Qui facit.
Psalm. Benedic, anima mea, Dominum, *p. 264*.
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68*.
Ant. Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros suos ignem ardentem. K. k. k.

Oratio I.

Da nobis, omnipotens Deus, Beati Michaelis Archangeli honore ad summa proficere: ut, cujus in terris gloriam prædicamus, ejus quoque precibus adjuvemur in cœlis. Per Dominum.
Psalm. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, *p. 53*.
Ant. Angelum pacis et gratiæ dona nobis, Domine, Deus noster. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: ut, qui tibi ministrantes in cœlo semper assistunt, ab his vita nostra mu-

niatur in terris. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Michael Archangelus erit in adjutorio populo Dei. K. k. k.

Oratio III.

Adesto plebi tuæ, misericors Deus: et, ut gratiæ tuæ potiora beneficia percipiat, Beati Michaelis Archangeli fac supplicem deprecationibus sublevari. Per Dominum, etc.

Psall. Cœlestis militiæ princeps, magne Michael, deprecare Christum pro afflictorum gemitu, Redemptorem mundi.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Cœlestis, etc.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Beati Archangeli tui Michaelis interventione suffulti, supplices te, Domine, deprecamur: ut, quos honore prosequimur, contingamus et mente. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Apoc. 12.

Factum est prælium magnum in cœlo. Michael et Angeli ejus præliabantur cum Dracone, et Draco pugnabat et Angeli ejus.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

Iter. In conspectu, etc.* Hall. hall.

℣. Adorabo ad templum sanctum tuum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In conspectu, etc. * Hall. hall.

Cap. Gloriosus apparuisti in conspectu Domini: * Propterea decorem indutus es. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Apoc. 12.

Nunc facta est salus, et virtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi ejus.

ratias.
›riosus appa-
›nspectu Do-

›iosus, etc. *

rea decorem

ıall.
Patri, etc.
›sus, etc. *

t Angelus ju-
empli, * Ha-
›ulum aure-
K. k. k.
de Vesp. I.

ONAM.

o le l la.

Apoc. 12.
eum propter
Agni, et Ver-
ıonii sui; et
runt animas
ad mortem.
ratias.
stit Angelus
templi.
t, etc. * Hall.

s thuribulum

ıall.
Patri, etc.

℟. Stetit, etc. * Hall. hall.

Cap. Ascendit fumus arómatum * In conspectu Domini de manu Angeli. Hall. K. k. k.

Orat. IV de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Hymnus de Vesp. I.

℟. *in choro.* Fundata est Ecclesia super verticem montis: et exaltata est super omnes colles: ‡ Et venient ad eam omnes gentes magnificantes Deum.

℣. Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob: ‡ Et venient, etc.

Reliq. ut in Vesp. I.

Commem. S. Hieronymi Presb.

Psall. Os meum, *de Sac. et Doct.*

Orat. de prop., ut infra.

Die XXX.

S. HIERONYMI

Presb. et Doct.

Sol.

De Commun. Sac. Conf. et Doct.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiæ tuæ in exponendis Sacris Scripturis Beatum Hieronymum Confessorem tuum, Doctorem maximum providere dignatus es, præsta, quæsumus: ut, ejus suffragantibus meritis, quod ore simul et opere docuit, te adjuvante, exercére valeamus. Per Dominum.

FESTA OCTOBRIS.

Dominica I Octobris celebrat. Fest. SS. Rosarii B. M. V.; cujus Off. recitabit. Fer. II immediate sequenti prædictam Dominicam.

IN FESTO

SS. ROSARII

Sol.

Omnia ut in Festo S. Mariæ ad Nives, p. 463.

Die I.

S. REMIGII

Ep. et Conf.

De Commun. Pont. et Conf.

Oratio I.

Exaudi nos, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: et meritis Sancti Antistitis et Confessoris tui Remigii plebem tuam solita miseratione custodi, benignitate et pietate salvifica, ut in æterna patria illi jungatur patrono, cujus hic exultat in festo. Per Dominum.

Oratio II.

Hæc nobis, Domine, solemnitas Beati Remigii Confessoris tui atque Pontificis meritis iterata pacem tribuat, fidem augeat, corda purificet, lumbos accingat, et ja-

...m salutis aperiat.
...r Dominum.

Die II.

S. ANGELORUM CUSTODUM

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Custos, preces mortalium
Audi canoras, Angele,
Quos magnus Orbis Conditor
Tuæ dedit custodiæ.

Nos sævientis igneo
Draconis ore libera,
Nostrum genus qui noxiæ
Fructu fefellit árboris.

Si quando tentet devium
Decepta planta tramitem,
Humana cœli dirige
Ad semitam vestigia.

Momenta nostri singula
Defende, tutor Spiritus,
Et deserentem corpora
Astris repóne patriis.

Deo Patri sit gloria
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *cum Infant.* Angelis suis Deus mandavit de te, * Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Iter. Angelis, etc.

℣. In manibus portabunt te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum, * Ut custodiant, etc.

Ant. In conspectu.

Psalm. Confitebor tibi, Domine in toto corde meo; quia, etc., *p. 53.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. In conspectu Angelorum psallam tibi, Domine. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui ineffabili providentia Sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis: et eorum semper protectione defendi, et æterna societate gaudere. Per Dominum.

Psalm. Qui habitat in adjutorio, p. 67.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: ut, qui tibi ministrantes in cœlo semper assistunt, ab his vita nostra muniatur in terris. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Angelum pacis et gratiæ dona nobis, Domine, Deus noster. K. k. k.

Oratio III.

Concede nos, omnipotens Deus, eorum semper patrocinio foveri: quorum custodia regimur ac munimur. Per Dominum.

Psall. Angelis suis De-

---

ficatis liber
vitam perv
ternam. Per

AD TE

Epist

Fratres. N
sunt adminis
ritus in
missi propt
hæreditaten
lutis?

℟. Deo gr

℟. *br.* Ang
us mandavi

Iter. Ange
Hall. hall.

℣. Ut cus
omnibus vi

℟. Hall. h

℣. Gloria

AD SEXTAM.

Epistolella.

Exod. 23.
cce ego mittam An-
lum meum, qui præ-
lat te, et custodiat in
ι, et introducat in lo-
m quem paravi. O-
rva eum et audi vo-
n ejus.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* In conspectu
gelorum psallam ti-
Deus meus.
Iter. In conspectu,
. * Hall. hall.
℣. Adorabo ad tem-
m sanctum tuum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. In conspectu, etc. *
ll. hall.
Cap. Stetit Angelus
xta aram templi, *
bens thuribulum au-
m. Hall. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Exod. 23.
uod si audieris vocem
s, et feceris omnia
æ loquor, *inimicus
inimicis tuis,* et affli-
gam affligentes te: præ-
cedetque te Angelus me-
us.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Stetit Angelus
juxta aram templi.
Iter. Stetit, etc. * Hall.
hall.
℣. Habens thuribulum
aureum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Stetit, etc.* Hall. hall.
Cap. Dico vobis, quia
Angeli eorum in cœlis *
Semper vident faciem
Patris mei, qui in cœlis
est. Hall. K. k. k.
Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.
Ant. in choro. Læta-
mini, cœli, simul cum
eo, et adorent eum o-
mnes Angeli Dei.
Hymn. de Vesp. I.
℟. *in choro.* In con-
spectu gentium nolite
timere; vos enim in cor-
dibus vestris adorate et
timete Dominum: ‡ An-
gelus enim ejus vobis-
cum est.
℣. Stetit Angelus ju-
xta aram templi, habens

thuribulum aureum in manu sua: ‡ Angelus, etc.

Reliq. de Vesp. I.

Die III.

S. FRANCISCI BORGIÆ
Sac. et Conf.
Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Oratio I.

Domine Jesu Christe, veræ humilitatis et exemplar et præmium, quæsumus: ut, sicut Beatum Franciscum in terreni honoris contemptu imitatorem tui gloriosum effecisti, ita nos ejusdem imitationis et gloriæ tribuas esse consortes. Qui vivis, etc.

Oratio II.

Precibus et meritis Beati Francisci, qui, abjectis sæculi honoribus, tibi regum Regi unice famulari voluit, da, quæsumus, omnipotens Deus: ut divino addicti obsequio nos quoque, præter te summum verumque Bonum, nihil aliud concupiscere studeamus. Per Dominum.

Die IV.

S. FRANCISCI CONF.
Sol.

De Commun. Conf.

Oratio I.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis fœtu novæ prolis amplificas, tribue nobis: ejus imitatione terrena despicere, et cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum.

Oratio II.

Ecclesiam tuam, quæsumus, Domine, gratia cœlestis amplificet: quam Beati Francisci illuminare voluisti gloriosis meritis et exemplis. Per Dominum.

Die V.

SS. PLACIDI
ET SOCIOR. MM.

De Commun. plur. MM.

Die VI.

S. BRUNONIS
Sac. et Conf.
Sol.

De Commun. Sac. Conf.

Die VII.

S. BIRGITTÆ MATR.
Sol.

De Commun. Matr.

Die VIII.

S. PELAGIÆ
Virg. et Mart.

De Commun. Virg. Mart.

Die IX.

SS. DIONYSII
RUSTICI, ELEUTHERII
ET DOMNINI MM.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Auxilium tuum, Domine, nobis, quæsumus, placatus impende: et intercedentibus Beatis Martyribus tuis Dionysio, Rustico, Eleutherio atque Domnino, dexteram super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum.

Oratio II.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et intercedentibus Beatis Martyribus tuis Dionysio, Rustico, Eleutherio atque Domnino, ab hostium nos defende propitiatus incursu. Per Dominum.

Die X.

S. CASIMIRI CONF.
Sol.

De Commun. Conf.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Casimirum Confessorem tuum, cœlesti regno terrenum postponere docuisti: da, quæsumus, nobis ejus exemplo caduca despicere, atque æterna sectari. Per Dominum.

Die xv.

'HERESIÆ VIRG.

Sol.

: *Commun. Virg.*

Oratio I.

erni luminis Pater, ad meliora semper landa charismata, :em Beatæ Virginis esiæ caritatis ar- inflammare et sa- :iæ luce illustrare atus es, quæsumus: ipsa interveniente, l ore et opere do- et simplici capia- mente et toto cor- rdore compleamus. Dominum.

Oratio II.

itæ Virginis tuæ 'esiæ meritis nos, iine, in tui amore ɔitius accende: ut, t illa tibi placuit et : virginitatis et ca- is ardore, ita nos amus, ea interce- e, bonis operibus ıdare. Per Domi- ı.

Ant. ad Magnif. Audivisti, filia, et inclinasti aurem tuam, et ideo concupivit Rex decorem tuum, et oleo lætitiæ unxit te præ consortibus tuis. K. k. k.

Psall. Ut stella matutina in medio nebulæ, ut luna plena in diebus suis, et sol lucet in meridie; sic Beata Theresia fulget in templo Dei.

Die xvi.

S. GALLI

Abb. et Conf.

De Commun. Sac. Conf.

Die xviii.

S. LUCÆ EVANG.

Sol.

De Commun. unius Ap.

Oratio I.

Interveniat pro nobis, quæsumus, Domine, Sanctus tuus Lucas Evangelista: qui Crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit. Per Dominum.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, Domine: ut Beati Lucæ Evangelistæ suffragiis, cujus natalitia celebramus, hæc plebs tua semper et sua vota deprómat et desiderata perficiat. Per Dominum.

Die XIX.

S. PETRI
DE ALCANTARA.
Conf. et Sac.

De Commun. Sac. Conf.

Die XXI.

SS. URSULÆ
ET SOCIARUM
Virg. et MM.

De Commun. Virg. Mart.

Oratio I.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut, per Sanctarum tuarum Virginum preces, et vivi sanctitatem ipsarum imitari, et mortui recipi mereamur in cœlum. *Per Dominum.*

Oratio II.

Gratias agimus tibi, Domine, quod Sanctarum tuarum Virginum constantiam illustri exemplo nobis proponere dignatus es: ut earum imitatione, præsentis vitæ cursum possimus absolvere, et ad gaudia æterna pervenire. Per Dominum.

Die XXII.

SS. COSMÆ
ET DAMIANI MM.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Intercedentibus Sanctis tuis, Domine, Cosma et Damiano, plebi tuæ præsta subsidium: ut ab omnibus noxis expedita, et hic et in æternum sibi cuncta profutura percipiat. Per Dominum.

Oratio II.

Da nobis, quæsumus, Domine, fidei miseratus augmentum: ut, quæ

anctos Martyres tuos
ıosmam et Damianum
ısque ad sanguinem re-
enta glorificat, nos e-
iam justificet veraciter
ıanc sequentes. Per Do-
ninum.

Ant. ad Magnif. Cosmas et Damianus, Anthimus, Leontius et Euprepius, hi quinque fratres a Deo coronati sunt. K. k. k.

Die XXIV.

S. RAPHAELIS ARCH.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Quoniam tu.

Hymnus.

Divine ductor Raphael,
Hymnum benignus suscipe,
Quem nos canendo supplices
Lætis sacramus vocibus.

Cursum salutis dirige,
Gressusque nostros promove,
Ne quando aberrent devii,
Cœli relicto tramite.

Tu nos ab alto respice;
Lucem micantem desuper
A Patre Sancto luminum
Nostris refundas mentibus.

Ægris medelam perfice,
Cœcisque noctem discute;
Morbos fugando corporum,
Dona vigorem cordibus.

Adstans superno Judici,
Causam peróra criminum,
Iramque mulce vindicem,
Fidus rogator Numinis.

Magni resumptor prælii,
Hostem superbum déprime,
Contra rebelles Spiritus
Da robur, auge gratiam.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

℟. *cum Infant.* Ingressus Angelus ad Tobiam, salutavit eum et dixit:

Gaudium sit tibi semper. ‡ Forti animo esto; in proximo enim est ut a Deo curéris.

Iter. Ingressus, etc.

℣. Et respondens Tobias, ait: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cœli non video? ‡ Forti, etc.

Ant. Ingressus Tobias.

Psalm. Domine Dominus noster, *ut in Vesp. II de Commun. unius Mart.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ingressus Tobias invénit juvenem præcinctum et quasi paratum ad ambulandum; et ignorans quod Angelus esset, salutavit eum. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui Beatum Raphaelem Archangelum Tobiæ famulo tuo comitem dedisti in via, concede nobis famulis tuis: ut ejusdem semper protegamur custodia et muniamur auxilio. Per Dominum.

Psalm. Cœli enarrant, *ut in Vesp. II de Commun. unius Ap.*

Ant. Angelus Raphael, se ipsum occultans, ait: Ego sum Azarias, magni Ananiæ filius. K. k. k.

Oratio II.

Beati Raphaelis Archangeli merita venerantes, te deprecamur, omnipotens Deus: ut, qui Majestati tuæ in cœlo semper assistit, sic apud clementiam tuam perpetuus nobis intercessor existat. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Missus est Angelus Raphael ad Tobiam et Saram, ut curaret eos. K. k. k.

Oratio III.

Omnipotens ac misericors Deus, qui Beati Raphaelis Archangeli auxilio Tobiæ visum restituere voluisti, præsta, quæsumus: ut, eodem nobis opitulante, ab omni cœcitate mentis et corporis liberemur. Per Dominum.

Psall. Ego sum Raphael Angelus, qui asto

te Dominum: vos au-
m benedicite Deum, et
ırrate omnia mirabilia
us. Hall.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Ego sum, etc.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus

Oratio IV.

eus, qui fidelibus tuis
a es et veritas, con-
de propitius: ut ope
ati Raphaelis Archan-
li a vitæ numquam
mita deviemus. Per
ominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Exod. 23.
lcce ego mittam Ange-
m meum, qui præce-
t te, et custodiat in
a, et introducat in lo-
m quem paravi. Ob-
rva eum et audi vo-
m ejus.
℟. Deo gratias.
℟. *br*. Bene ambuletis,
sit Deus in itinere ve-
ro.
Iter. Bene, etc. * Hall.
ll.
℣. Et Angelus ejus co-
tetur vobiscum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Bene, etc. * Hall. hall.
Cap. Missus est Ange-
lus Raphael * Ad Saram
et Tobiam, ut curaret
eos. Hall. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Tob. 3.
Missus est Angelus Do-
mini Sanctus Raphael,
ut curaret eos ambos;
quorum uno tempore
sunt orationes in con-
spectu Domini recitatæ.
℟. Deo gratias.
℟. *br*. Missus est An-
gelus Raphael.
Iter. Missus, etc. * Hall.
hall.
℣. Ad Saram et To-
biam, ut curaret eos.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Missus est, etc. *
Hall. hall.
Cap. Apprehendit An-
gelus Raphael dæmo-
nium, * Et relegavit il-
lud in deserto superioris
Ægypti. Hall. K. k. k.
Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Tob. 12.

Nunc misit me Dominus, ut curarem te, et Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem. Ego enim sum Angelus Raphael, unus ex septem qui astamus ante Dominum.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Apprehendit Angelus Raphael dæmonium.

Iter. Apprehendit, etc.* Hall. hall.

℣. Et relegavit illud in deserto superioris Ægypti.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Apprehendit, etc. * Hall. hall.

Cap. Deduc me, Raphael Archangele, * In semitam mandatorum Dei. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Quoniam tu.

Ant. in choro. In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

Hymn. de Vesp. I.

℟. *in choro.* Tempus est, ut revertar ad eum qui me misit, dixit Angelus Raphael. * Vos autem benedicite Dominum, et narrate omnia mirabilia ejus.

℣. Confitemini ei coram omnibus viventibus; quia fecit vobiscum misericordiam suam: * Vos autem, etc.

Reliq. de I Vesp.

Psall. Princeps gloriosissime, Raphael Archangele, esto memor nostri hic et ubique; semper precare pro nobis Filium Dei.

Orat. ult. de Vesp. I.

Die XXV.

SS. CHRYSANTI ET DARIÆ MM.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Beatorum Martyrum tuorum, Domine, Chrysanti et Dariæ adsit pro nobis oratio: ut, quos devoto obsequio veneramur, eorum perpetuo

niamur auxilio. Per
ninum.

Oratio II.

æsta, quæsumus,
nine: ut, sicut nobis
ctorum Martyrum
rum Chrysanti et Da-
natalitia celebranda
desunt, ita jugiter
suffragis comiten-
Per Dominum.

Die XXVI.

S. EVARISTI

Pp. et Mart.

CommunMart. et Pont.

Die XXVII.

IN FESTO

SS. SIMONIS

JUDÆ APOSTOL.

Sol.

Commun. plur. Ap.

Oratio I.

otector in te speran-
n, Deus, familiam
tuam propitius respice:
et, per Beatos Apostolos
tuos Simonem et Judam,
a cunctis eam adversita-
tibus potentiæ tuæ bra-
chio defende. Per Domi-
num.

Oratio II.

Deus, mundi Creator,
qui Beatos Apostolos Si-
monem et Judam nomi-
nis tui gloria sublima-
sti, exaudi populum tu-
um cum Sanctorum tuo-
rum tibi patrociniis sup-
plicantem: ut pacis do-
no proficiat ad fidei et
caritatis augmentum.
Per Dominum.

Die XXIX.

S. ANTONINI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Conf. et Pont.

Die XXX.

S. SATURNINI M.

De Commun. unius Mart.

FESTA NOVEMBRIS.

Die I.

IN FESTO OMN. SANCTOR.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Signatum est, *de Commun. plur. MM.*

Hymnus.

Deo fruentes, fulgidæ,
Salvete, Cives Patriæ,
Regni micantis aulici,
Portus beantis Incolæ.
Solis nitore perpetis
Regina gaudet siderum;
Urbis volantes muniunt
Cœlestis arcem Milites.
Vallatur urbis àspide;
Fundant lapilli mœnia:
Illic Prophetis assident
Legis duces Apostoli.
Hic candidatus Martyrum
*Troph*æa fert exercitus,
Qui dimicantes plurimo
Vicére mortem sanguine.
Hic infulati Præsules,
Et literarum lumina;
Illic Sacerdotes sacra
Agni fruuntur victima.
Jejuna erémus cónvenis
Apponit æternas dapes:
Hic Virgines castissima
Sponso maritant lilia.
Et vos avete, Cœlites,
Quos nostra tellus æthere
Donavit, astris civium
Beata mittens agmina.
O Turba magna, respice
Pulchræ Sionis exules:
Fac nos serentes lacrymis
Referre messem gaudii.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℟. *cum Infant.* Interrogavi Angelum, dicens: Quis est iste, qui San-

tis dedit coronam? Et dixit mihi: ‡ Filius Dei est, quem confessi sunt in sæcula.

Iter. Interrogavi, etc.

℣. In conspectu Agni steterunt ante thronum, et palmæ in manibus eorum. Clamabant voce magna, dicentes: ‡ Filius Dei, etc.

Ant. Vos estis.

Psalm. Gaudete, justi, *usq. ad* ℣. ‡ Beata gens, *p. 293.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Vos estis amici mei, qui perseverastis mecum usque in finem. K. k. k.

Oratio I.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui nos Omnium Sanctorum merita sub una tribuisti celebritate venerari, quæsumus: ut desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus, largiaris. Per Dominum.

Psalm. Beata gens, *in Psalm.* Gaudete *ut sup., p. 294.*

Ant. Fratres mei et amici mei, venite ad regnum Patris mei, dicit Dominus. K. k. k.

Oratio II.

Da, quæsumus, Domine, fidelibus populis Omnium Sanctorum tuorum semper veneratione lætari, et eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Congregamini, omnes, et videbitis virtutem, qualem dedit Dominus Sanctis suis. K. k. k.

Oratio III.

Domine, Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: et, quorum celebramus gloriosa solemnia, tribue súbsequi in sancta professione lætitiam. Per Dominum.

Psall. Celebremus diem Sanctorum, quasi Agni incontaminati et immaculati Christi Domini nostri.

℣. Gloria Patri, etc.

Deus omnium, etc., *ut in Commun. Defunct. ad Vesp.*

Si in hanc secundam diem Dominica inciderit, tunc Commem. pro Defunct. transferatur in Fer. II sequent. et Vesp. Defunct. dicunt. post Vesp. Dom.

Die IV.

IN FESTO

S. CAROLI

Pont. et Conf.

Sol.

AD VESPERAS I.

Lucern. Lux orta est justo, *de Commun. Pont. et Conf.*

Hymnus.

Urbis parentem Carolum
Nati colamus supplices,
Qui sol recens Antistitum
Noctem fugavit mentium.

Nascentis omen dexterum
Præsaga lux ostenderat;
Primis ab annis innocens
Aris struendis luserat.

Mox lumen auxit Purpuræ
Candore morum lacteo:
Et mole pressus Infulæ
Fulsit labantem Patriam.

Tum criminosi sæculi
Culpas removit impiger,
Adversa vicit omnia
Invicta virtus pectoris.

Immotus ictum plumbeum,
Ut alta rupes, excipit;
Sed vana ferri vis cadit
Confessa vires Numinis.

Dum sævit annus léthifer,
Ut mater, ægris ássidet;
Pericla, luxus, inferos
Vincit triumphator sui.

Sic norma Cleri, spes gregis,
Lux orbis, ara pauperum,
Cœloque mens gratissima

Ad regna transit cœlica.
Tendamus illi dexteras,
Noxas ut omnes dissipet,
Adsitque præsens civibus,
Et spem salutis impleato.
Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℟. *cum Infant.* Ego in innocentia mea ingressus sum: ‡ Et in Domino sperans non infirmabor.

Iter. Ego, etc.

℣. Domine, dilexi decorem domus tuæ et locum habitationis gloriæ tuæ: ‡ Et in Domino, etc.

Ant. Qui ingreditur.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula * et operatur justitiam;

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua nec fecit proximo suo malum,

Et opprobrium non accepit adversus proximum suum: ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus; * timentes autem Dominum magnificat.

Qui jurat proximo suo, et non decipit; qui pecuniam suam non dedit ad usuram; * et munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc * non movebitur in æternum.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Qui ingreditur sine macula, habitabit in tabernaculo tuo, Domine. K. k. k.

Oratio I.

Deus, qui Ecclesiam tuam Sancti Caroli Confessoris tui atque Pontificis salutaribus instruis disciplinis, concede propitius: ut, cujus in terris admiramur exempla, ejus in cœlis patrocinia

sentiamus. Per Dominum.

Ant. Domine.

Psalmus 29.

Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me;* et non delectasti inimicos meos super me.

Domine, Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me; Domine, abstraxisti ab inferno animam meam;* salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino, sancti ejus;* et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in furore ejus,* et vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus,* et ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in mea abundantia:* Non movebor in æternum.

Domine, in voluntate tua* præstitisti decori meo virtutem.

Avertisti autem faciem tuam a me;* et factus sum conturbatus.

Ad te, Domine, clamabo* et ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo,* dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis* aut annunciabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, et misertus est mihi;* Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi,* conscidisti saccum meum et præcinxisti me lætitia;

Ut cantem tibi, gloria mea, et non compungar:* Domine, Deus meus, in æternum confitebor tibi.

Gloria Patri, etc.

Ant. Domine, tu suscepisti me: non movebor in æternum. K. k. k.

Oratio II.

Deus, qui Beatum Carolum Sanctorum tuorum numero sociasti, exaudi propitius supplicum preces et concede: ut, quem vitæ magistrum habuimus in terris, eundem in cœlis

nereamur habere patronum. Per Dominum.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Dilectus Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est. K. k. k.

Oratio III.

Foveat nos, quæsumus, Domine, Sancti Caroli Confessoris atque Pontificis intercessio gloriosa: ut, quem Ecclesia Mediolanensis gloriatur habuisse pastorem, eundem apud tuam clementiam perpetuum sentiat esse Patronum. Per Dominum.

Psall. Respicite, quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Respicite, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Sancti Caroli Confessoris tui atque Pontificis nobis, Domine, gloriosa merita suffragentur: qui *cœlestem in terris* vitam et verbo docuit et exemplo firmavit. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

1. Reg. 2.

Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet: et ædificabo ei domum fidelem, et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Dabo vobis pastorem juxta cor meum.

Iter. Dabo vobis, etc.* Hall. hall.

℣. Et pascet vos scientia et doctrina.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc. *

℟. Dabo vobis, etc. * Hall. hall.

Cap. Curavit gentem suam, * Et liberavit eam a perditione. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Jer. 1.

Ecce constitui te su-

per gentes et super regna, ut evellas et destruas, et disperdas et dissipes, et ædifices et plantes: dicit Dominus.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Curavit gentem suam.

Iter. Curavit, etc. * Hall. hall.

℣. Et liberavit eam a perditione.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Curavit, etc. * Hall. hall.

Cap. Induit eum Dominus stolam gloriæ: * Et coronavit eum in vasis virtutum. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccl. 49.

Ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Induit eum Dominus stolam gloriæ.

Iter. Induit, etc. * Hall. hall.

℣. Et coronavit eum in vasis virtutum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Induit, etc. * Hall. hall.

Cap. Gloria et honore coronasti eum, Domine: * Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est, *de Commun. Pont. et Conf.*

Ant. in choro. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.

Hymn. de Vesp. I.

R. *in choro.* Dispersit, dedit pauperibus: ‡ Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℣. In tempore iracundiæ factus est reconciliatio: ‡ Justitia, etc.

Ant. Deduxit me.

Psalm. Dominus regit me, *ut infra in princip. Nocturni II Defunct.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

℣. Deduxit me Dominus super semitas justitiæ propter nomen suum. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

Psalm. Conserva me, Domine, *p. 453.*

Ant. Dominus a dexteris meis, ut non commovear. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem. K. k. k.

Orat. III de Vesp. I.

Psall. Respicite, etc., *ut in Vesp. I.*

Orat. IV de Vesp. I.

Die v.

S. MAGNI

Ep. et Conf.

Sol.

De Commun. Pont. Conf.

Die vi.

S. LEONARDI CONF.

De Commun. Conf.

Oratio I.

Majestati tuæ, quæsumus, Domine, Sancti Confessoris tui Leonardi nos pia jugiter commendet oratio: ut, quem annuo veneramur officio, ipsius suffragio sublevemur optato. Per Dominum.

Oratio II.

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui Beati Confessoris tui Leonardi solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Die vii.

SS. VITALIS

ET AGRICOLÆ MM.

De Commun. plur. MM.

Oratio I.

Sanctorum Vitalis et Agricolæ, quæsumus, Domine, natalitia nobis votiva resplendeant: et, quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ devotionis accrescat. Per Dominum.

Oratio II.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Sancto-

rum tuorum Vitalis et Agricolæ cordibus flammam tuæ dilectionis accendis, da mentibus nostris eandem fidei caritatisque virtutem: ut, quorum gaudemus triumphis, proficiamus exemplis. Per Dominum.

Psall. Ego sum vitis vera, et vos palmites estis: Pater meus agricola est, dicit Dominus.

Die VIII.

SS. QUATUOR CORONATOR. MM.

De Commun. plur. MM.

Die IX.

S. AURELII

Ep. et Conf.

De Commun. Pont. et Conf.

Die X.

S. ANDREÆ AVELLINI

Sac. et Conf.

Sol.

De Commun. Conf. Sac.

Oratio I.

Deus, qui in corde Beati Andreæ Confessoris tui, per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum, admirabiles ad te ascensiones disposuisti: concede nobis ipsius meritis et intercessione ita ejusdem gratiæ participes fieri, ut, perfectiora semper exequentes, ad gloriæ tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum.

Oratio II.

Beatus Sacerdos Andreas, qui, Cruci tuæ, Domine Jesu, se totum affigens, propriæ semper óbstitit voluntati, supplicantibus nobis obtineat: ut, desideria carnis crucifigentes in nobis, quæ tibi sunt placita jugiter exequamur. Qui vivis.

COMMEMORATIONES

FACIENDÆ AD VESPERAS

QUOTIES FIT OFFICIUM DE SANCTIS NON SOLEMNE.

DE B. MARIA VIRG.

Psall. Virgo Verbum concepit, Virgo permansit, Virgo genuit Regem omnium regum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Virgo Verbum.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Concede, quæsumus, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut, qui Sanctæ Dei Genitricis Mariæ memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

℣. Dominus vòbiscum.

DE S. JOSEPH

Eccl. Cath. Patr.

Psall. Joseph conturbatus est de utero Virginis: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Joseph conturbatus est.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis, etc.

℣. Dominus vobiscum.

DE S. AMBROSIO

Eccl. Med. Patr.

Psall. Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Exaltent eum.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Sancti Ambrosii nos, quæsumus, Domine, jugiter prosequatur oratio: ut, quod petitio nostra non impetrat, ipso pro nobis interveniente, præstetur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Postea fit Commem. S. Titularis Ecclesiæ, cui recitantes Off. sunt addicti.

COMMUNE SANCTORUM.

IN NATALI UNIUS APOSTOLI.

Off. hoc dicitur etiam de uno Evang. tantum, nisi quid proprii Rubrica indicet. Ubi tamen hic in Responsoriis, Orationibus et in aliis dicitur Apostolus, *dicitur* Evangelista. *Si autem uterque fuerit, dicitur* Apostolus et Evangelista.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
Lucern. Lux orta est justo, et rectis corde ✠ Lætitia.
℣. Dominus regnavit; exultet terra, lætentur insulæ multæ: ✠ Lætitia.
Iter. Lux orta est justo, et rectis corde ✠ Lætitia.
℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Æterna Christi munera,
Apostolorum gloriam,

Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.
Ecclesiarum Principes,
Belli triumphales Duces,
Cœlestis Aulæ Milites
Et vera mundi Lumina.
Devota Sanctorum Fides,
Invicta Spes credentium,
Perfecta Christi Charitas
Mundi tyrannum conterit.
In his Paterna gloria,
In his triumphat Filius,
In his voluntas Spiritus,
Cœlum repletur gaudio.
Te nunc, Redemptor, quæsumus,
Apostolis lætantibus
Adjunge servos supplices
In sempiterna sæcula.
Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,

Sicut fuit, sit jugiter
Sæclum per omne gloria. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *cum Infant.* Clarus Apostolus N., virtutum gratia pollens, ‡ Ad cultum fidei divina prædicatione multos perduxit.

Iter. Clarus, etc.

℣. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit. ‡ Ad cultum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Subjecit.

Psalmus 46.

Omnes gentes, pláudite manibus: * jubilate Deo in voce exultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis, * et Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis, * et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nos hæreditatem suam, * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilatione, * et Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite; * psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus; * psallite sapienter.

Regnavit Dominus super omnes gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populi convenerunt cum Deo Abraham; * quoniam dii fortes terræ nimium elevati sunt.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Qui tres Psalmi concluduntur unico Gloria Patri, etc.

Ant. Subjecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I de proprio.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Nimis honorandi sunt.

Psalm. Domine, probasti me, *p. 53.*

Ant. Nimis honorandi sunt amici tui, Deus; valde confortatus est principatus eorum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II de proprio.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Per os Apostoli.
Pro Evangelista Ant. Quam speciosi pedes.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Per os Apostoli sui Dominus locutus est. K. k. k.
Pro Evangelista Ant. Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus: ut, sicut Ecclesiæ tuæ Sanctus Apostolus tuus N., extitit prædicator et rector, ita sit pro nobis perpetuus suffragator. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
Psalm. Bene annunciavi justitiam tuam, Domine, in Ecclesia magna.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Sicut erat, etc.
Iter. Bene, etc.
Compl. I. Sancti tui, Domine, * Semper benedicent te, gloriam regni tui dicent semper. Hall. hall.
Compl. II. Benedictus es, Domine, * Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in sæcula. K. k. k.

Oratio IV.

Protege, quæsumus, Domine, populum tuum: et Apostoli tui N., patrocinio confidentem perpetua defensione conserva. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
K. k. k., etc., *p. 36.*

AD PRIMAM.

Omnia ut ad Prim., p. 1. Idemq. quoad hanc Horam servabitur etiam in reliq. Commun. Sanctor.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eccli. 44.

Benedictio Domini super caput justi: et ideo dedit illi hæreditatem, et divisit ei partem in tribubus duodecim; et invénit gratiam in conspectu omnis carnis.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Missus sum Apostolus a Domino.

Iter. Missus sum, etc. * Hall. hall.

℣. Prædicare hominibus viam salutis.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Missus sum, etc. * Hall. hall.

Cap. Bene annunciavi justitiam tuam, Domine, * In Ecclesia magna. Hall. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. I de propr.

℣. Dominus vobiscum, etc., *p. 15.*

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eccli. 45.

Magnificavit eum Dominus in conspectu inimicorum, et in verbis suis monstra placavit: glorificavit eum in conspectu regum, et beatificavit illum in gloria.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Bene annunciavi justitiam tuam, Domine.

Iter. Bene, etc. * Hall. hall.

℣. In Ecclesia magna.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Bene, etc. * Hall. hall.

Cap. Gloria et honore coronasti eum, Domine; * Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Hall. K. k. k.

Orat. II de propr.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccli. 45.

Dedit illi præcepta, et legem vitæ et disciplinæ; excelsum fecit illum, et elegit illum ex omni carne.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Gloria et honore coronasti eum, Domine.

Iter. Gloria, etc. * Hall. hall.

℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Gloria, etc. * Hall. hall.

Cap. Per os Apostoli sui * Dominus locutus est. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

ṙ. Dominus vobiscum.
ucern. Exortum est
tenebris ‡ Lumen re-
s corde.
ṙ. Beatus vir qui ti-
t Dominum; in man-
is ejus cupiet nimis:
umen rectis corde.
ter. Exortum est.
ṙ. Dominus vobiscum.
Int. in choro. Lætabi-
justus in Domino:
rabit in eo, et lau-
buntur omnes recti
rde.
ṙ. Dominus vobiscum.
Hymn. Æterna Chri-
munera, *ut sup. in*
sp. I.
ṙ. Dominus vobiscum.
℟. in choro. Coronam
riæ dedit illi Deus, ‡
expugnaret adversa-
s suos.
ṙ. Induit Dominus
nctum suum loricam
titiæ, et armavit illum
nis fidei, ‡ Ut, etc.
ṙ. Dominus vobiscum.
Int. In omnem terram.

Psalmus 18.

œli enarrant gloriam
*; * et opera manuum*
ejus annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum, * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum; * et ipse tamquam sponsus procedens de thálamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendam viam; a summo cœlo egressio ejus, * et occursus ejus usque ad summum ejus.

Et non est, qui se abscondat a calore ejus: * lex Domini irreprehensibilis, convertens animas.

Testimonium Domini fidele, * sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda; * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus * pérmanet in sæculum sæculi.

Judicia Dei vera, justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea; in custodiendo illa retributio multa: * delicta quis intelligit?

Ab occultis meis munda me, Domine, * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei; * et meditatio cordis mei in cospectu tuo semper

Domine, adjutor meus * et redemptor meus.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. In omnem terram exivit sonus Apostolorum, et in fines orbis terræ verba eorum. K. k. k.

Reliq. de Vesp. I.

Si facienda est Commem fit., post ult. Orat.

IN NATALI PLUR. APOSTOLOR.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Signatum est super nos ‡ Lumen vultus tui, Domine.

℣. Dedisti lætitiam in corde meo, a tempore frumenti. ‡ Lumen, etc.

Iter. Signatum est.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Æterna Christi munera, *p. 545.*

℣. Dominus vobiscum.

℟. *cum Infant.* Isti sunt Viri Sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gratiam sempiternam. ‡ Quorum doctrina sancta fulget Ecclesia.

Iter. Isti sunt, etc.

℣. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum: ‡ Quorum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Subjecit.

Psalm. Omnes gentes, *p. 546.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.
Orat. I de proprio.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Nimis honorandi sunt.
Psalm. Domine, probasti me, *p. 53.*
Ant. Nimis honorandi sunt amici tui, Deus: valde confortatus est principatus eorum. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.
Orat. II de propr.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. In hoc cognoscent.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Deus, qui nos per Beatos Apostolos tuos N., et N., ad cognitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis, eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare, et celebrando proficere. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
Psall. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Vos qui, etc.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Exaudi nos, Deus salutaris noster: et Apostolorum tuorum N., et N., tuere præsidiis, quorum donasti fideles esse doctrinis. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Fratres. Jam non estis hospites et ádvenæ, sed estis cives Sanctorum et domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum et Prophetarum. Eph. 2.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* In omnem terram exivit sonus Apostolorum.
Iter. In omnem, etc. * Hall. hall.
℣. Et in fines orbis terræ verba eorum.
℟. Hall. hall.

De Martyre.

Hymnus.

Deus, tuorum militum
Sors et corona, præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia
Et blanda vitæ commoda
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cœlestia.
Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter:
Fuso triumphans sanguine
Æterna dona possidet.
Hic nos precantes supplices
Te poscimus, Piissime,
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

De Martyre et Pont.

Hymnus.

Æterna Christi munera
Et Martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.
Terrore victo sæculi,
Pœnisque spretis corporis,
Mortis sacræ compendio
Vitam beatam possident.
Traduntur igni Martyres
Et bestiarum dentibus;
Armata sævit ungulis
Tortóris insani manus.
Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur;
Sed pérmanent immobiles
Vitæ perennis gratia.
Te nunc, Redemptor, quæsumus,
Ut Martyrum consortio
Jungas precantes servulos
In sempiterna sæcula.
Patri, simulque Filio,
Tibique, Sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter

Sæclum per omne gloria. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

In Off. solemni.

℟. *cum Infant.* Clarus Martyr N., virtutum gratia pollens, * Ad cultum fidei divina prædicatione multos perduxit.

Iter. Clarus, etc.

℣. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit. * Ad cultum, etc.

In Off. non solemni.

℟. *in choro.* Posuit coronam capiti meo, et circúmdedit me Dominus muro salutis, * Ad expugnandum hostes et omnes inimicos.

℣. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium et digitos meos ad bellum, * Ad expugnandum, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Posuisti, Domine.

Psalmus 20.

Domine, in virtute tua lætabitur Rex,* et super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei, * et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictione dulcedinis, * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te; * et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo: * gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi; * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino, * et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis; * dextera tua inveniat omnes qui te odérunt.

Quoniam pones eos, ut clibanum ignis, * in tempore vultus tui.

Dominus in ira sua conturbabit eos, * et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de

terra perdes, * et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala; cogitaverunt consilium, * quod non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum, * in reliquiis tuis præparabis vultum illorum.

Exaltare, Domine, in virtute tua; * cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

De Mart. tant.

Oratio I.

Propitiare, quæsumus, Domine, populo tuo: et quos in frequentatione Beati Martyris tui N., tribuis interesse, protectione perpetua semper fac esse securos. Per Dominum.

De Mart. et Pont.

Oratio I.

Deus, qui nos Beati N. Martyris tui et Pontificis annua solemnitate lætificas, concede propitius: ut, cujus Natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Lætabitur justus.

Psalmus 63.

Exaudi, Deus, vocem meam cum deprecor; * a timore inimici eripe animam meam.

Protege me a conversatione malignantium, * et a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas, * intenderunt arcum suum, rem amaram,

Ut sagittent in occultis immaculatum; * subito sagittabunt eum et non timebunt.

Firmaverunt sibi verbum malum; disposuerunt ut abscónderent laqueos, * dixerunt: Quis videbit eos?

Perscrutati sunt iniquitates, * defecerunt scrutantes scrutinium.

Accedet homo ad cor

altum: * et exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, * et infirmatæ sunt in ipsis linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos, et timuit omnis homo, * et annunciaverunt opera Dei, et facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Domino et sperabit in eo; * et laudabuntur omnes recti corde.

Gloria Patri, etc.

Ant. Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

De Mart. tant.

Oratio II.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, Beati Martyris tui N., sine cessatione venerantes Natalitia, et fidei muniamur auxilio, et caritatis proficiamus exemplo. Per Dominum.

De Mart. et Pont.

Oratio II.

Beati Martyris et Pontificis N., nos, quæsumus, Domine, gloriosa merita prosequantur: qui fragilitatem nostram suis precibus tueatur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Fecit mihi magna.

Cant. Magnif. *p. 34.*

Ant. Fecit mihi magna Dominus, qui potens est, et sanctum nomen ejus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Si contingerit fieri Off. de Mart. et Pont., in duab. Orat seq. dicatur Martyris et Pontificis] tui; *quod servabit. etiam in Off. Mart. Sac.*

Oratio III.

Beati Martyris tui N., nos, quæsumus, Domine, præclara comitetur oratio: et misericordiam tuam nobis indesinenter imploret. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Psalm. Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Lex Dei.

Temp. Pasch. in I et II Vesp.

Psall. Lætabitur justus in Domino, hall.; sperabit in eo, hall.; et laudabuntur omnes recti corde. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Lætabitur.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Ut tibi, Domine, placere possimus: Beati Martyris tui N. precibus adjuvemur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Si facienda sit aliqua Commem., fit hoc loco; prout etiam hic in Off. non sol. fiunt Commem. de B. M. V. de S. Joseph, S. Ambrosio, et Ss. Patr. Ecclesiar.

In concursu Off. unius et alterius Mart. dicit. sequens.

Psall. Custodivit anima mea testimonia tua et dilexit illa nimis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Custodivit.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui Beati Martyris tui N., Natalitia colimus, ejus intercessione in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Jac. 1.

Fratres. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Posuisti, Domine, super caput ejus.

Iter. Posuisti, etc. * Hall. hall.

℣. Coronam de lapide pretioso.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Posuisti, etc. * Hall. hall.

Cap. Lætabitur justus in Domino: ‡ Sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde. Hall.

K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam Sanctorum. Sap. 10.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Amavit eum Dominus et ornavit eum. *Iter.* Amavit, etc. * Hall. hall.

℣. Stolam gloriæ induit eum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Amavit, etc. * Hall. hall.

Cap. Justus in perpetuum vivet: * Et apud Dominum est merces ejus. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Custodivit illum Dominus ab inimicis, et a seductoribus tutavit eum, et certamen forte dedit illi, ut vinceret. Sap. 10.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Magna est gloria ejus in salute tua, Domine. *Iter.* Magna est, etc. * Hall. hall.

℣. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Magna, etc. * Hall. hall.

Cap. Justus ut palma florebit: ‡ Sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Exortum est, *p. 553.*

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. Lætabitur justus, in Domino, sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. ut in Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Posuisti, Domine, in capite ejus coronam ‡ De lapide pretioso.

℣. Vitam petiit a te,

et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi, ‡ De lapide pretioso.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Scitote quoniam.

Psalm. Cum invocarem te, *p. 66.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. I de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Gloria et honore.

Psalmus 8.

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos; * ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.

Propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et defensorem.

Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum, * lunam et stellas, *quæ tu* fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis quoniam visitas eum?

Minorasti eum pauló minus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum, * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi, * volucres cœli et pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri, etc.

Ant. Gloria et honore coronasti Sanctum tuum, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. II de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Qui vult post me venire.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Qui vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me: dicit Dominus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. III de Vesp. I.

. Dominus vobiscum.
sall. Posuit Dominus
mam meam ad vitam,
ion dedit commoveri
es meos.
. Gloria Patri, etc.
ter. Posuit, etc.
ompl. et Orat. IV de
p. I.
i facienda est Com-
n. fit hoc loco.

IN NATALI
LUR. MARTYR.

AD VESPERAS I.

. Dominus vobiscum.
ucern. in Vesp. I sol.
ignatum est super
‡ Lumen vultus tui,
nine.
. Dedisti lætitiam in
le meo a tempore
nenti: ‡ Lumen, etc.
er. Signatum est.
ucern. in Vesp. I non

ı lumine vultus tui,
nine, Sancti tui am-
ıbunt: ‡ Et in nomi-
tuo exultabunt.
Quoniam gloria vir-
s eorum tu es: ‡ Et
ıomine, etc.
er. In lumine.
Dominus vobiscum.

Ant. in choro. quæ dicitur semper, præterquam in Vesp. sol. Justi epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia tua, Domine.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Æterna Christi, *ut supra, p. 554.*

℣. Dominus vobiscum.

In Off. sol.

℟. *cum Infant.* Isti sunt viri Sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gratiam sempiternam: ‡ Quorum doctrina sancta fulget Ecclesia.

Iter. Isti sunt. etc.

℣. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! ‡ Quorum, etc.

In Off. non sol.

℟. *in choro.* Vidi Sanctos congregatos, sicut rosæ germinant sub umbra montis, ‡ Et sicut lilia, odorem suavitatis habentes.

℣. Sub umbra Domini requiescunt justi, et, sicut vitis, florebit memoria eorum: ‡ Et, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. In cospectu Sanctorum.

Psalm. Confitebor tibi, Domine, *p. 53.*

Psalm. Ecce nunc, et Laudate, *p. 68.*

Ant. In cospectu Sanctorum psallam tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, qui glorificaris in concilio Sanctorum Martyrum tuorum N., et N., respice ad preces humilitatis nostræ: ut, quorum solemnia celebramus, eorum precibus adjuvari mereamur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Pretiosa.

Psalm. Credidi, *p. 37.*

Ant. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Deus, qui nos concedis Beatorum Martyrum tuorum N., et N., Natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Respexit Dominus.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Respexit Dominus ad humilitatem Sanctorum suorum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Deus, qui Sanctis tuis copiosa fide pugnantibus certaminis gloriam tribuisti, annue, quæsumus: ut eam in nobis suis patrociniis operentur, quam sibi præstitam per tuam gloriam didicerunt. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Justi et Sancti, in Domino gaudete: vos elegit Dominus hæreditatem sibi.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Justi, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos desinant Sancti tui pro

nostris tibi supplicare peccatis, a quibus voluisti pro peccatoribus exorari. Per Dominum.

Si facienda est Commem. fit hoc loco.

In concursu Off. et Commem. plur. MM.

Psall. Sancti tui, Domine, florebunt sicut lilia; et sicut odor Libani erunt ante te.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Sancti, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Protector fidelium Deus, et sanctarum lumen animarum, supplicum tuorum preces dignanter exaudi: ut spiritualium virtutum amore flagrantes, Sanctorum Martyrum tuorum N. et N. consortio copulemur. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Hebr. 11.

Fratres. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones in Christo Jesu Domino nostro.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Justorum animæ in manu Dei sunt.

Iter. Justorum, etc. * Hall. hall.

℣. Et non tanget illos tormentum mortis.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Justorum, etc. Hall. hall.

Cap. Justi autem in perpetuum vivent: * Et apud Dominum est merces eorum. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Sap. 3.

Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori; illi autem sunt in pace.

℟. Deo gratias.

℟. *breve.* Justi autem in perpetuum vivent.

Iter. Justi, etc. * Hall. hall.

℣. Et apud Dominum est merces eorum.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Justi, etc. * Hall. hall.
Cap. Lætamini in Domino * Et exultate, justi: et gloriamini, omnes recti corde. Hall. K. k. k. k. k.
Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Rom. 8.

Fratres. Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Exultent justi in conspectu Dei.
Iter. Exultent, etc. * Hall. hall.
℣. Delectentur in lætitia tua, Domine.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Exultent, etc. * Hall. hall.
Cap. Exultabunt Sancti in gloria: * Lætabuntur in cubilibus suis Hall. K. k. k.
Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. In lumine, *ut in Vesp. I.*
℣. Dominus vobiscum.
Ant. in choro. Justi epulentur, etc. *ibid.*
℣. Dominus vobiscum.
Hymn. de Vesp. I.
℣. Dominus vobiscum.
℟. *in choro.* Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo, et habitabunt recti cum vultu tuo, ‡ Domine.
℣. Eripe me ab homine malo, et a viro iniquo libera me, ‡ Domine.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Vos estis.

Psalmus 32.

Gaudete, justi, in Domino: * rectos decet collaudatio.
Confitemini Domino in cithara, * in psalterio decem chordarum psallite ei.

Cantate ei canticum novum, * bene psallite ei in jubilatione.

Quia rectum est verbum Domini, * et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam et judicium Dominus : * misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini cœli firmati sunt, * et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris, * ponens in thesauris abyssos.

Timeat Dominum omnis terra; * ab ipso autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, et facta sunt; * ipse mandavit, et creata sunt.

Dominus dissipavit consilia gentium; reprobat autem consilia populorum, * spernit consilia principum.

Consilium autem Domini manet in æternum; * cogitationes cordis ejus a generatione et progenie.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Vos estis amici mei, qui perseverastis mecum usque in finem. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Fratres mei.

Ex eod. Psalm. 32.

Beata gens, cujus est Dominus Deus eorum; * populus quem elegit in hæreditatem sibi.

De cœlo respexit Dominus, * et vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo suo * respexit super omnes, qui inhabitant terram.

Qui fingit singillatim corda eorum, * qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multitudinem virtutis suæ, * et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

Falsus equus ad salutem; * in abundantia

autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce oculi Domini super timentes eum, * et in eis qui sperant super misericordia ejus;

Ut eripiat de morte animas eorum, * et alat eos in fame.

Quia anima nostra sustinet Dominum; * quoniam adjutor et protector noster est.

Quia in ipso lætabitur cor nostrum, * et in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat, Domine, misericordia tua super nos, * sicut speravimus in te.

Gloria Patri, etc.

Ant. Fratres mei et amici mei, venite ad regnum Patris mei: dicit Dominus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Dico autem vobis.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Dico autem vobis amicis meis: ne timeatis ab iis, qui occidunt corpus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Reliqua de Vesp. I.

IN NATALI PONT. ET CONF.

Off. hoc dicitur item de Doct. Pont., nisi quid proprii Rubrica indicet.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. in Vesp. I sol.

Lux orta est justo, et rectis corde ‡ Lætitia.

℣. Dominus regnavit exultet terra, lætentur insulæ multæ, ‡ Lætitia.

Iter. Lux orta.

Lucern. in Vesp. non sol.

Exortum est in tenebris‡Lumen rectis corde.

℣. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis ejus cupiet nimis. ‡ Lumen rectis corde.

Iter. Exortum est.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro, quæ dicit. semp., præterquam in Vesp. I. sol.: Lætabitur justus in Domino,. sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.

℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Jesu, corona celsior
Et veritas sublimior,
Qui confitenti servulo

perenne præ-
,
canti cœtui,
gatu, tristium
nem crimi-

do nexum vin-

rso tempore,
uxit lumine
nctus hic de
re
livit Cœlitum.
terræ gaudia
cultu prædia
sorde depu-

enet cœlestia.
e, Rex piissi-

ltendo jugiter
imi fortiter
uperbum Tar-

mus et fide,
Christi fervi-

nembra defe-

upernas obti-

, Piissime,
ur omnes sup-
:
, hujus gratia,
mittas debita.
sit gloria,

Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

In Officio solemni.

℟. *cum Infant.* Pastor bonus N., virtutum gratia pollens, * Ad cultum fidei divina prædicatione multos perduxit.

Iter. Pastor, etc.

℣. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit. * Ad cultum, etc.

In Officio non solemni.

℟. *in choro.* Sapientia justum deduxit in viam rectam: * Et a pereuntibus impiis liberavit eum Dominus.

℣. Justus autem, si morte aliqua præoccupatus fuerit, in refrigerio erit: * Et, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Pastor magne.

Psalm. Dilexi, quia audiet, *p. 36.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Pastor magne, N. Sancte, te deprecamur: ora pro nobis. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

ordinem Melchisedech. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eccli. 44.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus: et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Tu es Sacerdos in æternum.

Iter. Tu es, etc. * Hall. hall.

℣. Secundum ordinem Melchisedech.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Tu es, etc. * Hall. hall.

Cap. Statuit illi Dominus testamentum æternum: * Et dedit ei Sacerdotium magnum. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Hebr. 5.

Fratres. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis; qui condolere possit iis, qui ignorant et errant.

℟. Deo gratias.

℣. *br.* Statuit illi Dominus testamentum æternum.

Iter. Statuit, etc.* Hall. hall.

℣. Et dedit ei Sacerdotium magnum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Statuit, etc. * Hall. hall.

Cap. Beatificavit illum Dominus in gloria: * Et fungi Sacerdotio fecit eum in sempiternum. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Exortum est, *ut in Vesp. I.*

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. Lætabitur, *ibid.*

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.
℟. *in choro.* Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus: ‡ In pace et in æquitate ambulavit mecum: dicit Dominus.
℣. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium sanctum meum confortabit eum. ‡ In pace, etc.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Tu es sacerdos.
Psalm. Dixit Dominus, *p. 30.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.
Oratio I de Vesp. I.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Sacerdotes Domini.
Psalm. Beatus vir, *p. 31.*
Ant. Sacerdotes Domini, benedicite Domino; servi Domini, hymnum dicite Deo nostro. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.
Orat. II de Vesp. I.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Ego sum

Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus suis. K. k. k.
Reliq. ut in Vesp. I.

IN NATALI CONFES. SACERD.

Off. hoc dicitur etiam de Doct. Sac., nisi quid proprii Rubrica indicet.

AD VESPERAS I.

Lucern. in sol. Lux orta est; *in non sol.* Exortum est, *Ant. in choro.* Lætabitur, *Hymn.* Jesu, corona celsior, *de Comm. Pont., p. 566.*
℣. Dominus vobiscum.
In Off. sol.
℟. *cum Infant.* Iste est verus Sacerdos, in quo dolus non fuit, neminem judicans, neminem damnans: ‡ Nulli malum pro malo reddidit, et amicus Dei factus est.
Iter. Iste est, etc.
℣. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: ‡ Nulli malum, etc.

In Off. non sol.

℟. *in choro*. Euge, serve bone et fidelis; quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. * Intra in gaudium Domini tui.

℣. Domine, quinque talenta tradidisti mihi; ecce alia quinque superlucratus sum. * Intra, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Laborabit justus.

Psalmus 48.

Audite hæc, omnes gentes; * auribus percipite, omnes qui habitatis orbem,

Quique terrigenæ, et filii hominum, * simul in unum dives et pauper.

Os meum loquetur sapientiam, * et meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo ad similitudinem aurem meam; * aperiam in psalterio propositionem meam.

Ut quid timebo in die mala? * Iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtute sua, * et in abundantia divitiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deo repropitiationem suam, * et pretium redemptionis animæ suæ:

Laboravit in æternum: et vivet in finem, non videbit interitum, * cum viderit sapientes, morientes?

Simul insipiens et stultus peribunt, * et relinquent alienis divitias suas?

Sepulcra eorum domus eorum in æternum, * tabernacula eorum in generatione et progenie.

Invocaverunt nomina eorum in terris ipsorum: et homo, in honore cum esset, non intellexit; * comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

Hæc via eorum scandalum ipsis; * et postea in ore suo bene prosperabuntur.

Sicut oves in inferno positi, mors depascet eos; * et dominabuntur super eos * qui recto sunt corde a matutino.

Et auxilium eorum ve-

terascet in inferno, * et a gloria sua expulsi sunt.

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Laborabit justus in finem: vivet in æternum, quoniam non videbit interitum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui Beati Sacerdotis et Confessoris tui N., solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Orat. I de Doct. Sac. habet. suo loco.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. In memoria æterna.

Psalm. Beatus vir, *p. 31.*

Ant. In memoria æterna erit justus, ab auditu malo non timebit. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Beati Confessoris et Sacerdotis N., Domine, veneranda gloria confessionis *et fidei* suæ nos documentis informet et meritis tueatur: ut, cujus natalitia annua festivitate recolimus, perpetuum meruisse non diffidamus auxilium. Per Dominum.

De Doct. Sac.

Oratio II.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui Ecclesiam Filii tui Sponsam, pretiosis Beati N., Doctoris et Sacerdotis sacræ eruditionis ornamentis, tibi gratissimam reddidisti, præsta quæsumus: ut nos quoque famuli tui, salutaribus ejusdem instructi documentis, tibi jugiter placeamus. Per eundem.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Confessus es.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Confessus es bonam confessionem coram multis testibus; apprehende vitam æternam, quam consecutus es, Sacerdos Dei Sancte. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Si contigerit fieri Off.

de Conf. Sac. et Doct., in duab. seq. Orat. addetur Doctoris et Sacerdotis.

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos Sancti N. Sacerdotis annua festivitate lætificas, præsta: ut, cujus celebritate gaudemus ejus præsidio muniamur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Sacerdotes tui induantur justitia, et Sancti tui, Domine, lætentur.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Sacerdotes, etc.

Pro Sac. Doct.

Psall. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Os meum.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, intercedente Beato N. Confessore tuo atque Sacerdote, veniam consequamur et pacem. Per Dominum.

Si facienda est Commem., fit hoc loco.

In concursu Off. unius Sac. Conf. cum Commem. alterius dicit. sequens.

Psall. Confessio et pulchritudo in conspectu Dei: sanctitas et magnificentia in sanctitate ejus.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Confessio, etc.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus, Domine, Beati N. Sacerdotis et Confessoris tui commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eccli. 39.

Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur; non recedet memo-

nomen ejus
generatione
nem.
ıtias.
um deduxit
r viam re-

n, etc.,* Hall.

ndit illi re-

ıll.
Patri, etc.
, etc. * Hall.

ıemoria æ-
ustus; * Ab
non timebit.
ĸ.
Vesp. I.

XTAM

ɔlella.

Eccli. 35.
ti impinguat
lor suavita-
ınspectu Al-
ificium justi
ıt et memo-
ın oblivisce-
s.
atias.
memoria æ-
ıstus.
moria, etc. *

℣. Ab auditu malo non timebit.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In memoria, etc. * Hall. hall.

Cap. Confessio ejus super cœlum et terram: * Et exaltavit cornu populi sui. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccli. 45.

Factum est illi in testamentum æternum fungi sacerdotio et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Confessio ejus super cœlum et terram.

Iter. Confessio, etc. * Hall. hall.

℣. Et exaltavit cornu populi sui.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Confessio, etc. * Hall. hall.

Cap. Beatus ille servus: * Quem, cum ve-

nerit Dominus ejus invenerit vigilantem. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est. *Ant. in choro et Hymn. de Commun. Pont. et Conf.*

℟. *in choro:* Euge, serve, *et reliq. omn. ut in Vesp. I.*

IN NATALI UNIUS CONFES.

AD VESPERAS I.

Lucern. in Vesp. sol. Lux orta est.; *in non sol. Lucern.* Exortum est. *Ant. in choro, Hymn.* Jesu, corona celsior, *ut in Commun. Pont., p. 566.*

℣. Dominus vobiscum.

In Off. sol.

℟. *cum Infant.* Ecce homo sine querela, verus Dei cultor: * Abstinens se ab omni opere malo et persevérans in innocentia.

Iter. Ecce homo, etc.

℣. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit; * Abstinens se, etc.

In Off. non sol.

℟. *in choro.* Iste cognovit justitiam et vidit mirabilia magna et exoravit Altissimum: * Et inventus est in numero Sanctorum.

℟. Iste est qui contempsit vitam mundi et pervenit ad cœlestia regna: * Et inventus, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Laborabit justus.

Psalm. Audite hæc, omnes gentes, *p. 572.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Laborabit justus in finem, vivet in æternum: quoniam non videbit interitum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Beatus Confessor tuus N., quæsumus, Domine, sua nos intercessione apud te commendet: ut tibi placito fulti suffragio, quam precamur, indulgentiam peccatorum consequi mereamur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.
Ant. In memoria æterna.
Psalm. Beatus vir, *p. 31.*
Ant. In memoria æterna erit justus, ab auditu malo non timebit. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Adesto, Domine, precibus nostris, quas in Sancti Confessoris tui N., Natalitio deferimus: ut, qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. Beatus ille.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus ejus invenerit vigilantem. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Concede, quæsumus, Domine, Beati Confessoris tui N., nos deprecatione muniri: ut et temporaliter his patrociniis foveamur, et spiritualiter præparemur æternis. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
Psall. Erit justus tamquam lignum fructiferum, quod plantatum est secus decursus aquarum.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Erit justus.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Benedictionis tuæ, Domine, gratiam intercedente Beato Confessore tuo N., jugiter capiamus: ut, cujus venerando gloriam celebramus, ejus supplicando sentiamus auxilium. Per Dominum.
Si facienda est commem., fit hoc loco.
In concursu Off., cum commem. alterius S. Conf. dicit. sequens
Psall. Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Similabo.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Deus, qui nos Beati N., Confessoris tui annua celebritate lætificas, concede propitius: ut, cujus Natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eccli. 39.

Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Justum deduxit Dominus per vias rectas. * *Iter*. Justum, etc. Hall. hall.

℣. Et ostendit illi regnum Dei.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Justum, etc. * Hall. hall.

Cap. In memoria æterna erit justus: * Ab auditu malo non timebit. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

1 Tim. 6.

Gratias ago Deo meo, quia confessus es bonam confessionem coram multis testibus.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. In memoria æterna erit justus. * *Iter*. In memoria, etc. Hall. hall.

℣. Ab auditu malo non timebit.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. In memoria, etc. * Hall. hall.

Cap. Confessio ejus super cœlum et terram: * Et exaltavit cornu populi sui. Hall. K. k. k.

Orat. II. de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccli. 44.

Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus: et testamentum suum confirmavit super caput ejus.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Confessio ejus super cœlum et terram

Iter. Confessio, etc. * Hall. hall.

℣. Et exaltavit cornu populi sui.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Confessio, etc. * Hall. hall.

Cap. Beatus ille servus, * Quem, cum venerit, Dominus ejus invenerit vigilantem. Hall. K. k. k.

Orat. IV de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est. *Ant. in choro et Hymn.* Jesu, corona celsior, *p. 566.*

℟. *in choro*. Iste cognovit, *et reliq. ut in Vesp. I.*

IN NATALI, VIRGIN. MARTYR.

Off. hoc dicit. etiam de irg. tantum, nisi quid oprii Rubrica indicet.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.

In Off. sol. Lucern. Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, ‡ Et lumen semitis meis.

℣. Juravi et statui custodire judicia justitiæ tuæ: ‡ Et lumen, etc.

Iter. Lucerna.

In Off. non sol.

Lucern. Exortum est in tenebris ‡ Lumen rectis corde.

℣. Beatus vir qui timet Dominum; in mandatis ejus cupiet nimis. ‡ Lumen rectis corde.

Iter. Exortum est.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro, quæ dicit. semper, præterquam in Vesp. I sol. Ornavit me ornamento suo, posuit coronam capiti meo Rex meus et Deus meus.

℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Jesu, corona Virginum,
Quem Mater illa concipit,
Quæ sola Virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Qui casta carpis lilia,
Septus choréis Virginum,
Sponsus decorus gloria,

et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi, ‡ De lapide pretioso.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Scitote quoniam.

Psalm. Cum invocarem te, *p. 66.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. I de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Gloria et honore.

Psalmus 8.

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos; * ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.

Propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et defensorem.

Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum, * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis quoniam visitas eum?

Minorasti eum paulóminus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum, * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi, * volucres cœli et pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri, etc.

Ant. Gloria et honore coronasti Sanctum tuum, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. II de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Qui vult post me venire.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Qui vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me: dicit Dominus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. III de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.
Psall. Posuit Dominus animam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Posuit, etc.
Compl. et Orat. IV de Vesp. I.
Si facienda est Commem. fit hoc loco.

IN NATALI PLUR. MARTYR.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. in Vesp. I sol.
Signatum est super nos ✠ Lumen vultus tui, Domine.
℣. Dedisti lætitiam in corde meo a tempore frumenti: ✠ Lumen, etc.
Iter. Signatum est.
Lucern. in Vesp. I non sol.
In lumine vultus tui, Domine, Sancti tui ambulabunt: ✠ Et in nomine tuo exultabunt.
℣. Quoniam gloria virtutis eorum tu es: ✠ Et in nomine, etc.
Iter. In lumine.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. in choro. quæ dicitur semper, præterquam in Vesp. sol. Justi epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia tua, Domine.
℣. Dominus vobiscum.
Hymn. Æterna Christi, *ut supra, p. 554.*
℣. Dominus vobiscum.
In Off. sol.
℟. *cum Infant.* Isti sunt viri Sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gratiam sempiternam: ✠ Quorum doctrina sancta fulget Ecclesia.
Iter. Isti sunt. etc.
℣. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! ✠ Quorum, etc.
In Off. non sol.
℟. *in choro.* Vidi Sanctos congregatos, sicut rosæ germinant sub umbra montis, ✠ Et sicut lilia, odorem suavitatis habentes.
℣. Sub umbra Domini requiescunt justi, et, sicut vitis, florebit memoria eorum: ✠ Et, etc.
℣. Dominus vobiscum.
Ant. In cospectu Sanctorum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

1 Cor. 1.

Fratres. Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Dominus commendat.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Sancta N., intercede pro nobis.

Iter. Sancta, etc. Hall. hall.

℣. Deprecare pro nobis Filium Dei.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Sancta, etc. * Hall. hall.

Cap. Hæc Virgo sapiens * Et una de numero prudentum. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Sap. 7.

Sapientia vincit malitiam: attingit ergo a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Iter. Diffusa, etc. * Hall. hall.

℣. Propterea benedixit te Deus in æternum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Diffusa, etc. * Hall. hall.

Cap. Pulchra facie * Et pulchrior fide, beata es, Virgo. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

2 Cor. 11

Fratres. Æmulor vo[s] Dei æmulatione: despon[di] enim vos uni vir[o] virginem castam exh[i]bere Christo.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Specie tua pulchritudine tua.

Iter. Specie, etc.* H[all.] hall.

℣. Intende, prosp[ere] et regna.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, [etc.]

℟. Specie, etc. * hall.

Cap. Concupivit

speciem tuam: * Quia ipse est Dominus Deus tuus. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est.

Ant. in choro, Hymn. et ℟. in choro. Constans esto, filia, *de Vesp. I.*

Ant. Ipsi sum sponsata.

Psalm. Deus, in nomine tuo, *p. 1.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ipsi sum sponsata, cui Angeli serviunt; et ipsi servo fidem. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. I de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Virgines prudentes.

Psalmus 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei: * memor ero Rahab et Babylonis scientibus me.

Ecce alienigenæ et Tyrus et populus Æthiopum: * hi fuerunt illic.

Mater Sion dicet: Homo, et homo factus est in ea; * et ipse fundavit eam Altissimus.

Dominus narrabit scripturas populorum et principum, * horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantibus omnibus nobis * habitatio est in te.

Gloria Patri, etc.

Ant. Virgines prudentes sumpserunt oleum cum lampadibus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. II de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Veni Sponsa.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Veni, Sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dominus præparavit in æternum. K. k. k.

Reliq. de Vesp. I.

IN NATALI UNIUS MATRONÆ.

AD VESPERAS I.

Lucern. in Vesp. sol. Lucerna pedibus, *p. 579.*

In non sol. vero. Exortum est, *et Ant. in choro* Ornavit me, *p. 579.*

℣. Dominus vobiscum.

Hymnus.

Ancilla Christi nobilis,
Culpæque pura noxiæ,
Despexit orbis commoda,
Stellantis ardens Patriæ.

Fide flagrabat, igneo
Succensa amore Numinis;
Signis refulgens plurimis,
Cœli potitur præmiis.

Ex valle tristi flentium,
Vinclis soluta corporis,
Ad astra pergens, gaudia
Nunc possidet cœlestia.

Uni Deo sit gloria,
Hujus rogatu, qui pius,
Vitæ peracto termino,
Nos jungat Axis civibus. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

In Off. sol.

℟. *cum Infant.* Regnum mundi et omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi, * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi et dilexi.

Iter. Regnum, etc.

℣. Eructavit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi. * Quem, etc.

In Off. non sol.

℟. *in choro.* Fallax gratia, et vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

℣. Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus: * Mulier, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Ego autem.

Psal. Deus, in nomine tuo, *p. 1.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beata N., suis pro nobis apud tuam misericordiam meritis obtineat, quo ejus gloriosum excessum dignis apud tu-

am majestatem laudibus honoremus. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Propter veritatem.

Psalm. Eructavit, *ut sup., p. 581.*

Ant. Propter veritatem et mansuetudinem dilexit te Dominus. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Da, quæsumus, Sancte Pater: ut Beata N., quæ in conspectu majestatis tuæ extitit gratiosa, suis orationibus, per fidem integram et sanctæ vitæ munditiam gratos tibi nos reddat pariter et devotos. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Quia respexit.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Quia respexit humilitatem Dominus Ancillæ suæ. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Exaudi nos, Deus, sade Beatæ N., festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Dilexisti.

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut Beatæ N., meritis adjuti, sincera fide et sanctis operibus fœcundemur, et perpetuam in cœlis gloriam consequamur. Per Dominum.

Si facienda est Commem. fit hoc loco.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Eccli. 51.

Confitebor tibi, Domine Rex, et collaudabo te Deum salvatorem me-

tuo, quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Sancta N., intercede pro nobis.

Iter. Sancta, etc.* Hall. hall.

℣. Deprecare pro nobis Filium Dei.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Sancta, etc. * Hall. hall.

Cap. Diffusa est gratia in labiis tuis: * Propterea benedixit te Deus in æternum. Hall. K. k. k.

Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Eccli. 51.

Laudabo nomen tuum assidue et collaudabo illud in confessione: et exaudita est oratio mea.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Diffusa est gratia in labiis tuis.

Iter. Diffusa, etc. * Hall. hall.

℣. Propterea benedixit te Deus in æternum.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Diffusa, etc. Hall. hall.

Cap. Specie tua: et pulchritudine tua: * Intende prospera et regna. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

Eccli. 51.

Liberasti me de perditione et eripuisti de tempore iniquo: propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo, Domine, Deus noster.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Specie tua et pulchritudine tua.

Iter. Specie, etc. * Hall. hall.

℣. Intende prospera et regna.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Specie, etc. Hall. hall.

Cap. Concupivit Rex speciem tuam: * Quia ipse est Dominus Deus tuus. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

Lucern. Exortum est. *et Ant. in choro de Commun. Virg., p. 579.*

Hymn. ℟. *in choro.* Fallax gratia, *et reliq. omn., ut in Vesp. I.*

IN ANNIVERSARIO DEDICAT. ECCL. MIN.

AD VESPERAS I.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Quoniam tu.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Christe cunctorum, *p. 316.*

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Super muros tuos, Jerusalem, posui custodes: ✠ Tota die et nocte non cessabunt laudare nomen Domini Dei sui.

℣. Lauda, Jerusalem, Dominum, lauda Deum.

Ant. Sion: ✠ Tota, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Psalm. Dominus regnavit, *p. 282.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, qui loca nomini tuo dicata sanctificas, effunde super hanc orationis Domum gratiam tuam: ut ab omnibus hic te invocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Stantes erant.

Psalm. Lætatus sum, *p. 40.*

Ant. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Jerusalem. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Populum tuum, Domine, propitius intuere: et in Templo nomini tuo ædificato tuam pietatem invocantes, miserationis tuæ notiantur auxilio

℣. Dominus vobiscum.
Ant. Domus mea.
Cant. Magnif., *p. 34.*
Ant. Domus mea domus orationis vocabitur. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio III.

Domum tuam, quæsumus, Domine, continuis auge subsidiis: eamque de lapidibus vivis ita semper ædifica, ut in perpetuum possidere digneris. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
Psall. Templum Domini sanctum est, Dei cultura est, Dei ædificatio.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Templum, etc.
Compl. I. Quoniam tu.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio IV.

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi tui consecrationis reparas diem, et sacris semper mysteriis repræsentas incolumes, exaudi preces populi tui et præsta: ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominum.

AD TERTIAM.

Epistolella.

Apoc. 21.

Vidi Sanctam Civitatem, Jerusalem novam, descendentem de cœlo, a Deo paratam, sicut Sponsam ornatam viro suo.
℟. Deo gratias.
℟. *br.* Hæc est Domus Domini ædificata firmiter.
Iter. Hæc est, etc. * Hall. hall.
℣. Fundata enim erat supra petram.
℟. Hall. hall.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Hæc est, etc. Hall. hall.
Cap. Domus enim mea, dicit Dominus, * Domus orationis vocabitur. Hall. K. k. k.
Orat. I de Vesp. I.

AD SEXTAM.

Epistolella.

Is. 60.

Aperientur portæ tuæ,

Jerusalem, jugiter die ac nocte, et non claudentur; ut non auferatur a te fortitudo gentium, et reges eorum ad te adducantur.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. Hæc est Domus Domini et porta cœli.

Iter. Hæc est, etc. * Hall. hall.

℣. Et vocabitur nomen loci hujus: Aula Dei.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Hæc est, etc. * Hall. hall.

Cap. Templum Domini sanctum est: * Dei cultura est, Dei ædificatio. Hall. K. k. k.

Orat. II de Vesp. I.

AD NONAM.

Epistolella.

O Israel, quam magna est Domus Domini, et ingens Locus possessionis ejus! Magnus et non habet consummationem, excelsus et immensus. Bar. 3.

℟. Deo gratias.

℟. *br*. *Beati qui habitant* in domo tua, Domine.

Iter. Beati, etc. * Hall. hall.

℣. In sæcula sæculorum laudabunt te, Domine.

℟. Hall. hall.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Beati, etc. * Hall. hall.

Cap. Sanctum est Templum tuum, Domine, * Mirabile in æquitate. Hall. K. k. k.

Orat. ult. de Vesp. I.

AD VESPERAS II.

℣. Dominus vobiscum.

Lucern. Quoniam tu.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. in choro. Sanctificavit Dominus Tabernaculum suum: Deus in medio ejus non commovebitur.

℣. Dominus vobiscum.

Hymn. Christe cunctorum, *p. 316*.

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro*. Unam petii a Domino, hanc requiram: ‡ Ut inhabitem in Domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

℣. Si consistant adver-

sum me castra, non timebit cor meum; et si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo: ℟. Ut inhabitem, etc.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Replebimur in bonis.

Psalm. Te decet hymnus, *ut infra in Laud. Defunct.*

Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*

Ant. Replebimur in bonis Domus tuæ; sanctum est Templum tuum, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. I de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Beati qui habitant.

Psalmus 83.

Quam amabilia sunt tabernacula tua,* Domine virtutum.

Concupiscit et deficit anima mea * in atria Domini.

Cor meum et caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, et turtur nidum sibi * ubi reponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum: * Rex meus et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua; * in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir cujus est auxilium abs te: ascensus in corde ejus disposuit,* in convalle fletus, in loco quem posuit.

Etenim benedictiones dabit qui legem dedit: ambulabunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam; * auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster, aspice, Deus, * et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis * super millia;

Elegi abjectus esse in domo Dei* magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Dominus; * Deus gratiam et gloriam dabit.

Dominus non privabit bonis * ambulantes in innocentia.

Domine Deus virtutum, * beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri, etc.

Ant. Beati qui habitant in domo tua, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. II de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Zachæus ascendit.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Zachæus ascendit in arborem, ut transeuntem videret Dominum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Orat. III de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. I. Templum Domini sanctum est, Dei cultura est, Dei ædificatio.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Templum.

Compl. I. Regnum tuum.

Compl. II. Benedictus es.

Orat. IV de Vesp. I.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. II. Domine Deus Israel, sint oculi tui aperti super domum istam, in qua ædificatum est Altare nominis tui.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Domine Deus.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio V.

Domum tuam, quæsumus, Domine, clementer ingredere: et in tuorum cordibus fidelium perpetuam tibi construe mansionem. Per Dominum.

OFFICIUM B. MARIÆ VIRGINIS.

Quod omnib. anni temporib. unum et idem dicit., excepto Tempore Quadrag., quo dicit. ℣. Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ *loco* ℣. Hall.: *Tempore autem Pasch. addit.*: Hall. *in fine Ant., Psall., et Respons.*

AD MATUTINUM.

Ave Maria *(secreto)*.

Deinde clara voce dicit.:

Deus, in adjutorium meum intende:
℟. Domine, ad adjuvandum me festina.
℣. Gloria Patri, etc. Hall.
In Quadrag. Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

Mysterium Ecclesiæ,
Hymnum Christo referimus,
Quem genuit puerpera,
Verbum Patris in Filio.
Sola in sexu femina
Electa es in sæculo,
Quæ meruisti Dominum
Sanctum portare in utero.
Vates antiqui temporis
Prædixerat quod factum est,
Quia Virgo conciperet
Et pareret Emmanuel.
Mysterium hoc magnum est,
Mariæ quod concessum est,
Ut Deum, per quem omnia,
Ex se videret progredi.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclit
In sempiterna sæcul
Amen.
℟. *post Hymn.* Congr tulamini mihi, omn qui diligitis Dominu quia, cum essem par la, placui Altissim

Et de meis visceribus genui Deum et hominem.

℣. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus: ℟ Et, etc.

Ant. Laudabilis.

Cant. trium Pueror.

Dan. 3.

Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum, * et laudabilis.

Et benedictum nomen gloriæ tuæ, quod est sanctum, * et laudabile.

Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, * et laudabilis.

Benedictus es super sedem sanctam deitatis tuæ, * et laudabilis.

Benedictus es super thronum sanctum regni tui: * et laudabilis.

Benedictus es super sceptra divinitatis tuæ, * et laudabilis.

Benedictus es, qui sedes super Cherubim et Seraphim, * et laudabilis.

Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum et super undas maris, * et laudabilis.

Benedicant te omnes Angeli et Sancti tui, * et laudabilem.

Benedicant te cœli, terra, mare et omnia quæ in eis sunt, * et laudabilem.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto: * et laudabili.

Sicut erat in principio et nunc et semper eti n sæcula sæculorum, amen, * et laudabili.

Ant. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis * et gloriosus in sæcula. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus: ℟. Amen.

DIEBUS DOMINICIS.
(dicunt. Cantica sequentia).

Ant. Ave, Maria.

Cant. Annæ.

1 Reg. 2.

Confirmatum est cor meum in Domino, * et exaltatum est cornu meum in Deo meo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos: * lætata sum in salute tua.

Quoniam non est sanctus quomodo Dominus, * non est justus quomodo Deus noster, * et non est sanctus præter te.

Nolite gloriari superbe, nolite loqui excelsa, * et non exeat verbum magnum ex ore vestro.

Quoniam Deus scientiæ Dominus, * et Deus qui præparat voluntates suas.

Arcum potentium infirmavit Dominus, * et infirmos præcinxit virtute.

Gloria Patri, etc.

Ant. Ave, Maria, gratia plena; Dominus tecum; benedicta tu inter mulieres. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus.

℟. Amen.

Ant. Beatus ille venter.

Ex eod. Cant.

Pleni panibus minorati sunt, * et esurientes *transierunt* terram.

Sterilis peperit septem, * et fœtosa in filiis infirmata est.

Dominus mortificat et vivificat, * deducit ad inferos et reducit.

Dominus pauperes et divites facit, * humiliat et exaltat.

Suscitat a terra pauperem, * et de stercore erigit inopem.

Et sedere facit eum cum potentibus plebis, * et sedem gloriæ possidere facit eum.

Gloria Patri, etc.

Ant. Beatus ille venter, qui te portavit, Christe: et beata ubera, quæ te lactaverunt Dominum et Salvatorem mundi, qui pro salute generis humani carnem assumere dignatus es. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus:

℟. Amen.

Ant. Magnificamus te.

Ex eod. Cant.

Dans votum oranti, * et benedicens annos justi.

Quia non in virtute sua potens est vir: * Dominus infirmum facit adversarium ejus, Dominus sanctus.

Non glorietur sapiens in sapientia sua, neque glorietur potens in virtute sua, * neque glorietur dives in divitiis suis.

Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire et intelligere Dominum, * facere judicium et justitiam super terram.

Dominus ascendit in cœlos et tonabit, * et ipse judicabit extrema terræ, quia justus est:

Dans virtutem regibus nostris, * et exaltabit cornu Christi sui.

Gloria Patri, etc.

Ant. Magnificamus te, Dei Genitrix, quia ex te natus est Christus, salvans omnes, qui te glorificant. Sancta Domina Dei Genitrix, sanctificationes tuas transmitte nobis. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus: ℟. Amen.

Benedic. et Lect. ut infra, p. 600.

FERIA II ET V.

Dicunt. Psalm. sequentes.

Ant. Exaltata est.

Psalm. Domine, Do*minus noster, p. 560.*

Ant. Exaltata est Sancta Dei Genitrix super Choros Angelorum ad cœlestia regna. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus: ℟. Amen.

Ant. Super salutem.

Psalm. Cœli enarrant gloriam Dei, *p. 549.*

Ant. Super salutem et omnem pulchritudinem electa es a Domino, Sancta Dei Genitrix. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus: ℟. Amen.

Ant. Surge, Aquilo.

Psalmus 23.

Domini est terra et plenitudo ejus, * orbis terrarum et universi qui habitant in eo.

Ipse super maria fundavit eum, * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino, * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium Dominum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Tollite portas principis vestri, et elevamini, portæ æternales; * et introibit Rex gloriæ.

Qui est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, * Dominus potens in prælio.

Tollite portas principis vestri, et elevamini, portæ æternales; * et introibit Rex gloriæ.

Qui est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, etc.

Ant. Surge, Aquilo, et veni, auster: perfla hortum meum, et fluent aromata. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus:

℟. Amen.

Benedic. et Lect. ut infra, p. 600.

FERIA III ET VI.

dicunt. Psalmi sequentes.

Ant. Beata progenies.

Psalm.* Eru meum, *p. 58

***Ant.* Beata unde Christus quam gloriosa quæ cœli Rege K. k. k.**

℣. Benedictu

℟. Amen.

***Ant.* Hortu sus.**

Psalmus

Deus noster et virtus, * tribulationibu venerunt nos

Propterea r bimus, dum bitur terra, * sferentur mon maris.

Sonuerunt e sunt aquæ ejus sunt montes a ne ejus.

Fluminis in tificat civitate sanctificavit t lum suum Al

Deus in m non commov adjuvabit ean matutino in m

Conturbatæ tes, et inclina

gna; * dedit vocem suam Altissimus, et mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum, * susceptor noster Deus Jacob.

Venite et videte opera Dei, quæ posuit prodigia super terram, * auferens bella usque ad fines terræ.

Arcum conteret et confringet arma, * et scuta comburet igni.

Vacate et videte, quoniam ego sum Deus; * exaltabor inter gentes, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum, * susceptor noster Deus Jacob.

Gloria Patri, etc.

Ant. Hortus conclusus Dei Genitrix; hortus conclusus et fons signatus. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus:
℟. Amen.

Ant. Revertere.

Psalm. Fundamenta ejus, *p. 585.*

Ant. Revertere, revertere, Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus:
℟. *Amen.*

Benedic. et Lect. ut infra, p. 600.

FERIA IV ET SABB. dicunt. Psalm. sequentes.

Ant. Beatam me dicent.

Psalm. Cantate Domino, *p. 135.*

Ant. Beatam me dicent omnes generationes; quia ancillam humilem respexit Deus. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus:
℟. Amen.

Ant. Beata es.

Psalm. Dominus regnavit, exultet, *p. 136.*

Ant. Beata es, Maria, quæ credidisti: perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a Domino. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus:
℟. Amen.

Ant. Maria Virgo.

Psalmus 97.

Cantate Domino canticum novum; * quia mirabilia fecit Dominus.

Salvavit eum dextera ejus, * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum: * ante conspectum gentium revelavit justitiam suam.

Memor fuit misericordiæ suæ Jacob, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes fines terræ Salutare Dei nostri; * jubilate Deo, omnis terra, cantate et exultate et psallite.

Psallite Domino in cithara, * in cithara et in voce psalmi.

In tuba abietum et voce tubæ corneæ, * jubilate in conspectu Regis Domini.

Moveatur mare et plenitudo ejus, * orbis terrarum et universi, qui habitant in eo.

Flumina plaudent manibus in idipsum; montes exultabunt ante faciem Domini, quoniam venit, * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in justitia, * et populos in æquitate.

Gloria Patri, etc.

Ant. Maria Virgo, semper *lætare,* quæ tantam gratiam meruisti a Domino, cœli et terræ Creatorem de tuo utero generare. K. k. k.

℣. Benedictus es, Deus: ℟. Amen.

℣. Jube, domne, benedicere.

Bened. I. Qui natus est de Virgine purget nos ab omni crimine. ℟. Amen.

Lectio I.

Eccli. 24.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris; et flores mei, fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis et timoris et agnitionis et sanctæ spei. In me omnis gratia viæ et veritatis: in me omnis spes vitæ et virtutis. Tu autem, Domine, nostri miserere.

℟. Deo gratias.

Non dicit. Tu autem *in Dom. Quadrag., nec in tota Hebdom. Sancta ad I et II Lect. sed in fine III tant. Lect.*

℟. Beata et venerabilis Virgo, quibus te laudibus præferam, ne-

scio. ✠ Quem cœli non capiunt, tuis gremiis continetur.

℣. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui, qui est Christus Dominus: ✠ Quem, etc.

℣. Jube, etc.

Bened. II. Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem et pacem.

℟. Amen.

Lectio II.

Transite ad me, omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationes sæculorum. Tu autem, etc.

℟. Sancta Domina, Dei genitrix: ✠ Intercede pro nobis.

℣. Deprecare pro nobis Filium Dei: ✠ Intercede pro nobis.

℣. Jube, etc.

Bened. III. Precibus et meritis Beatissimæ Virginis Mariæ perducat nos Dominus ad gaudia vitæ æternæ.

℟. Amen.

Lectio III.

Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Tu autem, etc.

Hymn. SS. Ambrosii et Augustini, qui dicit. omnib. Dom. dieb. et cujuscumq. Sancti Fest., præterq. in Quadrag. et in Dom. Adv.

Te Deum laudamus: * Te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cœli et universæ Potestates,

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant:

Sanctus, * Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra * majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus;

Te Prophetarum * laudabilis numerus;

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * Sancta confitetur Ecclesia,

Patrem * immensæ majestatis,

Venerandum tuum verum * et unicum Filium,

Sanctum * quoque Paraclétum Spiritum.

Tu Rex * gloriæ, Christe.

Tu Patris * sempiternus es Filius.

Tu, ad liberandum suscepturus hominem, * non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes * in gloria Patris.

Judex * crederis esse *venturus.*

Te ergo, quæsumus, famulis tuis subveni, * quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, * et benedic hæreditati tuæ;

Et rege eos * et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te,

Et laudamus nomen tuum in æternum * et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine, die isto * sine peccatis nos custodire.

Miserere nostri, Domine, * miserere nostri.

Fiat, Domine, misericordia tua super nos, * quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi; * non confundar in æternum.

AD LAUDES.

Deus, in adjutorium meum intende:

℟. Domine, ad adjuvandum me festina.

℣. Gloria Patri, etc. Hall.

In Quadrag. Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

In Hebd. Autentica non dicitur seq. cant. Benedictus; *sed statim dicitur Orat. secr.*

Ant. In flore Mater.

Cant. Zachariæ.

Luc. 1.

Benedictus Dominus, Deus Israel, * quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ;

Et erexit nobis cornu salutis, * in domo David pueri sui:

Sicut locutus est per os sanctorum Prophetarum suorum, * qui ab ævo sunt:

Dare salutare de inimicis nostris, * et de manu omnium qui oderunt nos;

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris * et memorare testamenti sancti sui.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham, patrem nostrum, daturum se nobis: * ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati,

Serviamus illi in sanctitate et justitia, coram ipso * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis; * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus:

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, * in quibus visitavit nos Oriens ex alto,

Illuminare eos qui in tenebris et umbra mortis sedent, * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, etc.

Ant. In flore Mater, in partu Virgo: gaude et lætare, Virgo Mater Domini. K. k. k.

Oratio secreta.

Oremus.

Deus, qui tribus Pueris in camino ignis positis quartus adesse dignatus es, cui facillimum est ignium temperare naturas, et extinguere flam-

marum impetus: eandem, Domine, ad protegendas et liberandas animas nostras extende virtutem. Per Dominum, etc., *(alta voce)* una cum Sancto Spiritu in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

Ant. Dignus es, Domine.

Cant. trium. Pueror.

Dan. 3.

Benedicite, * omnia opera Domini, Domino.

Benedicite, * cœli, Domino.

Benedicite, * Angeli Domini, Domino.

Benedicite, * aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino.

Benedicite, * omnes Virtutes Domini, Domino.

Benedicite, * sol et luna, Domino.

Benedicite, * stellæ cœli, Domino.

Benedicite, * omnis imber et ros, Domino.

Benedicite, * omnis spiritus, Domino.

Benedicite, * ignis et æstus, Domino.

Benedicite, * noctes et dies, Domino.

Benedicite, * lumen et tenebræ, Domino.

Benedicite, * frigus et æstus, Domino.

Benedicite, * pruina et nives, Domino.

Benedicite, * fúlgura et nubes, Domino.

Benedicat, * terra Domino.

Benedicite, * montes et colles, Domino.

Benedicite, * omnia nascentia in terra, Domino.

Benedicite, * maria et flumina et fontes, Domino.

Benedicite, * cete et omnia quæ moventur in aquis, Domino.

Benedicite, * vólucres cœli, Domino.

Benedicite, * bestiæ et omnia jumenta, Domino.

Benedicite, * filii hominum, Domino.

Benedicat * Israel Domino.

Benedicite, * sacerdotes Domini, Domino.

Benedicite, * servi Domini, Domino.

Benedicite, * spiritus

et animæ justorum, Domino.

Benedicite, * Sancti et humiles corde, Domino.

Benedicite, * Anania, Azaria et Misael, Domino.

Benedicamus * Patrem et Filium et Sanctum Spiritum.

Hymnum dicamus, * et superexaltemus eum in sæcula.

Ant. Dignus es, Domine, Deus noster, accipere gloriam et honorem. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus: ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc.

Dominus vobiscum.

Ant. Laudabilis Virgo.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de cœlis, * laudate eum in excelsis.

Laudate eum, omnes Angeli ejus; * laudate eum, omnes Virtutes ejus.

Laudate eum, sol et luna; * laudate eum, omnes stellæ et lumen.

Laudate eum, cœli cœlorum; * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini:

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum et in sæculum sæculi: * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones et omnes abyssi;

Ignis, grando, nix, glacies, * spiritus procellæ, qui faciunt verbum ejus;

Montes et omnes colles, * ligna fructifera et omnes cedri;

Bestiæ et omnia jumenta, * serpentes et volucres pennatæ.

Reges terræ et omnes populi, * principes et omnes judices terræ,

Juvenes et virgines, se-

niores cum junioribus, * laudent nomen Domini.

Quia exaltatum est nomen ejus solius, confessio ejus super cœlum et terram; * et exaltabit cornu populi.

Hymnus omnibus sanctis ejus, * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicit. Gloria.

Psalmus 149.

Cantate Domino canticum novum: * laudatio ejus in ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit ipsum, * et filiæ Sion exultent super Regem suum.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo, * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloria, * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in faucibus eorum, * et gladii bis acuti in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes et in populis;

Ad alligandos reges eorum in compedibus, * et nobiles eorum in vinculis ferreis;

Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicit. Gloria.

Psalmus 150.

Laudate Deum in Sanctis ejus, * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in potentatibus ejus, * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ, * laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro, * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Hic non dicit. Gloria

Psalmus 116.

Laudate Dominum omnes gentes, * et collaudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, * et veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, etc.

Cap. Pulchra facie et pulchrior fide, Beata es, Virgo.

Ant. Laudabilis Virgo, quæ meruisti portare in tuo utero Salvatorem mundi. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Psalm. 86 directus, qui cum a plurib. dicit., ab omnib. simul una voce dicit.

Fundamenta ejus, *p. 585.*

Hymnus.

Vere gratia plena es,
Et gloriosa permanes;
Quia ex te natus est
Christus,
Per quem facta sunt
omnia.
Pastores, qui audierant
Cantari Deo gloriam,
Cuccurrerunt in Bethlehem.
Natum videre Dominum.
Sic Magi ab ortu solis
Per sideris indicium,
Portantes typum Gentium,
Primi obtulerunt munera.
Rogemus ergo, Populi,
Dei Matrem et Virginem,
Ut ipsa nobis impetret
Pacem et indulgentiam.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclito
In sempiterna sæcula.
Amen. K. eleis. *duodecies.*

Hic in Hebdom. Authentica finiunt. Laud. cum ℣. Benedicat et exaudiat, *ut in fine.*

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Sub tuam misericordiam confugimus, Dei Genitrix: nostram deprecationem ne inducas in tentationem; sed de periculo libera nos, sola casta et benedicta.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Sub tuam, etc.

Compl. Sit splendor Domini * Dei nostri super nos. K. k. k.

Oratio.

Porrige nobis, Deus, dexteram tuam: et intercessione Beatæ Dei Genitricis Mariæ auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per eundem.

℣. Dominus vobiscum.

De S. Joseph.

Psall. Joseph conturbatus est de utero Virginis: Verbum caro factum est et habitavit in nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Joseph, etc.

Compl. Justus ut palma florebit: * Sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. K. k. k.

Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui Beatissimum Confessorem tuum Joseph sacratissimæ Virginis Mariæ Sponsum mirabili providentia destinasti, præsta, quæsumus: ut nos quoque famuli tui, amborum meritis et intercessione suffulti, post divinæ gratiæ sponsalia in terris, beatissimo gloriæ connubio collocemur in cœlis. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

De S. Ambrosio.

Psall. Dicit Dominus: Super quem requiescam? Super humilem et mansuetum, trementem verba mea.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Dicit, etc.

Compl. Justus ut palma, etc.

Oratio.

Sancti Ambrosii nos, quæsumus, Domine, jugiter prosequatur oratio: ut, quod petitio nostra non impetrat, ipso pro nobis interveniente præstetur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

De Sanctis.

Psall. Sanctorum memoriam colimus, Domine: te magnificamus; quia tu, Christe, coronasti eos, qui custodierunt mandata tua. Eorum precibus dele iniquitates nostras et miserere nobis.

℣. Gloria Patri, etc.

anctorum, etc.
ExultabuntSan-
gloria: * Læta-
n cubilibus suis.

Oratio.

ıi nos BeatæVir-
riæ et Beatorum
ım, Patriarcha-
phetarum, Apo-
ı, Martyrum,
rum, Virginum,
ıue Electorum
continua com-
ione lætificas,
ıuæsumus: ut,
otidiano vene-
ficio, etiam piæ
tionis sequa-
mplo. Per Do-

inus vobiscum.
etc., *p. 36.*

PRIMAM.

e, Maria.

, in adjutorium,
.

ymnus.

o, salutis Au-

Quod nostri quondam
corporis
Ex illibata Virgine
Nascendo formam
súmpseris.
Maria, Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste pro-
tege,
Et mortis hora súscipe.
Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de Vir-
gine,
Cum Patre et Almo
Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

Psalm. Deus, in nomi-
ne tuo, *p. 1.*

Psalm. Benedixisti,
Domine, terram tuam,
p. 147.

Psalm. Laudate Domi-
num, *p. 68.*

In fine Psalm. Hall.
in Quadrag. Laus tibi,
etc. *Idem servabit. ad ce-
teras Horas.*

Epistolella.

Sap. 8.

Sapientia vincit mali-
tiam. Attingit ergo a fine
usque ad finem fortiter,
et disponit omnia sua-
viter.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Ave, Maria, gratia plena.

Iter. Ave, Maria, gratia plena: * Dominus tecum.

℣. Benedicta tu inter mulieres.

℟. Dominus tecum.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Ave, Maria, gratia plena: * Dominus tecum.

Cap. Post partum Virgo inviolata permansisti: * Dei Genitrix, intercede pro nobis. Hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Famulorum tuorum, quæsumus, Domine, delictis ignosce: et, quia tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 15.*

AD TERTIAM.

Ave, Maria.

℣. Deus, in adjutorium, etc., *p. 1.*

Hymn. **Memento,** ***ut sup. ad Prim.***

Psalm. Ad Dominum cum tribularer, ***et***

Psalm. Levavi, ***p. 38.***

Psalm. Lætatus, ***p. 40.***

Epistolella.

Eccl. 24.

Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Post partum, Virgo.

Iter. Post partum, Virgo, * Inviolata permansisti.

℣. Dei Genitrix, intercede pro nobis.

℟. Inviolata permansisti.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Post partum, Virgo * Inviolata permansisti.

Cap. Benedicta tu inter mulieres, * Et benedictus fructus ventris tui. Hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Protege, quæsumus,

omine, famulos tuos
ıbsidiis pacis: et Beatæ
ariæ patrociniis confi-
ɜntes a cunctis hosti-
ıs nos redde securos.
ɜr Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
. k. k., etc., *p. 15*.

AD SEXTAM.

Ave, Maria.

Deus, in adjutorium,
c., *p. 1*.
Hymn. Memento, *ut*
p. ad Prim.
Psalm. Ad te levavi
ulos meos, *p. 40*.
Psalm. Nisi quod Do-
inus, *et. Psalm*. Qui
nfidunt in Domino,
41.

Epistolella.

Eccl. 24.

ı omnibus requiem
ıæsivi, et in hæreditate
ɔmini morabor. Tunc
æcépit et dixit mihi
eator omnium; et qui
eavit me, requievit in
bernaculo meo.
℟. Deo gratias.
℟. *br*. Benedicta tu.
Iter. Benedicta tu *
mulieribus.

℣. Et benedictus fru-
ctus ventris tui.
℟. In mulieribus.
℣. Gloria Patri, etc.
℟. Benedicta tu * In
mulieribus.
Cap. Elegit eam De-
us: * Et præelegit eam,
et in tabernaculo suo
habitare fecit eam. Hall.
In Quadrag. Laus tibi,
Domine. K. k. k.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Porrige nobis, Deus, dexteram tuam: et intercessione Beatæ et gloriosæ semper Virginis Mariæ, auxilium nobis supernæ virtutis impende. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
K. k. k., etc., *p. 15*.

AD NONAM.

Ave, Maria.

℣. Deus, in adjutorium,
etc., *p. 1*.
Hymn. Memento, *ut*
sup. ad Prim.
Psalm. In convertendo
Dominus, p. 42.

Psalm. Nisi Dominus ædificaverit, *et*
Psalm. Beati omnes, *p. 44.*

Epistolella.

Radicavi in populo honorificato; et in parte Dei mei hæreditas illius; et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Eccl. 24.

℟. Deo gratias.

℟. *br.* Elegit eam Deus. *Iter.* Elegit eam Deus, * Et præelegit eam.

℣. Et in tabernaculo suo habitare fecit eam.

℟. Et præelegit eam.

℣. Gloria Patri, etc.

℟. Elegit eam Deus * et præelegit eam.

Cap. Specie tua et pulchritudine tua, * Intende prospera et regna. Hall. *In Quadrag.* Laus tibi, Domine. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Beatæ et gloriosæ semper Virginis Dei Genitricis Mariæ intercessio gloriosa nos prótegat: et ad vitam perducat æternam. Per eundem.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k., etc., *p. 15.*

AD VESPERAS.

Ave, Maria.

℣. Dominus vobiscum.
Lucern. Quoniam tu, *p. 29.*

℣. Dominus vobiscum.
Ant. in choro. Ornavit me ornamento suo; posuit coronam capiti meo Rex meus et Deus meus.

℣. Dominus vobiscum.
Hymn. Mysterium Ecclesiæ, *p. 92.*

℣. Dominus vobiscum.

℟. *in choro.* Sancta Dei Genitrix, ‡ Intercede pro nobis.

℣. Deprecare pro nobis Filium Dei. ‡ Intercede pro nobis.

℣. Dominus vobiscum.
Ant. Ave, Virgo Maria.
Psalm. Dilexi, quia audiet, *p. 36.*
Psalm. Ecce nunc, *et* Laudate, *p. 68.*
Ant. Ave, Virgo Maria, gratia plena: Dominus tecum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Omnipotens sempiterne Deus, famulos tuos dextera potentiæ tuæ a cunctis protege periculis: et, Beata Maria semper Virgine intercedente, fac eos præsenti gaudere prosperitate et futura. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

In Feriis VI Quadrag. et in Hebd. Sancta hic absolvuntur Vesp. cum duodecim Kyrie, eleison, ℣. Benedicat, etc., *præterquam Sabb. Sancto.*

Ant. Ecce Ancilla Domini.

Cant. Magnif., *p. 34.*

Ant. Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio II.

Concede nobis famulis tuis, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et, gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia et æterna perfrui lætitia. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.

Psall. Virgo Verbum concepit, Virgo permansit, Virgo genuit Regem omnium regum.

℣. Gloria Patri, etc.

Iter. Virgo.

Compl. I. Quoniam tu.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio III.

Concede, quæsumus, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: ut, qui Sanctæ Dei Genitricis Mariæ memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

℣. Dominus vobiscum.

De S. Joseph.

Psall. Joseph conturbatus est, *ut ad Matut.*

Compl. I. Sancti tui.

Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet,

ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis, etc.
℣. Dominus vobiscum.

De S. Ambrosio.

Psall. Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Exaltent, etc.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Sancti Ambrosii nos, quæsumus, Domine, jugiter prosequatur oratio: ut, quod petitio nostra non impetrat, ipso pro nobis interveniente, præstetur. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.

De Sanctis.

Psall. Justi et Sancti, in Domino gaudete: vos elegit Dominus hæreditatem sibi.
℣. Gloria Patri, etc.
Iter. Justi, etc.
Compl. I. Sancti tui.
Compl. II. Benedictus es.

Oratio.

Protector fidelium Deus et sanctarum lumen animarum, supplicum tuorum preces dignanter exaudi: ut spiritualium virtutum amore flagrantes, Beatissimorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, omniumque Sanctorum tuorum consortio copulemur. Per Dominum.
℣. Dominus vobiscum.
K. k. k., etc., *p. 36.*

AD COMPLETORIUM.

Ave, Maria.

℣. Converte nos, etc., *p. 65.*
Hymn. Memento, *ut supra ad Primam.*
Psalmi. Sæpe expugnaverunt, De profundis *et* Domine, non est exaltatum, *p. 44 et 45.*

Epistolella.

Eccl. '
Ab initio et ante s
cula creata sum, et
que ad futurum sæ
lum non desinam: (

itatione sancta coram
ministravi.
. Deo gratias.
. *breve.* Specie tua.
er. Specie tua, * Et
:hritudine tua.
. Intende, prospera
egna.
. Et pulchritudine

. Gloria Patri, etc.
. Specie tua et pul-
itudine tua.
ap. Diffusa est gra-
in labiis tuis: * Pro-
ea benedixit te De-
in æternum. Hall. *In*
drag. Laus tibi, Do-
e. K. k. k.
. Dominus vobiscum.

Oratio.

Famulorum tuorum, quæsumus, Domine, delictis ignosce: et quia tibi de actibus nostris placere non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem.
℣. Dominus vobiscum.
K. k. k., etc., *p. 71.*

Antiph. in fine hujus Complet. dicuntur pro ratione temporum, ut supra in fine Complet. quotidiani, p. 71.

Ferie VI in Parasceve omitt. Ant. Salve, Regina.

OFFICIUM PRO DEFUNCTIS.

Quoties fit de Fer., post ejus Vesp. dicunt. etiam Vesp. Defunct. (prætterquam in Sabb.) et sic etiam Laud. dicunt. post Matut. Fer. Laud.

In Fer. tamen a Pasch. Resurrect. usq. ad Dom. I post Pentec. non dicunt.

Quando aut. in die Obitus, vel Tert., Sept., Trig., Anniv. vel etiam alio, celebrandum est Off. Defunct., tunc tria simul Noct., et Laud. dicuntur.

AD VESPERAS.

Ant. Complacebo Domino.

Psalm. Dilexi, *p. 36.*

Ant. Complacebo Domino in regione vivorum.

Ant. Heu me!

Psalm. Ad Dominum, cum tribularer, *p. 38.*

Ant. Heu me! quod incolatus meus prolongatus est, habitare cum habitantibus Cedar.

Ant. Dominus cus diat te.

Psalm. Levavi, *p.*

Ant. Dominus cust diat te ab omni mal custodiat animam tu Dominus.

Ant. Si iniquitates.

Psalm. De profund *p. 45.*

Ant. Si iniquitates servaveris, Domin Domine, quis susti bit?

Ant. Opera manuu

Psalm. Confitebor t Domine, *p. 53.*

Ant. Opera manuu tuarum ne despicias, D mine.

Ant. Audivi vocem

Cant. Magnif., *p. 3*

Quod Cant. non di in Fer. VI Quadrag.

Ant. Audivi vocem cœlo dicentem: Be mortui qui in Domi moriuntur.

Preces genib. flexis.

Pater noster, *(secr.*

℣. Et ne nos induc in tentationem:

℟. Sed libera nos a malo.
℣. Requiem æternam dona eis, Domine:
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Non intres in judicium,
℟. Cum servis tuis, Domine.
℣. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi:
℟. Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.
℣. Domine, exaudi orationem nostram:
℟. Et clamor noster ad te perveniat.
℣. Exurge, Christe, adjuva nos:
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
Psalm. Miserere, etc., *p. 9.*
℣. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris:
℟. Et omnes iniquitates nostras dele.
℣. Dominus vobiscum.

Pro Pontif. et Sac.

Oratio I.

Deus, qui inter Apostolicos *Sacerdotes*, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigére, præsta, quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Pro Fratrib. et Benefact.

Oratio II.

Deus, veniæ largitor et humanæ salutis amator, quæsumus, clementiam tuam: ut nostræ congregationis fratres, sorores, propinquos et benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Pro plur. Defunct.

Oratio III.

Præsta, quæsumus, Domine, animabus famulorum famularumque tuarum misericordiam sempiternam: ut mortalitatis nexibus expeditas, lux eas æterna possideat. Per Dominum.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine:

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Animæ istorum et omnium Fidelium Defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace:

℟. Amen.

In Commem. omn. Fidel. Defunct. die II Nov. dicitur post. ℣. Dominus vobiscum. *Oratio, ut infra; quæ servabitur etiam ad Laud.*

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, etc.

℣. Requiem, etc.

℟. Et lux perpetua, etc.

℣. Animæ omnium fidelium, etc.

℟. Amen.

Sequent. Orat. dicunt. ad libitum, et ult. solum, quæcumq. dicat. concludit.: Per Dominum, *cum* ℣. *et* ℟. *ut sup.*

Pro Sacerdotibus.

Oratio.

Deus infinitæ misericordiæ, suscipe pro animabus Famulorum et Sacerdotum tuorum preces nostras: et lucis eis lætitiæque in regione Sanctorum tuorum societatem concede. Per Dominum.

In die Deposit. Defunct.

Oratio.

Absolve, quæsumus, Domine, animam famuli tui N., ut defunctus sæculo tibi vivat: et, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum.

In die Tertio. Septimo aut Trigesimo.

Oratio.

Quæsumus, Domine, famulo tuo, cujus tertium (*vel* septimum, *vel* trigesimum) obitus sui diem commemoramus, Sanctorum tuorum largire

consortium: et rorem misericordiæ tuæ perennis infunde. Per Dominum.

In Anniv. die.

Oratio.

Adesto, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris, quibus misericordiam tuam suppliciter deprecamur pro anima famuli tui, cujus hodie annua dies agitur: ut eam, mortalitatis nexibus absolutam, inter Sanctos et Electos tuos perpetuam jubeas habere portionem. Per Dominum.

Prout aut. Off. fit pro plur. personis aut pro una tant., sic etiam superiores Orat. in plurali vel singulari numero, accommodatæ ad illar. vel ejus sexum, dicantur.

Pro Patre et Matre.

Oratio.

Deus, qui nos Patrem et Matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus Patris et Matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum.

Si pro plur. Patrib. ac Matrib. oret., tum vero dicat.: animabus Parentum nostrorum, *et ubi dicit.* meque, *dicat.:* nosque. *Si pro Patre tant., dicat.:* animæ Patris mei, *vel* nostri. *Si pro Matre tant.: dicat.,* animæ Matris meæ, *vel* nostræ.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

Inclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam suppliciter deprecamur: ut animam famuli tui N., quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, ac Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum.

In Cœmeteriis.

Oratio.

Deus, cujus miseratione animæ fidelium re-

quiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in Christo quiescentibus da propitius veniam peccatorum: ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem.

AD MATUTINUM.

IN NOCTURNO I.

Ant. Dirige.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum: * intende voci orationis meæ, rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo, Domine: * mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo * quoniam non volens Deus iniquitatem tu es.

Non habitabit juxta te malignus, * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem; * perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum * abominabitur Dominus.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in tua justitia, * propter inimicos meos.

Dirige in conspectu meo viam tuam, quoniam non est in ore eorum veritas; * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: * judica illos Deus.

Décidant a consiliis suis secundum multitudinem impietatum eo[illegible] rum expelle eos; * quo[illegible] niam exacerbaverunt [illegible] Domine.

Et lætentur omnes [illegible] sperant in te, in æt[illegible] num exaltabunt, * et habitabis in eis; et [illegible] riabuntur in te om[illegible] qui diligunt nome[illegible] um.

Quoniam tu be[illegible]

ces [illegible] ut [illegible] tis [illegible]

De[illegible] ct[illegible]

ces justum; * Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Ant. Dirige, Domine Deus meus, in conspectu meo viam tuam.

Ant. Convértere.

Psalmus 6.

Domine, ne in ira tua arguas me, * neque in furore tuo corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam turbata sunt ossa mea, * et anima mea turbata est valde: et tu Domine, usquequo?

Convértere, Domine, et eripe animam meam; * salva me propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo: lavabo per singulas noctes lectum meum, * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est præ ira oculus meus, * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem; * quoniam exaudivit Dominus voces fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam suscepit.

Confundantur et conturbentur omnes inimici mei; * avertantur retrorsum et confundantur valde velociter.

Ant. Convertere, Domine, et eripe animam meam; salvum me fac propter misericordiam tuam.

Ant. Ne quando.

Psalmus 7.

Domine, Deus meus, in te speravi: * salva me ab omnibus persequentibus me et eripe me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine, Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, * si reddidi retribuentibus mihi mala.

cerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu; et sic repente præcipitas me? Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem redúces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me, ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

IN NOCTURNO II.

Ant. In loco pascuæ.

Psalmus 22.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit; * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertens; * deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum.

Nam, etsi ambulem in medio umbræ mortis, * non timebo mala; quoniam tu mecum es.

Virga tua et baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam * adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum, * et poculum tuum inebrians quam præclarum est!

Et misericordia tua subsequatur me * omnibus diebus vitæ meæ;

Et ut inhabitem in domo Domini * in longitudinem dierum.

Ant. In loco pascuæ, ibi me collocavit.

Ant. Delicta.

Psalm. Ad te, Domine, levavi, *p. 126.*

Ant. Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memíneris.

Ant. Redemisti.

Psalmus 30.

In te, Domine, speravi: * non confundar in æternum.

In tua justitia * libera me, et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera ut eripias me.

Esto mihi in Deum protectorem et in do-

pulveris. ✱ Cutis mea aruit et contracta est. Memento, Domine, quia ventus est vita mea.

℣. Quoniam non revertetur oculus meus ut videat bona, nec aspiciet me visus hominis. ✱ Cutis mea, etc.

Pro Ep. Sac. et Diac.

℟. Desiderium meum, Omnipotens, audi: ✱ Et tribue mihi auditorem, qui æquitatem proponat contra me: ut perveniat ad victoriam judicium meum.

℣. Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina: ✱ Et tribue, etc.

Lectio V.

Job 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperire oculos tuos et adducere eum tecum in judicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt: numerus mensium ejus apud te est: constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.

℟. Paucitas dierum meorum finitur brevi: relaxa ergo mihi, Domine. ✱ Plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine.

℣. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te perveniat: ✱ Plangam, etc.

Pro Ep. Sac. et Diac.

℟. Caligaverunt oculi mei a fletu meo; quia elongavit, qui consolabatur me. Videte, omnes populi, ✱ Si est dolor similis sicut dolor meus.

℣. O vos omnes, qui transitis per viam, aspicite et videte ✱ Si est.

Lectio VI.

Job 14.

Quis mihi hoc tribuat, Domine, ut in inferno protegas me et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Pútasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti; sed parce peccatis meis.

IN NOCTURNO III.

Ant. Anima autem.

Psalmus 34.

Judica, Domine, nocentes me; * expugna impugnantes me.

Apprehende arma et scutum, * et exurge in adjutorium mihi.

Effude frameam, * et conclude adversus eos qui me persequuntur.

Dic animæ meæ: * Salus tua ego sum.

Confundantur et revereantur * qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum et confundantur, * qui cogitant mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante faciem venti, * et Angelus Domini affligens eos.

Fiant viæ eorum tenebræ et lúbricum, * et Angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui; * vane exprobraverunt animam meam.

Veniat illis laqueus quem ignorant, et captio, quam occultaverunt, apprehendat eos; * et in laqueum íncidant in idipsum.

Anima autem mea exultabit in Domino * et delectabitur super salutare ejus.

Omnia ossa mea dicent: * Domine, quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu fortioris ejus, * egénum et pauperem a diripientibus eum.

Assurgentes testes ini-

qui, * quæ ignorabam, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis, * sterilitatem animæ meæ.

Ego autem, dum mihi molesti essent, induebam me cilicium, et humiliabam in jejunio animam meam, * et oratio mea in sinum meum convertetur.

Sicut proximum et sicut fratrem nostrum ita complacebam; * tamquam lugens et contristatus, sic humiliabar.

Adversum me lætati sunt et convenerunt; * congregata sunt in me flagella, et ignoraverunt.

Dissoluti sunt, nec compuncti sunt; * tentaverunt me et deriserunt me derisu;

Striderunt in me dentibus suis: * Domine, quando respicies?

Restitue animam meam a malefactis eorum: * libera a leonibus unicam meam.

Confitebor tibi, Domine, in ecclesia magna; * in populo gravi laudabo te.

Non insultent in me, qui adversantur mihi inique, * qui odérunt me gratis, et annuebant oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, * et super iram dolose cogitabant.

Et dilataverunt in me os suum, * dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, Domine, ne sileas; * Domine, ne discedas a me.

Exurge, Domine, et intende ad judicium meum; * Deus meus et Dominus meus in causam meam.

Judica me, Domine, secundum justitiam tuam: * Domine, Deus meus, non insultent in me inimici mei.

Non dicant in cordibus suis: Euge, euge animæ nostræ; * nec dicant: Absorbuimus eum.

Erubescant et revereantur simul, qui gratulantur malis meis; * induantur pudore et reverentia, qui magna loquuntur super me.

Exultent et lætentur qui volunt justitiam

meam; * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, * tota die laudem tuam.

Ant. Anima autem mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutare ejus.

Ant. Complaceat.

Psalmus 30.

Expectans expectavi Dominum, et respexit me: * et exaudivit deprecationem meam.

Et eduxit me de lacu miseriæ * et de luto fæcis.

Statuit supra petram pedes meos * et direxit gressus meos,

Et misit in os meum canticum novum, * hymnum Deo nostro.

Videbunt multi, et timebunt, * et sperabunt in Domino.

Beatus vir cujus est nomen Domini spes ipsius, * et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu, Domine, Deus meus, mirabilia tua; * et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciavi et locutus sum; * multiplicata sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti; * corpus autem perfecisti mihi.

Holocausta et pro delicto non postulasti. Tunc dixi: Ecce venio; * in capite libri scriptum est de me,

Ut faciam voluntatem tuam, Deus meus, volui; * et legem tuam in medio ventris mei.

Bene annunciavi justitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo: * Domine, tu cognovisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non celavi misericordiam tuam * et veritatem tuam a synagoga multorum.

Tu autem, Domine, ne longe facias misericordias tuas a me; * misericordia tua et veritas tua semper suscipiant me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, * et non potui ut viderem:

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eripias me: * Domine, in auxilium meum respice.

Confundantur et revereantur simul, qui quærunt animam meam: * ut auferant eam.

Avertantur retrorsum et confundantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et lætentur in te omnes, qui quærunt te Domine: * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem egenus et pauper sum; * Dominus curam habet mei.

Adjutor meus et protector meus es tu: * Deus meus, ne tardaveris.

Ant. Complaceat tibi, Domine, ut eripias me; Domine, in auxilium meum respice.

Ant. Sitivit.

Psalmus 41.

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum; * ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sitivit anima mea ad Deum, fortem, vivum: * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte; * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc memoratus sum, et effudi in me animam meam; * quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis et confessionis, * sonus epulantis.

Quare tristis es, anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deum, quoniam confitebor illi; * salutare vultus mei et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea turbata est; pro-

pterea memor ero tui, Domine, de terra Jordanis * et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua * et fluctus tui super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, * et nocte canticum ejus apud me.

Apud me oratio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Susceptor meus es, quare me oblitus es?

Quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? * dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt me inimici mei,

Dum ipsi dicerent mihi per singulos dies: * Ubi est Deus tuus?

Quare tristis es, anima mea, * et quare conturbas me?

Spera in Deum, quoniam confitebor illi; * salutare vultus mei et Deus meus.

Ant. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Lectio VII.

Job 17.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulcrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem; et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est; et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea et patientia mea? Tu es, Domine Deus meus.

℟. Libera me, Domine Deus, in die illa tremenda judici; ‡ Quando Angeli offerent tibi chirographa peccatorum hominum.

℣. Miserere mei, Deus, miserere mei, quo-

niam in te confidit anima mea, * Quando, etc.

Lectio VIII.

Job 19.

Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misereminì mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei; quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me, sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro, stylo ferreo et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum; quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hæc, spes mea in sinu meo.

℟. Non timebis, anima, quia Christus passus est; * Per cujus Passionem nos redempti sumus.

℣. Dominus, custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam, Dominus; * Per cujus, etc.

Lectio IX.

2 Mach. 12.

In diebus illis. Vir fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

AD LAUDES.

Ant. In iniquitatibus.

Psalm. Miserere mei, Deus, *p. 9.*

Ant. In iniquitatibus conceptus sum: peccavi coram te, Domine; miserere mei.

Ant. Exaudi.

Psalmus 64.

Te decet hymnus, Deus, in Sion, * et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos, * et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti; * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ; * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus salutaris noster; * spes omnium finium terræ et in mari longe,

Præparans montes in virtute tua, * accinctus potentia,

Qui conturbas fundum maris: * sonum fluctuum ejus quis sustinebit?

Turbabuntur gentes, * et timebunt, qui habitant fines terræ a signis tuis.

Exitus matutini et vesperæ delectabis; visitasti terram et inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aqua; parasti cibum illorum, * quia ita est præparatio tua.

Rivos ejus inebrians, * multiplica generationes ejus.

In stillicidiis suis lætabitur, cum exorietur; * benedices coronam anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent fines deserti, * et exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, et convalles abundabunt frumento; * etenim clamabunt et hymnum dicent.

Ant. Exaudi orationem meam, Domine: ad te omnis caro veniet.

Ant. Me autem suscepit.

Psalmus 62.

Deus, Deus meus, ad te

de luce vigilo: * sitivit in te animæ mea.

Quam multipliciter tibi et caro mea * in terra deserta, in invio et inaquoso;

Sic in sancto apparui tibi, * ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quia melior est misericordiæ tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea, * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea, * et labia exultationis laudabunt nomen tuum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te; * quia factus es adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo; adhæsit anima mea post te; * me autem suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ; * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, et laudabuntur omnes qui jurant in eo; * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalm. Deus misereatur nobis, *p. 394.*

Ant. Me autem suscepit dextera tua, Domine.

Ant. A porta Inferi.

Canticum Jonæ.

Cap. 2.

Clamavi ad Dominum Deum meum * in tribulatione mea,

Et exaudivit de ventre inferni clamorem meum; * et exaudisti vocem meam.

Projecisti me in altitudinem cordis maris, * et flumina me circumdederunt.

Omnes altitudines tuæ et fluctus tui * super me transierunt.

Et ego dixi: Expulsus sum ab oculis tuis; * forsitan adjiciam, ut respiciam ad templum sanctum tuum.

Circumfusa est mihi aqua usque ad animam

meam, * abyssus circuivit me.

Postremum est caput meum in scissuris montium; * descendi in terram, cujus vectes sunt continentes æterni.

Et ascendat de corruptione vita mea * ad te, Domine, Deus meus.

In hoc quod defecit anima mea a me, * Domini memoratus sum:

Et veniat oratio mea ad templum sanctum tuum; * observantes vana et falsa misericordiam suam dereliquerunt:

Ego autem cum voce confessionis et supplicationis * immolabo tibi.

Quæcumque vovi * reddam tibi, Salvatori meo Domino.

Ant. A porta inferi erue, Domine, animas eorum

Ant. Omnis spiritus.

Psalm. Laudate Dominum de cœlis, *p. 605*.

Psalm. Cantate Domino, etc., *ibid.*

Psalm. Laudate Deum in Sanctis ejus, *ibid.*

Ant. Omnis spiritus laudet Dominum.

Ant. Ego sum resurrectio.

Cant. Benedictus Dominus Deus Israel, *p. 603*.

Ant. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in æternum: dicit Dominus.

Preces genib. flexis.

Pater noster, *(secr.)*.

℣. Et ne nos inducas in tentationem:

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Requiem æternam dona, eis, Domine:

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Non intres in judicium:

℟. Cum servis tuis, Domine.

℣. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi:

℟. Animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

℣. Domine, exaudi orationem nostram:

℟. Et clamor noster ad te perveniat.

℣. Exurge, Christe, adjuva nos:

ıera nos pro-
ın tuum.

ıus 142.

ɜxaudi oratio-
n, * auribus
.eprecationem
veritate tua.
me in tua ju-
non intres in
cum servo

ı non justifica-
ɔnspecto tuo *
ens.
ɜrsecutus est
animam me-
iliavit in terra
ım;
ït me in tene-
nortuos æter-
ıxiatus est su-
ıiritus meus.
conturbatum
eum; memo-
dierum anti-
' et meditatus
ɑnibus operi-
et in factis
ɩuarum medi-

manus meas
ɑima mea, si-
sine aqua,

r exaudi me,

Domine; * defecit spiritus meus.

Ne avertas faciem tuam a me; * et ero similis descendentibus in lacum.

Auditam mihi fac mane misericordiam tuam; * quia in te speravi, Domine.

Notam mihi fac, Domine, viam in qua ambulem, * quoniam ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Deus; * quia ad te confugi.

Doce me facere voluntatem tuam; * quia tu es Deus meus.

Spiritus tuus bonus * deducet me in terram rectam.

Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in tua justitia, * et educes de tribulatione animam meam.

Et in misericordia tua disperdes inimicos meos, et perdes omnes qui tribulant animam meam; * quia ego servus tuus sum.

Deinde dicit. ℣. Domine, averte, *et Orat. ut sup. in Vesp., p. 617.*

RESPONS. QUADRAG. pro Defunctis.

Singul. Fer. Quadrag. extra Hebd. Sanct. expleto Matutino Officio, recitatur unum Nocturnum cum Laudib. Defunctor. retento hoc ordine: Fer. II et V Noct. I; Fer. III et IV Noct. II; Fer. IV et Sabb. Noct. III; sumptis tamen Responsoris Quadragesimalibus, quæ infra subjecta sunt.

Fer. II Hebd. I..
Fer. V Hebd. II.
Fer. II Hebd. IV.

℟. I. Accepimus bona.
℣. Quoniam sagittæ.
℟. II. Antequam comedam.
℣. Afflictus sum.

Fer. III Hebd. I.
Fer. VI Hebd. II.
Fer. III Hebd. IV.

℟. Induta est, *p. 626.*
℣. Quoniam.
℟. II. Paucitas dierum.
℣. Domine exaudi.

Fer. IV Hebd. I.
Sabb. Hebd. II.
Fer. IV Hebd. IV.

℟. I. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, Domine? ✠ Nisi tu, qui solus es Deus: et constituas mihi tempus in quo recorderis mei.

℣. Si fuero justus, os meum impie loquetur. Quod et si fuero sine crimine, pravus inveniar. Si enim impie gessi in animam meam, nescio; ✠ Nisi tu, etc.

℟. II. Scio, Domine, quia morti me traditurus es, ubi constituta est domus omnis viventis. Credo in te, Domine, quia non ad consumptionem meam emittis manum tuam: ✠ Si in profundo inferni demersus fuero, inde me liberabis.

℣. Memento, Domine, quia manus tuæ fecerunt me, pelle et carne me induisti, vitam et misericordiam dedisti mihi: ✠ Si, etc.

Fer. V. Hebd. I.
Fer. II. Hebd. III.
Fer. V. Hebd. IV.

℟. I. Libera me, Domine, Deus, *p. 632.*

℣. Miserere mei, Deus,

℟. II. Nonne cognoscit.)eus viam meam, et unctos gressus meos inumerat? Si ambulavi ı vanitate, aut festinavit ı dolo pes meus, * Appendat me in statera juta et probet Deus innocentiam meam.

℣. Domine Deus meus, i feci istud, si est iniuitas in manibus meis, i reddidi retribuentibus ıihi mala, * Appendat ıe, etc.

Fer. VI Hebd. I.
Fer. III Hebd. III.
Fer. VI Hebd. IV.

℟. I. Scio enim quia .edemptor meus vivit, t in novissimo die de ːrra resurrecturus sum, Et rursum circúmdaor pelle mea, et in care mea videbo Deum.

℣. Surgant mortui; et esurgant omnes qui in ıonumentis sunt; auiant vocem Filii Dei: * t rursum circúmdaor.

℟. II. Desiderium mem, *p. 627.*

℣. Deus, in adjutorium, tc.

Sabb. Hebd. I.
Fer. IV. Hebd. III.
Sabb. Hebd. IV.

℟. I. Auditu auris audivi te, Domine: nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, * Et ago pœnitentiam in favilla et cinere.

℣. Unum locutus sum, quod utinam non dixissem! Ponam digitum ori meo, * Et ago, etc.

℟. II. Oculi mei, fundite tamquam flumina lacrymas, et cor meum clamet ad Deum: * Quia recessit a me consolator meus.

℟. Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis stratum meum rigabo: * Quia, etc.

Fer. II Hebd. II.
Fer V Hebd. III.
Fer. II Hebd. V.

℟. I. Caligaverunt, *p. 627.*

℣. O vos omnes, etc.

℟. II. Remitte mihi, ut refrigerer, Domine, * Priusquam veniam ante tuum judicium.

℟. Ad te, Domine, le-

vavi animam meam; Deus meus, in te confido: non erubescam, ‡ Priusquam, etc.

Fer. III Hebd. II.
Fer. VI Hebd. III.
Fer. III Hebd. V.

℟. I. Relaxentur vincula peccatorum meorum, ‡ Dum séderis in judicio, Deus.

℣. Usquequaque lava me ab injustitia mea, et a delicto meo munda me, ‡ Dum sederis, etc.

℟. II. Non timebis, anima, etc., *p. 633.*

℣. Dominus custodiat.

Fer. IV Hebd. II.
Sabb. Hebd. III.
Fer. IV Hebd. V.

℟. I. Qui suscitasti Lazarum quatriduanum fœtidum, ‡ Tu dona eis requiem et locum indulgentiæ.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine et lux perpetua luceat eis. Tu dona.

℟. II. In manus tuas, Domine, ‡ Commendo spiritum meum.

℣. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. ‡ Commendo.

Fer. V Hebd. V.

℟. I. Accepimus bona.

℟. II. Antequam comedam.

Fer. VI Hebd. V.

℟. I. Desiderium meum.

℟. II. Caligaverunt oculi.

Sabb. Hebd. V.

℟. I. Libera me, Domine.

℟. II. Non timebis anima.

SEPTEM PSALMI PŒNITENTIALES

UNA CUM LITANIIS SANCTORUM.

In fine uniuscujusq. sequent. Psalm. dicit. ℣. Gloria Patri, etc.

Psalm. 6. Domine, ne ira tua, *p. 621.*

Psalm. 31. Beati quorum remissæ sunt, . *447.*

Psalmus 37.

Domine, ne ira tua arguas me, * neque in furore tuo corripias me;

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, * et confirmasti super me manum tuam.

Nec est sanitas in carne mea a vultu iræ tuæ, * et non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum;

Quoniam iniquitates meæ superposuerunt caput meum, * et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Computruerunt et putruerunt livores mei * a facie insipientiæ meæ.

Miseriis afflictus sum, * et curvatus sum usque in finem valde.

Tota die contristatus ingrediebar; quoniam anima mea completa est illusionibus, * et non est sanitas in carne mea.

Incurvatus sum et humiliatus sum nimis: * rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum; * et gemitus meus non est absconditus a te.

Cor meum conturbatum est in me, et dereliquit me virtus mea, * et lumen oculorum meorum, non est mecum.

Amici mei et proximi mei adversum me appropiaverunt et steterunt; * et proximi mei a longe steterunt.

Et vim faciebant, qui quærebant animam meam; et qui inquirebant

mala mihi, locuti sunt vanitates, * et dolos tota die meditabantur.

Ego autem velut surdus non audiebam, * et sicut mutus qui non aperit os suum.

Factus sum sicut homo non audiens, * et non habens in ore suo increpationes.

Quoniam in te, Domine, speravi:* tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quoniam dixi: Ne aliquando insultent in me inimici mei; * et dum commoverentur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego ad flagella paratus sum; * et dolor meus ante me est semper.

Quoniam iniquitatem meam ego pronunciabo; * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me; * et multiplicati sunt qui me oderunt inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi; * quia subsequebar justitiam.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus: * ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum, * Domine Deus salutis meæ.

Gloria Patri, etc.

Psalm. 50. Miserere mei, Deus, *p. 9.*

Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam; * et clamor meus ad te perveniat.

Ne avertas faciem tuam a me: * in quacumque die tribulor, inclina aurem tuam ad me.

In quacumque die invocavero te, * cito exaudi me.

Quoniam defecerunt sicut fumus dies mei; * et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.

Percussus sum sicut fœnum, et aruit cor meum; * quoniam oblitus sum manducare panem meum.

A voce gemitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano in solitudine, * et factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer singularis in ædificio.

Tota die exprobrabant me inimici mei; * et qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quoniam cinerem sicut panem manducavi, * et potum meum cum fletu miscebam;

A facie iræ tuæ et indignationis tuæ; * quoniam extollens elisisti me.

Dies mei sicut umbra declinati sunt, * et ego velut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum manes; * et memoriale tuum in generatione et progenie.

Tu exurgens misereberis Sion, quoniam tempus miserendi ejus; * quoniam venit tempus.

Quoniam beneplacitum habuerunt servi tui lapides ejus, * et pulveris ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen Domini, * et omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion, * et videbitur *in majestate sua.*

Et respexit in orationes humilium, * et non sprevit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera, * et plebs quæ creabitur laudabit Dominum.

Quoniam prospexit ex alto sancto suo, * Dominus de cœlo in terram prospexit;

Ut audiret gemitum vinculatorum: * ut solvat filios morte afflictorum;

Ut annuncietur in Sion nomen Domini, * et laus ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum, * et reges, ut serviant Domino.

Et respondit illi in via virtutis suæ: * Paucitatem dierum meorum annuncia mihi.

Ne educas me in dimidium dierum meorum, * in generatione et generatione anni tui.

Ab initio terram tu fundasti, Domine: * et opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes; et omnes sicut vestimentum veterascent; * et tamquam

opertorium mutabis eos, et mutabuntur.

Tu autem idem ipse es, * et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt in ea, * et semen ipsorum in æternum dirigetur.

Gloria Patri, etc.

Psalm. 129. De profundis clamavi, *p. 45.*

Psalm. 142. Domine, exaudi, *p. 637.*

LITAN. SANCTOR.

Kyrie, eleison, Domine, miserere, ℣. Christe libera nos, ℟. Salvator libera nos, } *ter.*

S. MARIA, intercede pro nobis.

S. Michael, interc.
S. Gabriel, interc.
S. Raphael, interc.
S. Joannes, interc.
S. Joseph, interc.
S. Petre, interc.
S. Paule, interc.
S. Andrea, interc.
S. Jacóbe, interc.
S. Joannes, interc.
Philippe, interc.
S. Bartholomæe, interc.
S. Thoma, interc.
S. Matthæe, interc.
S. Jacóbe, interc.
S. Simon, interc.
S. Thadæe, interc.
S. Matthia, interc.
S. Barnaba, interc.
S. Marce, interc.
S. Luca, interc.
S. Stephane, interc.
S. Protasi, interc.
S. Gervasi, interc.
S. Nazari, interc.
S. Celse, interc.
S. Victor, interc.
S. Nabor, interc.
S. Felix, interc.
S. Sisini, interc.
S. Martyri, interc.
S. Alexander, interc.
S. Georgi, interc.
S. Vitalis, interc.
S. Agricola, interc.
S. Calimeri, interc.
S. Babyla, interc.
S. Romane, interc.
S. Corneli, interc.
S. Cypriane, interc.
S. Laurenti, interc.
S. Sebastiane, interc.
S. Vincenti, interc.
S. Cosma, interc.
S. Damiane, interc.
S. Fidelis, interc.
S. Carpophore, interc.
S. Aquiline, interc.

hecla, interc.
elagia, interc.
ebronia, interc.
aleria, interc.
gnes, interc.
atharina, interc.
nastasia, interc.
ecilia, interc.
gata, interc.
uphemia, interc.
ucia, interc.
argarita, interc.
pollonia, interc.
rsula, interc.
artha, interc.
aria Magdalena, interc.
arcellina, interc.
nna, interc.
erpetua, interc.
onica, interc.
nátalo, interc.
aterne, interc.
ona, interc.
írocles, interc.
ionysi, interc.
mpliciane, interc.
ylvester, interc.
ieronyme, interc.
regori, interc.
enedicte, interc.
rancisce, interc.
ernarde, interc.
ugustine, interc.
icoláe, interc.
artine, interc.
aldine, interc.
S. Carole, interc.
S. Ambrosi, interc.
Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

℣. Exaudi, Christe,
℟. Voces nostras,
℣. Exaudi, Deus,
℟. Et miserere nobis. } *ter.*

K. k. k.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio I.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram: et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis absolvat.

Oratio II.

Deus, qui culpa offénderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio III.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum

dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus: ut, pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum.

℣. Dominus vobiscum.
R. k. k.
℣. Benedicamus Domino.

AD INVOCANDAM GRATIAM S. SPIRITUS.

Hymnus.

Veni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita;
Imple superna gratia
Quæ tu creasti pectora.
Qui Paracletus diceris,
Donum Dei Altissimi,
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Dexteræ Dei tu digitus,
Tu rite Promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans pérpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones prótinus;
Ductore sic te prævio
Vitemus omne noxium
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria Patri Domino.
Natoque, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula.
℟. Amen.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui corda fidelium

Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem, etc.

Alia Oratio.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et nullum latet secretum: purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Tempore Concilii.

Oratio.

Infunde, quæsumus, famulis tuis, Domine Deus, Spiritum veritatis et pacis: ut quæ tibi placita sunt, toto corde cognoscant, et agnita, tota virtute sectentur. Per Dominum.

Pro devotis amicis.

Oratio.

Deus, qui caritatis dona per gratiam Sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti: da famulis et famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis et corporis; ut te tota virtute diligant, et, quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Pro inimicis.

Oratio.

Præsta, quæsumus, Domine, omnibus inimicis nostris suorum veniam delictorum, et preces nostras, quas tibi pro salute eorum effundimus, clementer exaudi: ut, omissis odiis, veram charitatem, pacemque inviolabilem, secundum admonitionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi invicem habeamus. Qui tecum.

Ad postul. continentiam.

Oratio.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corde serviamus,

et mundo corpore placeamus. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Ad repellendas malas cogitationes.

Oratio.

Omnipotens et mitissime Deus, respice propitius ad preces nostras et libera corda nostra de malarum tentationibus cogitationum: ut Sancti Spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per Dominum, etc., in unitate ejusdem.

Ad postul. caritatem.

Oratio.

Deus, vita fidelium, gloria humilium, beatitudo justorum, propitius aspice supplicum preces: ut animæ, quæ promissiones tuas sitiunt, de tuæ semper caritatis abundantia repleantur. Per Dominum.

Ad postul. humilitatem.

Oratio.

Deus, qui superbis resistis et gratiam præstas humilibus, auge in nobis veræ humilitatis virtutem, cujus in se formam Unigenitus tuus fidelibus exhibuit: ut numquam indignationem tuam provocemus elati; sed potius tuæ semper pietatis capiamus dona subjecti. Per Dominum.

Ad postul. patientiam.

Oratio.

Deus, qui Unigeniti tui patientia superbiam antiqui hostis contrivisti; da nobis, quæsumus, quæ idem pro nobis pie pertulit, digne recolere, et ejus exemplo cuncta nobis abversantia æquanimiter tolerare. Per eundem.

℣. Dominus vobiscum. K. k. k.

℣. Benedicamus Domino:

℟. Deo gratias.

GRATIARUM ACTIO.

Hymnus. Te Deum, *p. 601.*

℣. Dominus vobiscum.

ratio.

quo omne da-
num et omne
erfectum de-
ntende, preca-
a, quæ reddi-
ictionibus gra-
præsta: ut, qui
er ditamur be-
ontinuis etiam
is honoremus.
inum.
inus vobiscum.

dicamus Do-

gratias.

LÆ B. M. V.

leison.
leison.
eison.
udi nos.
xaudi nos.
cœlis Deus,
re nobis.
emptor mundi
niserere nobis.
Sancte Deus,
re nobis.
Trinitas, Unus
niserere nobis.
IARIA, ora pro

Sancta Dei Genitrix, ora
Sancta Virgo virginum, ora
Mater Christi, ora
Mater divinæ gratiæ, ora
Mater purissima, ora
Mater castissima, ora
Mater inviolata, ora
Mater intemerata, ora
Mater amabilis, ora
Mater admirabilis, ora
Mater Creatoris, ora
Mater Salvatoris, ora
Virgo prudentissima, ora pro nobis.
Virgo veneranda, ora
Virgo prædicanda, ora
Virgo potens, ora
Virgo clemens, ora
Virgo fidelis, ora
Speculum justitiæ, ora
Sedes sapientiæ, ora
Causa nostræ lætitiæ, ora
Vas spirituale, ora
Vas honorabile, ora
Vas insigne devotionis, ora pro nobis.
Rosa mystica, ora
Turris Davidica, ora
Turris eburnea, ora
Domus aurea, ora
Fœderis arca, ora
Janua cœli, ora
Stella matutina, ora
Salus infirmorum, ora
Refugium peccatorum, ora pro nobis.

Consolatrix afflictorum, ora pro nobis.
Auxilium Christianorum, ora pro nobis.
Regina Angelorum, ora
Regina Patriarcharum, ora pro nobis.
Regina Prophetarum, ora pro nobis.
Regina Apostolorum, ora pro nobis.
Regina Martyrum, ora
Regina Confessorum, ora pro nobis.
Regina Virginum, ora
Regina Sanctorum omnium, ora
Regina sine labe originali concepta, ora
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
℣. Ora pro nobis, Sancta Dei Genitrix:
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nunciante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem, ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

ORATIONES

AD B. MARIAM V.

Assumpta est Maria in cælum.

Succurre mihi, Domina piissima, Sanctissima semper Virgo Maria, in omnibus necessitatibus meis, semper et ubique in præsentibus angustiis et tribulationibus meis, in transitu animæ meæ a corpore; et converte tribulationem et angustiam meam in gaudium et exultationem animæ meæ; et adjuva me, Domina Sanctissima, et libera me a principe tenebrarum et a nequitiis et erroribus ejus et concede mihi, Sanctissima Virgo, ut bonum finem, perseverantiam sanctam consequi merear: deprecare benignissimum Fi-

lium tuum verum Deum et verum hominem, ut ipse suscipiat animam meam in pace, qui ex te suscepit carnem suam sanctissimam et immaculatam sine virili commixtione, Jesus Christus, Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat, etc.

Commendatio sui ipsius ad B. M. V.

O Domina mea, Sancta Maria, me in tuam benedictam fidem ac singularem custodiam et in sinum misericordiæ tuæ hodie et quotidie et in hora exitus mei, animam meam et corpus meum tibi commendo; omnem spem et consolationem meam, omnes angustias et miserias meas, vitam et finem vitæ meæ tibi committo: ut per tuam sanctissimam intercessionem et per tua merita, omnia mea dirigantur et disponantur opera secundum tuam tuique Filii voluntatem. Amen.

Alia oratio ad eandem B. M. V.

O Maria, Dei Genitrix et Virgo gratiosa, omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix vera, per illud magnum gaudium, quo consolata es quando cognovisti Dominum Jesum die tertia a mortuis impassibilem resurrexisse, sis consolatrix animæ meæ, et apud eundem tuum et Dei Natum Unigenitum, in die novissimo, quando cum anima et corpore ero reresurrecturus et de singulis meis factis rationem redditurus, me digneris juvare: ut perpetuæ damnationis sententiam per te, pia Mater et Virgo, valeam evadere, et cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia feliciter pervenire. Amen.

ITINERARIUM.

Clericus in ipso itineris ingressu dicat quæ sequunt. in singulari, si solus fue-

rit; si cum sociis, in plurali.

Ant. In viam pacis.

Cant. Zach. Benedictus, *p. 603.*

Ant. In viam pacis et prosperitatis dirigat me *(si fuerit solus; vel* nos, *si fuerit cum sociis)* omnipotens et misericors Dominus, et Angelus Raphael comitetur mecum *(vel* nobiscum) in vita: ut cum pace, salute et gaudio revertar *(vel* revertamur) ad propria. K. k. k.

Pater noster, *(secr.)*

℣. Et ne nos, etc.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvos fac servos tuos:

℟. Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto:

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis:

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis:

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Benedictus Dominus die quotidie:

℟. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

℣. Vias tuas, Domine, demonstra nobis:

℟. Et semitas tuas édoce nos.

℣. Utinam dirigantur viæ nostræ.

℟. Ad custodiendas justificationes tuas!

℣. Erunt prava in directa,

℟. Et aspera in vias planas.

℣. Angelis suis Deus mandavit de te,

℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

℣. Domine, exaudi orationem nostram:

℟. Et clamor noster ad te perveniat.

℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti: quique tribus Magis iter ad te, stella duce, pandisti: tribue nobis, quæsumus, iter prosperum tempusque tranquillum: ut,

Angelo tuo Sancto comite, ad eum quo pergimus locum ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti, quæsumus: ut nos famulos tuos custodire digneris. Esto nobis, Domine, in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia et frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate præsidium, in lúbrico baculus, in naufragio portus: ut, te duce, quo tendimus, prospere perveniamus, et demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates, tuo semper protegamur auxilio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incedat; et Beati Joannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secura perveniat Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

℣. Procedamus in pace:

℟. In nomine Christi. Amen.

ORATIONES AD MISSAM

ANTE CELEBRATIONEM MISSÆ.

Gregorius XIII Pont. Max. concessit cuilibet dicenti quæ sequunt. quinquaginta annor. Indulg.

Ego volo celebrare Missam, et conficere Corpus et Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curiæ triumphantis, ad utilitatem meam, totiusque Curiæ militantis, pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, et pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatium veræ pœnitentiæ, gloriam et consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

O Domine Jesu Christe, ego intendo celebrare et consecrare eo modo, quo tu instituisti et dedisti mihi tuam auctoritatem: intendo offerre istud Sacrificium ante thronum Sanctissimæ Trinitatis in tui memoriam, sicut ordinasti. O Trinitas Sancta, suscipe hoc sanctum Sacrificium ad honorem, laudem et gloriam tuam, salutemque animæ meæ atque proximi mei. Accipe, Domine, oblationem istam pro illis quibus promisi et teneor et vis a me orari. Amen.

Te precor, Domine Jesu Christe, pro omnibus illis pro quibus orare decrevi, et qui mihi sunt conjuncti spirituali participatione, consanguinitate, affinitate, familiaritate, commendatione,

devotione, eleemosynarum largitione, et qui pro me orant, pro quibus debitor sum, et qui se commendaverunt orationibus meis, et pro cuncto populo Christiano, et pro Congregatione nostra, et pro omnibus Prælatis Romanæ Ecclesiæ et Congregationis nostræ: ut eos perseverare facias in tuo sancto servitio humiliter, fideliter et devote; et pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis, in quacumque angustia et tribulatione positis, tam in terra, quam in mari, miserere et tribulatis succurre. Amen.

Ad B. M. V.

O Mater pietatis et misericordiæ, Beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu, et precor pietatem tuam: ut, sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti astitisti, ita et mihi misero peccatori et sacerdotibus omnibus hic et in tota Ecclesia Sancta hodie offerentibus clementer assistere digneris: ut, tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem hostiam in conspectu summæ et individuæ Trinitatis offerre valeamus. Amen.

S. Carolus Borr. Christi Corpus et Sanguinem recepturus. B. M. V. hisce verbis humiliter supplicabat, atq. alios eidem supplicare docebat.

O Virgo Sanctissima, misericordiæ plena, ostende pro nobis dulcissimo Filio tuo sacrum pectus, ac beatissima ubera, quibus eum lactasti: ut ipse ostendat Patri gloriosum latus et sacratissima vulnera, quibus redempti sumus. Tuis meritis et precibus digni reddamur tam magna Sacramenta recipere, nullumque in nobis reperiatur obstaculum in quibus tanta sunt suffragia charitatis. Amen.

Ant. Ne reminiscaris.
Psalm. 83. Quam amabilia, etc., p. 592.

Psalm. 84. Benedixisti, Domine, *p. 147.*
Psalm. 85. Inclina, Domine, *p. 26.*
Psalm. 115. Credidi propter., *p. 37.*
Psalm. 129. De profundis, *p. 45.*
Ant. Ne reminiscaris delicta nostra vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris. K. k. k.
Pater noster.
℣. Et ne nos, etc.
℟. Sed libera, etc.
℣. Ego dixi: Domine miserere mei:
℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
℣. Convertere, Domine, aliquantulum:
℟. Et deprecabilis esto super servos tuos.
℣. Fiat, Domine, misericordia tua super nos:
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Sacerdotes tui induantur justitia:
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. Ab occultis meis munda me Domine:
℟. Et ab alienis parce servo tuo.
℣. Domine exaudi, etc.
℟. Et clamor, etc.
℣. Dominus vobiscum.

Oratio.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque æterna caritate diligere mereamur.

Orat. Deus cui omne cor, etc., *p. 647.*
Orat. Ure igne S. Spiritus, etc., *ibid.*

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, Paraclétus qui a te procedit illuminet, et perducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Oratio.

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ et corda nostra clementer expurget et ab omnibus nos tueatur adversis.

Orat. Deus qui corda, p. 646.

Oratio.

Conscientias nostras, quæsumus, Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum, etc.

Orat. S. Thomæ Aquinatis.

Omnipotens, sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi; accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper et egenus ad Dominum cœli et terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem; ut Panem Angelorum, Regem regum, Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Dominici Corporis et Sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem et virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria sic suscipere, ut Corpori suo mystico merear incorporari, et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in vita suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum, etc.

Orat. ad S. Joseph.

Virginum Custos, et Pater Sancte Joseph, cujus fideli custodiæ ipsa Innocentia Christus Jesus, et Virgo Virginum Maria commissa fuit, Te per hoc utrumque carissimum pignus, Jesum

...riam obsecro, et ...tor: ut me ab omni ...nditia præserva- ... mente incontami- ..., puro corde, et ca- ... corpore Jesu et Ma- ... semper facias castis- ...ne famulari. Amen.

Ant. O felicem virum ...eatum Joseph, cui da- ...m est Deum, quem ...ulti reges voluerunt ...idere et non viderunt, audire et non audierunt, non solum videre et au- dire, sed portare, deo- sculari, vestire et custo- dire.

℣. Ora pro nobis B. Joseph;

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

Deus, qui dedisti nobis Regale Sacerdotium, præsta, quæsumus: ut sicut Beatus Joseph Unigenitum Filium tuum natum ex Maria Virgine suis manibus reverenter tractare meruit, et portare, ita nos facias cum cordis munditia, et operis innocentia tuis sanctis Altaribus deservire, ut sacrosanctum Filii tui Corpus, et Sanguinem hodie di... gne sumamus, et in fu... turo sæculo præmiu... habere mereamur ... ternum. Per eunde... etc.

Indulg. unius anni ... utraq. ex dictis Orat... Patr. S. Joseph, a... pro defunct. ex Dec... Pp. IX.

POST CELEBRATIONEM MISSÆ.

Gratias tibi ago, Domine Jesu, qui Corpus tuum et Sanguinem in cibum et potum mihi parasti: suscipe me et hoc Sacrificium ad laudem et gloriam nominis tui, ad salutem animæ meæ et corporis a... torum meorum... tum, amicorum, sororum et be... rum nostroru... rum, qui a me ... suis auxilium, et Missas petie... sint vivi, siv...

functi. Suscipe etiam, quas obtulimus, Hostias pro Pontifice et Rege nostro, pro regibus et principibus Christianis, pro Superioribus nostris et universa Congregatione, pro omni Ecclesiæ gradu, pro peccatorum sublevatione, hæreticorum et infidelium illuminatione, et omnibus gratiam tuam poscentibus: ut in periculis auxilium, in infirmitatibus sanitatem et a pœnis liberationem sentiant. Noli me propter peccata mea damnare; sed, per hanc perceptionem redemptionis nostræ, ab ira tua et a peccatis me liberare digneris, et præsta, salutaris meus, ut cum frequentatione ministerii tui crescat meæ salutis effectus. Amen.

O Domine Jesu Christe, in memoriam immensæ tuæ caritatis qua propter me natus, crucifixus et mortuus es, offero tibi hujus Missæ et omnium Missarum quæ in toto mundo fiunt, Hostiam sacrosancti Corporis et Sanguinis tui, obsecrans per viscera misericordiæ tuæ, ut suscipias et Patri tuo offeras in ea virtute qua illi in cruce moriens spiritum tuum tradidisti, ut vivis tuam gratiam, et defunctis requiem, et omnibus nobis misericordiam vitamque largiaris sempiternam. Singulariter tamen oro pro N. N., etc.

Ad B. M. V.

Serenissima, inclita Mater Domini nostri Jesu Christi, Virgo gloriosa, Regina mundi, quæ eundem Creatorem omnium creaturarum tuo sanctissimo utero fuisti digna portare, cujus idem Corpus sacratissimum et Sanguinem sumpsi, ad ipsum pro me peccatore intercedere digneris: ut quidquid in hoc ineffabili Sacrificio ignoranter, negligenter, irreverenter et accidentaliter omisi vel admisi, tuis sacratissimis precibus,

O quam stupenda pietas!
Mira Dei Clementia!
Sessor aselli fieri
Dignatur Auctor sæculi.

Olim propheta præscius
Prædixit almo spiritu:
Exulta, dicens, filia
Sion, satis et jubila.

Rex ecce tuus humilis,
Noli timere, veniet
Pullo jugalis residens,
Tibi benignus, patiens.

Ramos virentes sumpserat
Palma recisos tenera
Turba, procedens obviam
Regi perenni, plurima.

Cœtus sequens et prævius,
Sancto repletus Spiritu,
Clamabat: In altissimis
Hosanna David Filio!

Quidam solutis propriis
Viam tegebant vestibus:
Pluresque sparsum floribus
Iter parabant Domino.

Ad cujus omnis Civitas
Commota ingressum tremuit:
Hebræa proles aurea
Laudes ferebat debitas

Nos ergo tanto Judici
Curramus omnes obviam,
Palmas gerendo gloriæ,
Mente canentes sobria.

Honos, decus, imperium
Sit Trinitati unicæ,
Patri, Nato, Paraclito,
Per infinita sæcula.

HYMNUS

Corporis Domini.

Pange, lingua, gloriosi
Corporis Mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine;
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus

Miro clausit ordine.
In supremæ noctæ cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum Caro, Panem verum
Verbo Carnem efficit,
Fitque Sanguis Christi merum:
Et, si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Prestet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio;
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio.
Amen.

Te laudamus, Domine omnipotens, * qui sedes super Cherubim et Seraphim:

Quem benedicunt Angeli et Archangeli * et laudant Prophetæ et Apostoli.

Te laudamus, Domine, orando, * qui venisti peccata solvendo.

Te deprecamur magnum Redemptorem, * quem Pater misit ovium Pastorem.

Tu es Christus Dominus Salvator, * qui de Maria Virgine es natus.

Hunc Sacrosanctum Calicem sumentes, * ab omni culpa libera nos semper.

LAUS DEO

B. M. V., S. Joseph. Eccl. Cath. Patr.,
Ss. Ambrosio, Protasio et Gervasio Patronis,
Barnabæ et Carolo Protectorib.,
et Omnib. Sanctis.

INDEX

RUM, CANTICORUM ET HYMNORUM.